This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 06822937 0



RELIQUIÆ SACRÆ:

SIVE,

AUCTORUM FERE JAM PERDITORUM

SECUNDI TERTIIQUE SÆCULI

FRAGMENTA, QUÆ SUPERSUNT.

ACCEDUNT

EPISTOLÆ SYNODICÆ ET CANONICÆ

NICÆNO CONCILIO ANTIQUIORES.

AD CODICES MSS. RECENSUIT, NOTISQUE ILLUSTRAVIT,

MARTINUS JOSEPHUS ROUTH, S. T. P.

COLLEGII S. MAGDALENÆ PRÆSES.

ASTOR LIBRARY
NEW-YORK

VOL. IV.

OXONII,

TYPIS ACADEMICIS, IMPENSIS J. MAWMAN,

APUD QUEM LONDINI PROSTANT IN VICO LUDGATE HILL DICTO,

ITEM OXONII APUD J. PARKER.

1818.

LECTORI

S.

HABES sero fortasse, Lector, sed quam potui instructissimum, Ludovici Muratorii εὕρημα, ad Canonem Novi Testamenti pertinens, imperfectum quidem hoc et ἀδέσποτον, magni tamen momenti, quippe quod libros sacros indicaverat ordine simul recensitos etiam ante illam Origenis enumerationem. In id porro summa cura incubui, ut si qui auctores ecclesiastici a primordiis fidei ad Eusebium usque hasce easdem adducunt vel commemorant Scripturas, ii pro re nata singulis libris sacris testes τῆς γνησιότητος adhiberentur. Nec timeo, ne nihili pendatur labor meus; non enim legenti mihi partes solum, sed totum cujusque auctoris opus, obtulerunt se testimonia, quæ breviter et capitulatim consignavi. Adde quod spicilegium relictum fuisse post aliorum, cum nostratium, tum exterorum, labores sensi; haud interea dubitans, multa permagni momenti esse, quæ et me prætererint.

Conclusis autem sanctiori hac clausula ἀναντιῤῥήτοις iis monumentis Christianæ antiquitatis, de quibus bene mereri, quacunque re possem, studui, opus

fore imperfectum ratus sum, quod vetustatem Ante-Nicænam nondum separatim editam præ se fert in arctum colligere, nisi si alia quædam scripta, digna omnino quæ legantur, superioribus adjicerentur. Hujusce Appendicis pars prior tria tenet Concilia ante synodum Nicænam apud Occidentem celebrata, germana illa quidem, sed quorum interea canones in nullum codicem publicæ auctoritatis relati sunt, additis quibusdam Actis atque Epistolis ad posteriora horum Conciliorum pertinentibus; in altera vero parte extant *Apologia S. Pamphili pro Origene*, et *Archelai cum Manete*, seu Manichæo, *Disputatio*.

Ut enim quidpiam horum operum origines minus testatas habeat, omnia tamen veram ac germanam redolere antiquitatem, salvo peritiorum judicio, dixerim. Quibus libris in ordinem suum digestis, mihi, tanquam circa appendicem tantum operis versato, satis plerumque fuit, eos ad optimas, quantum potui, editiones accurate exprimere; ut nolim culpam errorum suscipere, nisi aliquid a me fuerit, dum prelum exercebatur, vel perperam admonitum, vel conjectura frustra immutatum. Concilium interea Cirtense, utpote quod conventus fuit, si nondum schismaticorum, at certe hominum, qui in gentilium manus Divinas Scripturas comburendas tradiderant, hinc exclusi, ne mira ista, nescio an germana, acta catholicis jungerentur, et *fel cum melle*, ut veteris auctoris, quem dixi initio, verbis utar, *misceretur*. Atqui idem ego Alexandrum Alexandrinum episcopum, cum vir fuit ec-

clesiasticus et summe catholicus, quique nonnulla ante synodum Nicænam scripsit in Arium, tamen e numero horum Ante-Nicænæ fidei testium idcirco eximendum esse statui, quod in hoc concilio, cujus ipse pars magna fuit, sederit ille Alexander. Male vero a me fateor omissa esse Macarii Magnetis fragmenta, si ante synodum vixerit vetustissimus auctor; sed ea mihi insederat opinio, quæ Magnetem scriptoribus incertæ ætatis adstruit[a].

Cætera, quæ ex abundanti apposui, numerum fragmentorum Dionysii Alexandrini, et re et nomine magni, fere explent, si mittas reliquias ejus in Eusebii *Historia* extantes. Postremo, ut promisso servato meo Indices necessarios, aut certe utiles, digestos collocavi, sic commodius hoc ratus in unum redactos eosdem præstiti.

Expositis vero iis, quæ ad hoc pertinent volumen, jam porro, ne occasio commoda omittatur, libenter id referam, Lector, quod in alia re evenit. Postquam hujus operis edidi volumen tertium, pervenit ad manus meas liber ex Germania recenter advectus, quo conspecto, bene erat, me meam deprehendere canonis decimi tertii Ancyrani Concilii expositionem fide ac judicio ecclesiæ Græcæ confirmatam. Nam in hac Συναγωγῇ, atque interpretatione, Canonum Ecclesiæ Universorum, quæ dicta nomine *Pedalium* seu *Gubernaculum*, tum auctoritate Græcorum præsulum, et maxime impensis mo-

[a] Jamque incertiorem, ni fallor, rem fecit Magnetis fragmentum, quod protulit Steph. Gradius in Epistola a cl. Morellio edita post *Codd. MSS. Lat. Biblioth. Nanianæ Relatos.* Venet. 1776. 4to.

INDEX OPUSCULORUM,

QUÆ

IN HOC TOMO QUARTO COLLOCATA SUNT.

	Opusc. Pag.	Annotat. Pag.
INCERTUS AUCTOR DE CANONE S. SCRIPTURARUM - -	3—5	7—37.

APPENDIX I.

	Opusc.
CONCILIUM ELIBERITANUM - -	41—59.
CONCILIUM ROMANUM — Relatio Anulini Proconsulis - - -	60—61.
CONCILIUM ROMANUM — Epistola Imp. Constantini M. - - -	61—64.
CONCILIUM ROMANUM — De Actis Concilii. Ex S. Optato - - -	64—67.
CONCILIUM ROMANUM — De Actis Concilii. Ex S. Augustino - -	67—69.
CONCILIUM ROMANUM — Epitome Rerum Gestarum. Ex Eodem -	69—70.
GESTA PURGATIONIS FELICIS - -	71—78.
EPISTOLA IMP. CONSTANTINI M. AD PROBIANUM. - - - - - -	78—79.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Epistola Imp. Constantini M. ad Ælafium -	80—83.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Epistola ejusdem Imp. Constantini ad Chrestum	83—86.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Epistola Synodica ad Sylvestrum Papam - -	86—89.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Canones - -	89—95.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Epistola Imp. Constantini M. ad Episcopos post Concilium - -	95—98.
CONCILIUM ARELATENSE I. — Ex Epistola Ejusdem ad Eumalium; &c. - -	98—99.

Opusc.
GESTA APUD ZENOPHILUM - - 100—114.
ACCUSATIO IN MENSURIUM ET SECUNDUM. EX S. AUGUSTINO - - 115—116.

APPENDIX II.

ARCHELAI DISPUTATIO CUM MANETE, EX ANTIQUA VERSIONE, SUBJECTIS ZACAGNII NOTIS - - - - 119—282.
ADDITA QUÆDAM AD ARCHELAUM ET S. DIONYSIUM ALEX. PERTINENTIA 282—288
APOLOGIA S. PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE, A RUFINO LATINE VERSA, (SED ILLIS ORIGENIS IN HAC APOLOGIA LOCIS, QUI TANTUM LATINE NON GRÆCE ALIBI SUPERSUNT, MAXIMAM PARTEM OMISSIS.) 289—342.

ADDENDA.

Opusc. Annotat.
S. DIONYSII ALEXANDRINI, EX LIBRIS EJUS DE NATURA 345—370 371—382.
ASCLEPIADIS FRAGMENTUM 383.

FRAGMENTUM

INCERTI AUCTORIS

DE CANONE S. SCRIPTURARUM.

FRAGMENTUM ACEPHALUM

INCERTI SCRIPTORIS,

QUI SÆCULO FLORUIT POST CHRISTUM SECUNDO,

DE CANONE S. SCRIPTURARUM.

Primus edidit MURATORIUS *in Antiquitatibus Italicis Medii Ævi*, tomo iii. pag. 854.

——QUIBUS tamen interfuit, et ita posuit. Tertio, Evangelii librum secundo (*fortasse*, liber secundum) Lucam. Lucas iste medicus post ascensum Christi, cum eo (eum, *ut jam reposuit Friendaller.*) Paulus quasi ut (*for.* et) juris studiosum secundum adsumsisset numeni suo ex opinione concriset (*for.* secum adsumpsisset, nomine suo ex ordine conscripsit). Dominum tamen nec ipse vidit in carne; et idem prout assequi potuit, ita et [a] a nativitate Johannis incipet (incipit, *reposuit Freindall.*) dicere. Quarti Evangeliorum (*for.* Quarto, Evangelium) Johannis ex discipulis. Cohortantibus (*for.* Is cohortantibus) condiscipulis et episcopis, suis dixit; Conjejunate mihi hodie triduo, et quid cuique fuerit revelatum, alterutrum nobis enarremus. Eadem nocte revelatum Andreæ ex apostolis, ut recognoscentibus cunctis Johannis (Johannes, *Freindall.*) suo nomine cuncta describeret. Et ideo licet varia singulis evangeliorum libris principia doceantur, nihil tamen differt credentium fidei (fides, *Freindall.*), cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia de nativi-

[a] Luc. cap. i.

tate, de passione, de resurrectione, de conversatione, (*for. addend.* Domini) cum discipulis suis, et de gemino ejus adventu; primo in humilitate despectus, quod ro . . . . . (*for.* quod prophetatum, *vid. not.*), secundum (*for.* secundo) potestate regali præclarum (*for.* præclaro), quod futurum est. Quid ergo mirum, si Johannes tam constanter singula etiam in epistolis suis proferat, dicens in semetipso: [b] *Quæ vidimus oculis nostris, et auribus audivimus, et manus nostræ palpaverunt, hæc scripsimus.* Sic enim non solum visorem sed (*for.* se et) auditorem, sed et scriptorem omnium mirabilium Domini per ordinem, profitetur.

Acta autem omnium apostolorum sub uno libro scripta sunt. Lucas optime [c] Theophile (*for.* optime ea Theophilo) comprehendit, quia sub præsentia ejus singula gerebantur; sicut et semote (*for.* semota) [d] passionem Petri evidenter declarat (*for.* declarant), sed (sed et, *reposuit Freindall.*) [e] profectionem Pauli ab urbe ad Spaniam proficiscentis.

Epistola (Epistolæ, *Freindall.*) autem Pauli, quæ, a quo loco, vel qua ex causa directe (directæ, *Freindall.*) sint, voluntatibus (volentibus, *Freindall.*) ipse declarant (*for.* declarat); primum omnium Corinthiis schisma hæresis interdicens, deinceps Callactis (Galatis, *Freindall.*) circumcisionem; Romanis autem ordine Scripturarum, sed et principium earum esse Christum intimans, prolixius scripsit. De quibus singulis necesse est a nobis disputari; cum ipse beatus apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem ecclesiis scribat ordine tali. Ad Corinthios prima (*for.* primo, *et in sequentibus*, secundo, *atque ita deinceps*), ad Ephesios secunda, ad Philippenses tertia, ad Colossenses quarta,

[b] 1 Joan. i. 1—4.
[c] Act. i. 1.
[d] Joan. xxi. 18, 19.
[e] Rom. xv. 24, 28.

ad Galatas quinta, ad Tessalonicenses (Thessalonicens. *hic et infra Freindall.*) sexta, ad Romanos septima. Verum Corinthiis et Tessalonicensibus licet pro correbtione iteretur, una tamen per omnem orbem terræ ecclesia diffusa esse denoscitur (dignoscitur, *Freindall.*). Et Johannes enim in Apocalypsi, licet [f] septem ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit. Verum ad Philemonem una, et ad Titum una, et ad Timotheum duas (duæ, *Freindall.*) pro affectu et dilectione, in honore tamen ecclesiæ catholicæ, in ordinatione ecclesiasticæ disciplinæ, sanctificatæ sunt. Fertur etiam ad Laudecenses (*for.* Laodicenses alia), alia ad Alexandrinos, Pauli nomine fictæ ad hæresem (*for.* hæresim) Marcionis; et alia plura, quæ in catholicam ecclesiam recipi non potest. (οὐ δυνατόν ἐστι.) Fel enim cum melle misceri non congruit. Epistola sane Judæ, et superscripti Johannis duas (duæ, *Freindall.*) in catholica habentur. Et Sapientia ab amicis Salomonis in honorem ipsius scripta. Apocalypsis (*for.* Apocalypses) etiam Johannis et Petri tantum recipimus, quam (*vid. not.*) quidam ex nostris legi in ecclesia nolunt.

Pastorem vero nuperrime temporibus nostris in urbe Roma Herma (*for.* Hermas) conscripsit, sedente cathedra (in cathedra, *Freindall.*) urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet, se publicare (*for.* sed publicari) vero in ecclesia populo, neque inter prophetas completum (*for.* completos) numero, neque inter apostolos, in finem temporum potest.

Arsinoi autem, seu Valentini, vel Mitiadis, nihil in totum recipimus, qui etiam novum Psalmorum librum Marcioni conscripserunt una cum Basilide Assianum Catafrygum constitutorem (*for.* Asianorum Cataphrygum constitutore, *vel* constitutores).

[f] Apoc. capp. i. et ii.

ANNOTATIONES

IN

FRAGMENTUM INCERTI SCRIPTORIS

DE CANONE S. SCRIPTURARUM.

PRIMUS Muratorius veterrimum hoc edidit Fragmentum, in quo de Canone Novi Testamenti agitur. Is vero in *Antiquitatum Italicarum Medii Ævi* tomo iii. Mediol. 1740. de codice MSto, ex quo idem desumptum est, hæc præmisit: "Sed quando cœpimus vulnera rimari literis "inflicta, dum rudia sæcula decurrerent, ne hoc quidem "dissimulandum est, imperitissimos et indoctissimos ho- "mines crebrius quam antea fuisse adhibitos ad exscri- "bendos codices, quos propterea erroribus ac sordibus ad "nauseam usque repletos intueare. Ex his non paucos "præ manibus habui, et exemplum adferre juvat, quod "non uno nomine, nisi mihi facile blandior, lucem expos- "cere videtur. Adservat Ambrosiana Mediolanensis Bi- "bliotheca membranaceum Codicem, e Bobiensi accep- "tum, cujus antiquitas pæne ad annos mille accedere mihi "visa est. Scriptus enim fuit literis majusculis et quadra- "tis. Titulus præfixus omnia tribuit Johanni Chrysosto- "mo, sed immerito." p. 851. Tum vero cæteris tractatibus, qui in codice continentur, memoratis, pergit vir cl. ita scribere: "Ex eodem ergo codice ego decerpsi fragmen- "tum antiquissimum, ad Canonem divinarum Scriptura- "rum spectans. Nulli diligentiæ peperci, ut ejus Aucto- "rem detegerem, simulque rescirem, num hactenus edi- "tum fuerit. Nisi me fefellerunt oculi, aut complurium "librorum defectus, quem non semel doleo; nusquam de- "prehendi evulgatum, ac propterea spes mihi superest, "fore ut libentius a lectoribus accipiatur, ac præcipue "quod antiquitatem redoleat summe venerabilem."

Deinde ostendit opinari se Muratorius, tribuendum esse Fragmentum Caio ecclesiæ Romanæ presbytero, qui floruit sæculo exeunte secundo. Idem censuit quoque cl. Gallandius in Prolegomenis tomi ii. *Bibliothecæ* suæ *Pa-*

trum p. xxxiii. et propterea quod Miltiadis, vel ut hic scribitur nomen, *Mitiadis*, hæretici cujusdam mentionem injecit fragmenti Auctor, istud idem excerptum vult Gallandius pertinere ad Disputationem, quam adversus Proculum seu Proclum Cataphrygarum sectatorem Caius composuit. Anonymus enim scriptor apud Eusebium lib. v. *Hist.* c. 16. seu supra in Vol. meo II. p. 73. sub ipsum initium operis, quod adversus Cataphrygas contexuit, hæresim nominat Miltiadis. Quod tamen Gallandii argumentum, etiamsi de lectione Miltiadis, cujus loco *Alcibiades* nonnulli volunt reponere, satis constiterit, haud satis valeret ad hocce fragmentum Caio vindicandum. Porro Muratorianæ de Caio conjecturæ opposuerat sese V. D. Everardus Stoschius, qui ipse in *Commentatione de Librorum Novi Test. Canone*, Francof. ad Viadrum edit. anno 1755, Fragmentum post Muratorium repetivit. Ait enim in §. lxiii. p. 199. argumenta, quæ ad conjecturam suam commendandam idem affert Muratorius, ei parum probabilitatis conciliare: "Quod enim Caius epistolam ad Hebræos "rejecerit tanquam non Canonicam, id ipsi cum pluribus "aliis, Irenæo e. g. et Hippolyto, imo teste Eusebio lib. vi. "c. 20. et Hieronymo *De Viris Ill.* c. 60. cum pluribus a- "liis Romanæ ecclesiæ doctoribus commune fuit. Et quod "Hermas temporibus Auctoris fragmenti, Pastorem con- "scripsisse dicatur, (vid. supra p. 5.) id ad alium quem- "cunque qui ea ætate vixit, applicari potest." Dum vero cl. Stoschius §§. lxi. et lxii. abjudicanda hæc Caio censet, propterea quod idem Caius apud Eusebium lib. iii. *Hist.* c. 28. Apocalypsin Joannis Cerinthi esse existimet, quam quidem Auctor fragmenti pro libro canonico habet; id meminisse debemus, verba Caii utrum ad Apocalypsin S. Joannis pertineant, adhuc sub judice esse; qua de re cum nos ad ejus Fragmenta aliquid annotavimus, in vol. ii. *Reliquiar.* pag. 16. tum vero cl. Freindallerus Fragmenti hujus nuperus editor, de quo mox memorabo, disseruit, §§. 9. et 10. Aliud insuper est argumentum contra Caium a Stoschio ita propositum; auctorem fragmenti vel penitus ignoravisse, vel saltem non animadvertisse, epistolas Pauli dudum ante visam et editam a Joanne apostolo Apocalypsin scriptas fuisse, qualis quidem error et incogitantia difficulter de Caio, quem Eusebius *H. E.* vi. 20. ἄνδρα λογιώτατον, et cujus commentationem contra Proclum Photius cod. 48. σπουδαίαν διάλεξιν vocat, concipi possit. Sic ille; hoc vero παρὰ τὸν χρόνον duntaxat ἁμάρτημα foret, quod interea oportere ita existimari negarent cum Epiphanio in *Hær.* li.

cap. 12. et cap. 36. illi eruditi, qui, ut notat ipse quoque vir cl. Apocalypsin Joannis ad Claudii Augusti tempora referunt. Cons. et Thomæ Newtoni Bristoliensis episcopi *Dissertt. in Prophetias* Anglica lingua conscriptas, vol. iii. §. xxiv. c. 1. atque J. D. Michaelis *Prælectt. de Libb. N. T.* sect. ult. Et mihi quidem majorem moveret scrupulum nævus fine hujus fragmenti inventus, ubi positum videtur, *Basilidem* esse *Cataphrygum*, si Diis placet, *constitutorem*; etenim si ita legendus et construendus locus, vereor, ne ignorantiæ crassæ in hoc auctore argumentum inde ducendum foret.

Quanquam vero vir cl. hæc Caii fuisse nolit, quocum sentit tum cl. Keilius in additamentis ad *Fabricianæ Biblioth. Græc.* vol. vii. pag. 285. tum alii viri docti, quos ibi commemoravit Keilius, eidem tamen Stoschio probabile admodum videtur, fragmentum omnino esse antiquissimum, et circa sæculi secundi finem aut tertii initia conscriptum; ad quam quidem sententiam firmandam multas ille rationes, easque quam valentissimas, subjecit. Et in ea sententia conveniunt scriptores, quod sciam, omnes, qui breve istud commemoraverint. Has autem Stoschii rationes ad S. Scripturæ libros singulos, qui in Fragmento nominantur, deinceps afferam, utpote quæ antiquitatem ejus non tantum muniant, sed etiam ipsum egregie illustrent. Neque aliter de ætate scripti ante Stoschium judicaverat celeb. Moshemius, qui in *Comment. de Rebus Christianorum ante Constantinum M.* ad Sæc. primum, §. liv. p. 164. de eodem hæc posuit: " Auctor ignotus est. " Muratorius Caium, Presbyterum Romanum, esse putat, " qui occidente sæculo secundo floruit: Hoc quidem du- " bium est: illud vero ex ipso libello certum, sæculo eum " secundo et illo quidem tempore, quo Hermas in vivis " fuit, scripsisse. In hoc igitur magni pretii fragmento " hæc de Herma scripta leguntur: *Pastorem vero nuper-* " *rime temporibus nostris in urbe Roma Herma conscripsit,* " *sedente cathedram urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo, fratre* " *ejus.*" Hæc Moshemius. Itaque aut prope abesse videtur Auctor a medio sæculo secundo, quando ad exitum quidem perductus fuerat Pii episcopatus, aut certe constat illum ante finitum sæculum sua scripsisse, etiamsi de vera ætate opusculi *Pastoris* appellati aliter statuatur. Qui vero factum sit, ut cl. Lardneri diligentiam hoc Fragmentum, a nemine omnium, ni fallor, rejectum aut improbatum, effugerit, id nescire me fateor, quum diu antequam illud Lardneri de *Fide Hist. Evangelicæ* plane

egregium opus denuo typis ab ipso mandaretur, fragmentum cum orbe erudito communicatum fuisset. Quum vero ponendus sit auctor inter scriptores, qui primi omnium, excepto Papia, de evangelistis ipsis vel commemoraverint, vel ipsorum scripta nominatim adduxerint, fieri non potest, quin primus hic librorum Novi Testamenti catalogus curis nostris dignus censeatur. Est tamen ab eo omissa, quod multam moveat admirationem, epistola et semper et ab omnibus recepta, prior illa S. Petri, de cujus auctoritate nemo a temporibus usque Polycarpi atque Papiæ dubitavit. Istaque facta est omissio ab auctore, qui tres ex septem ἀντιλεγομέναις scripturis agnovit, dum nullum interea librum νόθον, uno fortasse excepto, in canonem Novi Testamenti admisit. De altero nævo illo circa Basilidem hæreticum apud eum existente jam dixi.

Nuperrime vero, cum dixissem ad pag. xxi. Præfationis Operis mei, hoc Fragmentum de Canone distulisse me in medium adducere, propterea quod novissima ejusdem editio nondum ad manus pervenisset meas, transmissa ex Germania mihi est opella a viro nobili peregre agente, quæ ante Lincii prodierat anno 1802. cum Commentatione Francisci Freindaller Canonici et Theol. Professoris Publ. Is quidem nullam usquam Stoschiani libri de Canone commemorationem fecit, contraque Caio presbytero Fragmentum vindicandum esse statuit, ubi tamen in §. 8. ad pag. 13. hæc habet: "Est vero simillimum Collatio-"nem Caii cum Proclo Græce esse habitam conscriptam-"que. Talem quippe eam legêre Eusebius, Photius, ac "Theodoretus, qui lib. iii. fabularum hæreticarum ean-"dem καὶὰ Πάτροκλον inscripsit. Addo, quod Valesius, mo-"mentis haud spernendis, Proclum hunc e ducibus sectæ "Montanisticæ, Græcum Asiatem fuisse arguat. Græce "itaque cum homine Græco Caius contulerit. Attamen "fragmentum nostrum latinæ potius originis stylum sa-"pit. Cui quidem difficultati ea solummodo ratione oc-"curreris, si latinitate illico donatam [redacted] disputationem, "aut ab ipsomet Caio in Romanorum gratiam latine simul "dixeris exaratam. Quæ utraque profecto conjectura a "veritate haud absona est. Sic enim pleraque S. Irenæi "opera in latina versione antiquissima, nec non alia gene-"ris hujus quamplurima ad nos usque pervenere." Hæc Freindaller. Interea ego ex vestigiis satis claris deprehendisse mihi videor hominem, qui Græce scripserit, post hæc Latina verba latentem, eo indicio quod eadem ita græcissant, ut etiam ex illa lingua versa esse videantur.

Pergit Freindaller. ad §. 13. ita scribere, postquam monuit in §. xi. Caium hunc consentientibus Valesio et Ruinarto eum esse, de quo ad calcem *Actorum S. Polycarpi* legitur, *Acta hæc Caius descripsit e manuscriptis Irenæi Polycarpi discipuli, cui coævus fuit;* atque idcirco non credendum esse, virum cum Irenæo diu versatum Apocalypsin Joannis apostoli contempsisse: "Quod si momenta," inquit ille, "suppeterent, unde securi videremur, pertinere hoc fragmentum ad eandem cum Proclo Disputationem, unde suum mutuatus est Eusebius, quodque Caii esse non disputatur, tum profecto hæ nostræ pro eodem vindiciæ usque ad exploratam penitus assurgerent certitudinem. Memoratus quidem ipsemet loco citato Muratorius faventem quandam huic sententiæ rationem jam protulit, dum ex impudenti adversariorum in supponendis novis scripturis temeritate ansam arripuisse Caium, conjicit, de librorum N. F. canone, quod in fragmento fit, agendi. Cui commodissime id quoque adjici poterit, vel in fragmento ipso, quoddam contextus cum disputatione quadam indicari vestigium, quod acutissimi viri effugisse oculos profecto mirandum est. Auctor nimirum facta de epistola Pauli ad Romanos ejusque argumento mentione, verba hæc subdidit: *De quibus singulis necesse est a nobis disputari.* Cum præterea nullibi cæteroquin in fragmenti hujus integro argumento quidpiam occurrat disputationi tali dissonum, immo universa potius conciliari eidem quam optime valeant, quid nos ultra morabitur, quo minus hoc veneratione dignissimum, Antiquitatis ecclesiasticæ monumentum denuo revindicemus Caio veteri, cui tot illud rationes vindicant, iis, quæ ex adverso stant, sufficienter, quod arbitror, solutis." Hæc ille quidem.

"Age vero," ait Muratorius, "jam proferamus fragmentum ipsum e vetustissimo codice Ambrosiano decerptum, atque illud eruditorum omnium examini subjiciamus, nullum demendo ex erroribus, quibus librariorum imperitia scripturam saturavit atque fœdavit, quamquam nihil ii obstent, quominus pretium rei intelligamus." Sic ille; ita et cl. Stoschius fragmentum cum omnibus mendis atque erroribus exhibuit; sicuti fecit Gallandius in tomo ii. *Bibliothecæ* suæ *PP.* ubi in *Caii Fragmentis* illud collocavit. Utinam corrigendi officium viri eruditi in se suscepissent. Quum vero factum id non fuerit, nisi quod in nonnullis locis, quorum facilior est emendatio, cl. Freindaller. Fragmentum membratim trac-

tans veram scripturam reposuit; τὴν στάρταν ego adeptus sum, quam priores illi adhuc ornandam reliquerant. An boni quid ex his literis tam fœde immutatis expiscari potuerim, aliorum judicium esto.

P. 3. l. 7. ....quibus tamen interfuit] Si Christi Domini res gestæ, non ipsi apostoli, hic designentur, contradixerit fragmenti Auctor verbis Papiæ, qui, ut supra ad vol. I. p. 13. vidimus, veterem presbyterum secutus hoc de Marco negabat, nempe eum aut ipsum Dominum audivisse, aut sectatum esse, quod quidem ex ore presbyteri a Papia acceptum dein Hieronymum suffragio suo stabilientem habes in Proœmio *Commentarii super Matthæum*. Taceo de aliis patribus. Tamen perquam nota est de Marco contraria illa traditio, an et certissima sit dubito, ab Epiphanio in *Hæresi* li. §. 6. commemorata, qua is statuitur fuisse ex discipulis LXXII; quod idem de S. quoque Luca ab eodem Epiphanio narratur ad §. xi. prout de utroque evangelista prius positum erat ab eo in *Hæresi* XX. §. 4. Hippolytum secuto, si testimoniis, quæ collocata sunt a Millio ante Evangelia, credendum. Hoc autem cum initio evangelii S. Lucæ vix conciliari posse, multi viri doctissimi existimarunt, neque id miror; aut si fuerit unquam Domini discipulus Lucas, certe unus τῶν ἀπ' ἀρχῆς αὐτοπτῶν is non videtur fuisse, qui ita scriberet, καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ Λόγου. Consentit cum viris illis eruditis fragmenti Auctor, ut mox videbis, Lucæ discipulatu negato, consentit et Eusebius in lib. iii. *Hist. Eccl.* capp. 4. et 24. qui et in lib. i. c. 12. ejusd. *Op.* nullum ait extare τῶν ο'. discipulorum catalogum, etsi unum ex illis Barnabam fuisse traditum sit.

Postquam hæc annotaveram, vidi cl. Freindaller. in nupera sua hujus Fragmenti editione locum ita interpretandum esse censere, quasi interfuisset Marcus *Petri concionibus*; etsi aiat postea, "fortasse cuipiam obrepere posse "opinionem, Marcum cum Christo conversatum, ea, *quibus ipse interfuit*, postea scriptis mandasse; idque esse, "quod fragmenti auctor iis verbis innuerit. Verum id "ipsum apud Papiam antiquissimus presbyter, Aristio, "pernegat; neque fas est, evangelistæ Marci personam "cum altera Joannis Marci confundere, cujus in Actibus "Apostolorum cap. xii. mentio fit, de quo quidem poste"riore simile quid opinandi locus esse videretur." Hæc

ille; verumtamen, quidquid de Marci discipulatu, aut de Joanne Marco, statuitur, nihilominus potest fieri, ut hujusmodi quid auctor fragmenti revera scripsisset: *Marcus discipulus et interpres Petri juxta quod Petrum referentem audierit*, (huc usque Hieronymi verba affero, *De Viris Ill.* c. 8.) digessit res gestas a Domino, *quibus tamen interfuit, et ita posuit.* Idem illud de Petro et Marco habent, præter presbyterum Papianum Joannem, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, Epiphaniusque. Ait Tertullianus quoque lib. iv. *adv. Marcion.* cap. 5. *Marcus quod edidit, Petri affirmari, cujus interpres Marcus.* Porro evangelium hoc a Joanne apostolo comprobatum fuisse, tradit Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 24.

Ad Eusebii verba quod attinet in lib. ii. *Hist.* cap. 15. et lib. vi. cap. 14. de Marci evangelio posita, quæ utroque loco ex uno eodemque Clemente, si modo Clementis fuerint Hypotyposes illæ, quæ multa saltem frivola atque absurda continebant, desumpta sunt; mihi quidem ita illa concilianda atque interpretanda videntur, ut statuantur ibi Romani Marcum, qui Petri jamdiu fuisset sectator, rogasse, ut quæ dicta ab eodem essent, conscriberet, et postea secum communicaret. Hoc vero rogatum ubi Petro innotuisset, nec prohibuisse eum rem fieri, neque ut fieret, incitasse. Eâ vero perfectâ, cum evangelium confectum fuisse novisset, Petrum librum illum auctoritate sua libenti animo comprobasse, ut deinceps in ecclesiis legeretur. Cæterum quanti faciendum sit Papianum de Marci evangelio testimonium, ex ore Joannis presbyteri acceptum, supra ad PAPIÆ Fragmenta admonui, vol. I, p. 36. qui et primus omnium nominatim de S. Matthæi evangelio commemoravit.

P. 3. l. 7. et ita posuit] H. e. literis mandavit, sive composuit.

Ibid. l. 8. librum secundo Lucam] Anne, *liber secundum Lucam?* Reposuit et Freindaller. *secundum*, qui recte monuit, antiquitatem hujus epigraphes seu tituli evangeliorum ex hoc Fragmento ostendi.

Ibid. l. 9. cum eo Paulus quasi ut juris studiosum secundum adsumsisset, numeni suo ex opinione concriset.] Lineolæ separantes (lineæ post voces, *secundum, assumsisset, suo, conscrisset* (*concriset*) a Freindaller. additæ) suspicionem meam hiatus omissarum vocum indicant. Sphalmata grammatica sunt, *eo* pro *eum*, *numeni* pro *nomine*, *conscrisset* pro *conscripsisset*. Propositio subsequa, qua periodus finiatur, penitus desideratur. Quæ vero loci

hujus explanatio? Irenæus scribit apud Eusebium *H. E.* lib. iii. c. 8. post mentionem de Marci Matthæique Evangeliis, "Lucas quoque sectator Pauli, Evangelium a Paulo "prædicatum litteris mandavit." An forsitan fragmentario nostro dicere idem, mens fuit: Lucam nimirum suo nomine prædicata a Paulo, acta Evangelica, secundum opinionem plerorumque e. g. Irenæi, in formam hanc conscripsisse? Medicum Lucam antiqui passim prodidere, nonnulli quoque pictorem; Callistus demum Nicephorus (in Breviario Hist. lib. ii. cap. 45.) narrat de illo quamplurima. Verum *juris* quoque *studiosum*, eumque, ut talem, a Paulo sibi comitem adjunctum, ut adducto fragmenti loco dicitur, haud ullibi locorum legisse me, memini. Fecerit hoc forte Apostolus eo fine, ut jurisconsulto socio, faciliorem sibi sive ad doctos sive magistratus disponeret accessum. Maxime autem, quis vocis additæ, *secundum*, genuinus sensus sit, divinatu arduum. Anne *idem*, ac, *repetita vice?* tum obtineret hæc interpretatio; postquam eum Paulus, *secundo*, sibi ut jurisconsultum sociasset, illum hoc Evangelium scripsisse. An vero præcedens, vel subsequens hanc voculam, altera quædam desideratur? Id fore arbitror proximum veritati. Hæc FREINDALLER. Inquinatissimus est locus, sed fortasse ita repurgandus; cum *eum* Paulus quasi *et* juris (καὶ τοῦ δικαίου) studiosum *secum* adsumsisset, *nomine* suo ex *ordine* (καθεξῆς σοι γράψαι *S. Luc.* i. 3. *ex ordine tibi scribere* Vulgat. Interp. vid. et infra, ubi de Joanne hæc sunt, *scriptorem se omnium mirabilium Domini* per ordinem, *profitetur.* p. 4. l. 11.) *conscripsit.* Evangelium quidem a Paulo prædicatum Lucam sectatorem ejus literis mandasse, multi e veteribus tradiderunt, ut Irenæus lib. iii. *Contra Hæres.* cap. 1. Origenes, Eusebius, Hieronymusque. *Nam et Lucæ digestum Paulo adscribere solent*, ait Tertullianus *adv. Marcion* 4. 5. hoc bene addito, *magistrorum videri posse, quæ discipuli promulgarint.* Ad verba autem illa quod attinet, *et juris studiosum*, fieri potest, ut quædam hoc loco collatio habeatur juris prudentiæ, seu scientiæ æqui bonique, cum arte medica, quam Lucas professus est. Certe ad integritatem verborum confirmandam facit principium *Commentarii Rerum Lucæ* a Combefisio in *Auctario* suo *Patrum* primum editi. Εἰ καὶ δικαίῳ, ait ibi Metaphrastes, μνήμη μετ' ἐγκωμίων τελεῖσθαι, θεῖός τις ἀνὴρ ᾗ σόφος τὰ θεῖα νομοθετεῖ (*Prov.* x. 7.), πόσην ἄρα τῷ ἀποστόλῳ συνεισενεγκεῖν προσήκει τὴν εὐφημίαν. τοῦτον γὰρ Ἡ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗ ᾗ τῆς ἀποστολῆς ἄξιον, ᾗ ΤΟΥ ΆΓΑΠΗΤΟΝ ΟΦΘΗΝΑΙ ΤΩ

ΠΑΤΛΩ, διαφερόντως ἐπεποίηκεν. Addas quod *Vett. Gloss.* habent δίκαιον, *jus, justum.* Quod vero emendaverim *secum* pro *secundum*, illud fortasse stabiliendum ex *Act. Apost.* xv. 37. *Barnabas autem volebat* secum assumere *et Joannem, qui cognominabatur Marcus.* De *nomine* autem pro *numeni* reposito hoc notandum est, scripsisse auctorem paulo infra, *Johannes suo nomine cuncta describeret.*

P. 3. l. 13. Dominum tamen nec ipse vidit &c.] Videsis, quæ paulo supra de hac re annotavi.

Ibid. l. 14. potuit,] For. hypostigme, prout feci, pro puncto poni debet, neque enim huic loco quædam deesse cum Freindallero existimandum est.

Ibid. ita et a nativitate Johannis incipet dicere] Error calami pro *incipit.* FREINDALLER. Hinc interea firmantur priora illa evangelii Lucæ capita, quæ ei abjudicare hæretici cum veteres tum recentiores gestierunt. Est quoque notatu dignum, agnovisse eandem hanc evangelii partem non tantum omnes, quos hic memorabo, scriptores, Justinum Martyrem, Irenæum, Clementem Alexandrinum, Tertullianum, Julium Africanum, Origenem, Cyprianum, Novatianum, Auctorem *Computi de Pascha*, Victorinum, Petrumque Alexandrinum in *Canone* v. sed etiam regnante Hadriano Celsum apud *Origenem* lib. ii. cap. 32. medioque sæculo tertio Antitrinitarios auctore Novatiano in libro *De Trin.* cap. 24. Adde quod ex aliis scriptoribus retulit Eusebius, ipsum Lucæ evangelium una cum duobus alteris evangeliis a Joanne apostolo fuisse comprobatum. Vid. lib. iii. *Hist.* cap. 24.

Ibid. l. 15. Evangeliorum] Legendum *evangelium*, aut potius *evangelii librum*, ait Freindaller. quod supra ad lin. 8. habes.

Ibid. l. 16. ex discipulis] ἐκ τῶν μαθητῶν. vid. et infra lin. 20. Fortasse statim post legendum, Is *cohortantibus*, cum vocula *is* voce antecedente absorpta fuisse videatur.

Ibid. l. 17. Cohortantibus condiscipulis et episcopis, suis &c.] Confirmat Clemens Alex. apud Eusebium *H. E.* vi. 14. Scripserat enim ille in *Hypotyposibus* suis, Joannem omnium evangelistarum postremum, cum videret in aliorum evangeliis ea, quæ ad corpus Christi pertinent, tradita esse, ipsum divino Spiritu afflatum spirituale evangelium familiarium suorum rogatu conscripsisse. Narrat et ipse loco modo memorato Eusebius lib. iii. *Hist.* c. 24. Joannem cæteris ab eo evangeliis approbatis, res gestas a Christo ante incarceratum Baptistam, cum rogatus esset, in evangelio tradidisse. Hæc Clemens, Eusebiusque. Prox-

ime accedat Victorinus, qui sub finem sæculi tertii floruit; ita enim ille de Joanne apostolo in *Commentario* ei adscripto *in Apocalypsim*, p. 1253. *in Biblioth. Parisinæ PP.* tomo i. *Nam et evangelium postea scripsit. Cum essent Valentinus et Cherinthus et Ebion, et cæteri scholæ Sathanæ, diffusi per orbem,* convenerunt ad illum de finitimis provinciis omnes, et compulerunt, ut ipse testimonium conscriberet. Epiphanius quoque *Hæres.* li. num. 12. dum memorat propositum illud divinam Christi naturam adstruendi, hæc scribere pergit; διὸ ὕστερον ἀναγκάζει τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸν Ἰωάννην παραιτέμενον εὐαγγελίσασθαι δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην, ἐπὶ τῇ γεραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ.——Μετὰ ἱκανὰ ἔτη τοῦ διατρίψαι αὐτὸν ἀπὸ (for. ἐπὶ) τῆς Ἀσίας, ἀναγκάζεται ἐκδίδαι τὸ εὐαγγέλιόν. p. 434. ed. Petavii. Ait præterea Hieronymus *De Viris Ill.* cap. 9. *Joannem novissimum omnium scripsisse evangelium,* rogatum ab Asiæ episcopis, *adversus Cerinthum aliosque hæreticos, et maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse.* Eadem autem, ac plura, habet idem Hieronymus in Procemio *Commentarii super Matth.* quæ brevi isthuic Fragmento maxime affinia sunt. Ibi enim additur, *ecclesiasticam narrare historiam,* cum a fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto jejunio in commune omnes Deum deprecarentur, *quo expleto, revelatione saturatum illud procemium e cœlo veniens eructavisse:* in principio erat Verbum; et Verbum erat apud Deum; et Deus erat Verbum; Hoc erat in principio apud Deum. Quod autem ad indictum jejunium attinet, quod nonnulli pro suspecto habuerunt, quia nemo ante Hieronymum jejunii meminisset, ejus nunc demum nobis testis est auctor iste Hieronymum duobus fere sæculis antecedens. Immo moris hujus apostolici in rebus magni momenti observati dabunt exemplum *Actus Apost.* capite xiv. comm. 22. *Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, et orassent* cum jejunationibus, *commendaverunt eos Domino.*

P. 3. l. 19. alterutrum nobis enarremus] H. e. an fuerit evangelium rogatu eorum conscribendum, nec ne.

Ibid. l. 20. Eadem nocte revelatum Andreæ &c.] Singulare narrationis argumentum. Refert quid simile de Joannis Evangelio S. Hieronymus; nec minus lectu dignus de hoc Eusebius, *H. E.* lib. iii. c. 24. Unicum vero nullibi alias repertum, participatio Sancti Andreæ est in hoc labore Evangelico. Tamdiune Andreas superstes? Testibus quippe Eusebio, ac Hieronymo, Joannes sero admodum,

redux nimirum ab exilio, Nerva, Trajanove Augustis, Evangelium suum scripsit. Ea tamen temporis designatio non firmiter adeo contestata est, ut non alteri breviori a relegatione illius in Patmon insulam sub Domitiano, locus pateat. Potuisse porro attingere hos annos Andream, quis ibit inficias, cum ob multa, vastissimaque Apostoli hujus itinera, quæ in historiis antiquissimis commemorantur, autumandi suggeratur ratio, pervenisse illum ad prægrande senium, donec ab Aegæa, Achaiæ proconsule, crucis suspendio damnaretur. FREINDALLER. In regionibus ab Asia non longe remotis evangelium prædicasse Andream, fidem facit idoneus auctor Gregorius Nazianzenus, *Orat.* xxv. p. 438. edit. Paris. ubi Epirum huic apostolo provinciam fuisse ait. Porro narrat Hieronymus c. 7. lib. *De Viris Ill.* ossa S. Lucæ cum reliquiis Andreæ apostoli ad Constantinopolim vigesimo Constantii anno translata esse; ubi ex Philostorg. *Hist. Eccl.* lib. iii. c. 2. notavit Fabricius, ex *Achaia* translatas esse SS. Andreæ et Lucæ reliquias.

P. 3. l. 21. Johannis suo nomine cuncta describeret] Manifeste Johannes. FREINDALLER. De divino hoc evangelio dignum notatu est, verba ex eo adducta videri sub initium sæculi ecclesiæ secundi ab Ignatio in *Epistola ad Philadelphenses*, §. 7. quod et a Presbyteris factum esse, qui apostolorum discipuli fuerunt, refert Papias, aut saltem ipse Irenæus, lib. v. *Contra Hæres.* cap. ult. A Celso itidem apud *Origenem* locis duobus, lib. ii. c. 37. et c. 54. Hadriano regnante Joannis evangelium vel indicatum vel allatum est. Addas Justinum M. medio sæculo secundo idem adducentem in *Apologia* ad Antoninum Pium, Hadriano qui successit, §. lxi. p. 71. ed. Benedictin. Ut ulterius progrediamur in hac quidem re, nihil opus.

Ibid. l. 23. principia doceantur] *Viderit*, inquit Tertullianus, *si narrationum dispositio variavit* (sc. apud evangelistas), *dummodo* de capite fidei *conveniat*. lib. iv. *adv. Marcion.* cap. 2. Voce enim *principia* magis putem *capita* seu *propositiones* significari, quippe cum in ore omnibus sit, doceri principia sive capita fidei, quam procemia seu præfationes; etsi contrarium quid suadere videatur *Capitulum Tertium Responsionum* a Victore Capuæ episcopo S. Polycarpo adscriptarum, ubi hæc sunt: *Rationabiliter Evangelistæ* principiis diversis *utuntur; quamvis una eademque evangelizandi eorum probetur intentio. Matthæus, ut Hebræis scribens, genealogiæ Christi ordinem texuit, ut ostenderet ab ea Christum descendisse progenie, de qua eum nas-*

citurum universi prophetæ cecinerant. Johannes autem ad Ephesum constitutus, qui (sic) *legem tanquam ex gentibus ignorabant, a causa nostræ redemptionis Evangelii sumpsit* exordium, &c. &c. *Nihil ergo contrarium reperitur, ubi licet* diversis scriptis, *ad eandem tamen patriam pervenitur*, pag. 32. *Appendicis Ignatianæ* ab Usserio editæ Londini anno 1647. primum vero Polycarpi istæc ex vetustissima super quatuor Evangelia Catena a Feuardentio ad *Notas Irenæanas* lib. iii. cap. 3. translata fuerant. Annotat hæc quoque Freindaller; "Eximium profecto posteris testi-" monium collatæ evangelicis hisce scriptoribus inspira-" tionis, qui, utut diversis in deductione historica usi exor-" diis, adeo tamen a communi impulsore suo, Sancto ni-" mirum, *uno principalique Spiritu*, concordanter directi " sunt, ut acta fere præcipua, in horum libris singulorum, " haud discongrue consignata reperiantur. Recenset ea " auctor hoc ordine, ut ad historiam nativitatis Jesu " Christi, passionis, resurrectionis, conversationis cum " discipulis, nempe a resurrectione, geminique ejus ad-" ventus, veluti potissima capita, cuncta reducat." Hæc ille. Interea vero convenienter, ut opinor, cum auctore *Fragmenti* hujus *de Canone Novi Test.* S. Hieronymus in *Epistola ad Pammachium*, quæ est de Optimo Genere Interpretandi, hoc posuit: *Sermonum varietas spiritus unitate concordat.* p. 373. ed. Frobenii.

P. 3. l. 24. fidei] Cor. fides. FREINDALL.

Ibid. l. 25. principali] Forsan Græce scriptum fuerat, ἡγεμονικῷ. Philoxeni glossa est, Ἡγεμονικὸν, *principale.*

P. 4. l. 1. de conversatione] Excidisse vox *Domini* videtur.

Ibid. l. 3. primo in humilitate despectus, quod ro.....] Ait Freindaller: "hoc ne conjectura quidem restitui pos-" se;" neque mihi locum supplendi ratio constat. Conjeceram tamen legendum, sed fortasse a scopo aberrans, vel *quod prophetatum*, quod verbum interdum usurpatum est ab ecclesiasticis scriptoribus, vel *quod completum est*, (ἐπληρώθη). Hanc vocem posteriorem habes infra, si quid id refert, ad p 5. lin. 26. Lege porro Tertullianum in *Apologetico*, cap. 21. *Duobus enim*, inquit, *adventibus ejus significatis*, primo, qui jam expunctus est in humilitate conditionis humanæ, *secundo, qui concludendo sæculo imminet in sublimitate divinitatis exertæ; primum non intelligendo, secundum, quem manifestius prædicatum sperant* (scil. Judæi), *unum existimaverunt.* Quem quidem Tertulliani locum Cyprianus imitatus haud longe a fine Opusculi *De*

Idolorum Vanitate hæc scribit. *Sed significato duplici ejus adventu, uno qui exercitio et exemplo hominis fungeretur, altero qui Deum fateretur, non intelligendo primum adventum, qui in passione præcessit occultus, unum tantum credunt,* qui erit in potestate manifestus. Hæc Cyprianus; Conferas item, quæ posuit magister ejus Tertullianus capite ult. libri sui *adversus Judæos.*

P. 4. l. 4. secundum potestate regali præclarum] Cor. secundo—præclaro.

Ibid. l. 6. tam constanter] H. e. tam fidenter, et asseveranter. *Gloss. Vet.* Constanter, εὐρασθῶς, θαρρέντως.

Ibid. l. 7. dicens in semetipso] Conjeceram ego, sicut Freindaller. reponendum esse *de* pro *in;* at verba fortasse sonant idem, quod illa Tertulliani in lib. *De Pudicitia,* cap. 18. *Nam hoc etiam* in sua persona *apostolus statuit. Adfirmans enim Christum ad hoc venisse, ut peccatores salvos faceret, quorum primus ipse fuisset, quid adjicit?* Et misericordiam sum consecutus, quoniam ignorans feci in incredulitate. 1 Tim. i. Conferas anonymum Auctorem *De Rebaptismate,—ac propterea discipuli ejus arbitrabantur, quod nulla alia ratione vitam æternam his præstiturus esset, nisi primum ipse vitam hanc temporalem cum illa æterna* in se ipso *continuasset.* ad pag. 359. ed. Benedictinæ Operum *S. Cypriani.*

Ibid. l. 10. sed auditorem] For. legendum, se et *auditorem.*

Ibid. l. 11. per ordinem] H. e. ordine, quomodo melioribus auctoribus mos scribere. Sed pariter atque hic auctor formulam vix sanam adhibuit, ita fecit Tertullianus *De Spectac.* cap. 5. Hieronymus, *De Viris Ill.* cap. 9. Optatus *De Schismate Donatist.* lib. iii. p. 62. et p. 64. ed. Dupin. aliique scriptores. Cæterum ait Freindaller. "Haud de- "stituimur indiciis, posteriores esse epistolas Joannis evan- "gelio, auctoremque nostri fragmenti, antiqua forsitan "instructum traditione, versibus 1—4. epistolæ primæ ad "confirmandam dicti Evangelici auctoritatem, usum ea- "tenus, quatenus Apostolus ipse his verbis ad illud a se "scriptum respexerit. Id quod profecto ita contigisse "poterat; quanquam hæc verba (ταῦτα ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν) "de *prædicato* Evangelio intelligi æque possint."

Ibid. l. 13. Acta autem omnium apostolorum sub uno libro scripta sunt. Lucas optime Theophile comprehendit, quia, &c.] Ait Freindaller; "Numerosas sensus corrupti "lacunas quis hoc loco non videt? At quid subsidii huic "malo?" Hæc ille. Sed forsan, vel deleri oportet verbum

sunt, vel interseri vocem *ea* post *optime*, item scribi *Theophilo* pro *Theophile*. Consimilia istis de Luca traditis Hieronymus *De Viris Ill.* c. 7. post Eusebium habet, *Evangelium sicut audierat, scripsit: Acta vero Apostolorum sicut viderat, composuit.* Cæterum, cum librum hunc sacrum totidem verbis excitavit in *Epistola* sua Polycarpus, Joannis apostoli discipulus, §. 1. confer et §. 6. tum eum administrarunt, Lucæque adscripserunt, ante synodum Nicænam, Irenæus, Clemens Alex. Tertullianus, Origenesque, e quibus Irenæus ex hoc libro solo, quæ sit apostolorum, qui evangelia non scripserunt, doctrina, probationes suas collegit, lib. iii. c. 12. Tertullianusque ait, *hanc scripturam qui non recipiunt, nec Spiritus sancti esse possunt, qui necdum Spiritum sanctum possint agnoscere dissentibus missum; sed nec ecclesiam defendere, qui quando, et quibus incunabulis institutum est hoc corpus, probare non habent. De Præscr. Hæret.* cap. 22. Porro, adfertur hic liber, auctore quidem ejus non nominato, ut sacer tamen ab ecclesiis Lugd. et Viennensi, atque Polycrate, et ab Auctore adversus Cataphrygas, et Firmiliano, et Cypriano, Pontioque diacono ejus, sicut ab Auctore *Computi de Paschâ*, et Victorino, et Lactantio, eumque ἐν τοῖς ὁμολογουμένοις posuit Eusebius.

P. 4. l. 16. sicut et semote passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli &c.] At vero quomodo, quæ sequuntur e vestigio, explicanda sunt? *Et semote passionem Petri evidenter declarat.* Carcerem forsitan Petri, prodigiosamque liberationem Act. xii. his verbis innuunt; poterant enim ista omnimodis, imminentis Petro martyrii, quasi præludia æstimari.—*Sed* (verosimilius, *sed et*) *profectionem Pauli ab urbe ad Spaniam proficiscentis.* Altum quidem Acta in nostris Bibliis Pauli hoc iter Româ ad Hispanos reticent. Verum truncatus proculdubio locus scire nos impedit, an hujus mentio ibidem injecta, ad Acta Apostolorum, an potius ad alium librum pertineat. Attamen certi his reddimur, Paulum ab urbe Roma in Hispaniam commigrasse: indubie, postquam a Nerone absolutus est, a prima scilicet captivitate, de qua capite ultimo Actuum Apostolorum historia legitur. Utrum forsan veluti *eo facto* finiri librum Actorum, quemadmodum ordiri verbis; *Optime Theophile!* designandi, fragmentario nostro intentio fuit? FREINDALLER. Fortasse legendum pro *semote semota*, ut accipiatur verbum pro narrationibus *seorsum* et *separatim* positis, h. e. alibi quam in *Actibus Apostolorum*; ac proinde locus ita restituatur, *Sicut et se-*

mota passionem Petri evidenter declarant, (scil. *S. Joan.* cap. 21. comm. 18. et 19.) *sed* et *profectionem Pauli ab urbe ad Spaniam proficiscentis.* De quo quidem itinere suo apostolus in *Ep. ad Romanos*, cap. xv. comm. 24. hæc scribit, ὡς, ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, iterumque ad comm. 28. τοῦτο οὖν ἐπιτέλεσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον, ἀπελεύσομαι δι' ὑμῶν εἰς τὴν Σπανίαν. Huc autem pertinet Scholium quoddam a cl. Matthæi ad cap. ult. *Act. Apost.* edit. suæ prolatum. Μετὰ τὴν δετίαν (comm. 30. commemoratam) εἰς Σπανίαν ἀπελθὼν ἐκήρυξε (Paulus), καὶ ὑποστρέψας εἰς Ῥώμην ἐμαρτύρησεν. αὐτὸς Ῥωμαίοις ἔγραψεν, εἰς Σπανίαν ἐπείγομαι, καὶ ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς. καὶ πρὸς Τιμόθεον, Ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο. Ἰστέον δὲ ὅτι μέχρι τότε ἱστορεῖ Λουκᾶς τὰ περὶ τὸν μακάριον Παῦλον ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, κατ' ἐκεῖνο καιρῷ τὸ βιβλίον συγγραψάμενος, καὶ τὰ καθεξῆς ἤκουσα γινώσκων. εὐδὲ τὸ μαρτύριον τότε (Pauli) ἐγκατέθετο τῇ βίβλῳ. καταλιπόντες γὰρ αὐτὸν ἐκεῖσε Λουκᾶς τε καὶ Ἀρίσταρχος ἐξῆλθον. p. 436. Posteriora vero verba, sive scholium alterum, Ἰστέον δὲ κ. τ. λ. exhiberi ab Œcumenio quoque in *Comment.* ad pag. 197. idem Vir doctus monuit. Verumtamen merentur conferri de S. Pauli in Hispaniam profectione Sam. Basnagii *Exercitt. Historico-Criticæ*, ad p. 511—516.

P. 4. l. 20. Epistola autem Pauli, quæ, a quo loco, vel qua ex causa directe sint, voluntatibus intelligere, ipse declarant] Corrigit Freindaller. ut post vidi, *epistolæ, directæ, volentibus, ipsæ.* Malim ego reponere *declarat* pro *declarant*, propter verbum *interdicens* in sequentibus.

Ibid. l. 23. schisma hæresis] Formula verborum insolentior. Græce χίσμα τῆς αἱρέσεως. Mox *Galatis*, quod inferius quidem legitur, pro *Callactis* reposuit Freindaller.

Ibid. l. 25. ordine Scripturarum] H. e. ni fallor, Scripturas Vet. Test. ordine adhibito, sive alias post alias, interpretatus. Atque ait Freindaller. " Verba *ordine scriptu-*" *rarum*, non videntur quid innuere aliud, quam, Paulum " hoc loco rationes suas, e lege veteri pro stabiliendâ novâ " prætulisse, huicque illam *ordine* subjecisse."

Ibid. l. 26. principium] H. e. ἡ ἀρχὴ, initium, fundamentum.

Ibid. l. 28. sequens prædecessoris sui Johannis ordinem] Imperite scriptum, modo hoc velit auctor, quod tamen haud constat, imitatum esse Paulum *Apocalypsin*; nam, ut verisimiliter statuit Stoschius in *Comment. de Canone Libb. Novi Test.* cap. v. §. 62. edita est *Apocalypsis* sub Domitiano, neque ad Claudii, vel Neronis, tempora

[illegible] [illegible] numen. [illegible] [illegible] [illegible] viri illustris. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] se, Joannem Pauli [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], "quod hunc "[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: [illegible] "[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: quam Joannes "[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] "[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] "[illegible] [illegible]. [illegible] Paulinas inter et apoc-"[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ve-"[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]."

P. 4. l. 31. prima—secunda &c. &c.] For. legend. prima—secunda, atque ita deinceps.

P. 5. l. 1. [illegible] Sic [illegible] [illegible] [illegible].

Ibid. l. 4. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ecclesiæ [illegible] [illegible] [illegible]. Tertullianus *De Præscriptionum Hæreticorum* cap. 20. *Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Itaque tot ac tantæ ecclesiæ una est; illa ab Apostolis prima, ex qua omnes. Sic omnes primæ, et omnes Apostolicæ, dum una: omnes probant unitatem.*

Ibid. l. 1. Item septem ecclesiis scribat &c.] Stoschius, ubi paulo superius, §. ix. "Mihi adhuc secundi II. vel III. "scriptoris vestigium nihil in eo reperisse videor, quod "dictor fragmenti, numerum ecclesiarum ad quas apo-"stolus Paulus epistolas scripsit, ad imitationem epistola-"rum Johannis ad septem ecclesias Asiæ, pariter ad sep-"tenarium reducat. Fuisse enim ineunte sæculo III. qui "in eo mysterium aliquod quæsiverint, videre est apud "Cyprianum lib. I. *Testim. adv. Jud.* cap. 20. *Item*, scri-"bit Cyprianus, in *Samuele prima*: *sterilis septem peperit*, "*et quæ plurimos habebat filios infirmata est. Filii autem* "*septem, sunt ecclesiæ septem.* Unde et Paulus septem "ecclesiis scripsit, et Apocalypsis ecclesias septem ponit, "ut servetur septenarius numerus, ut dies septem, quibus "*Deus mundum fecit, ut angeli septem qui assistunt ante* "*faciem Dei.*" Vide et ejusd. Cypriani *Exhort. Martyrii*, p. 270. ed. Benedictin.; "Neque forte inepta erit co-"gitatio, si dicamus, rationem cur dubia contra episto-"lam ad Hebræos mota, apud quosdam veterum pondus "acceperint, prætensum hoc numeri septenarii myste-"rium, quem circa ecclesias ad quas Paulus scripserit, "omni modo integrum servare volebant, fuisse. Unde "quoque alii, qui de epistola ad Hebræos non dubita-"bant, ne viderentur mysterium numeri septenarii negli-"gere, dicere maluerunt Paulum *bis septem*, quam eum

" quatuordecim epistolas scripsisse." Hæc Stoschius. Ait Freindaller. " idcirco forte, ne excessus numerum istum " offenderet, Epistolam ad Hebræos omissam reperiri. " Poterat isthanc porro, etiamsi eam Paulo tribueret, hoc " loco incommemoratam jure dimittere; eo quod He- " bræi, sive Judæo-Christiani, ad quos missa est, mixti " quidem singulis communitatibus essent, non tamen pro- " priam constituerent." Sic disseruit ille, idque probabiliter. Sed de hac epistola plus infra. Porro bene monuit Freindaller. epistolas Apocalypticas sæculo secundo jam habitas fuisse *catholicas*, id est, tales, quæ ad universam (ὅλην) ecclesiam directæ fuerint. *Septiformis* ecclesia dicitur ab Optato in lib. ii. *De Schismate Donatist.* cap. iii. pag. 93. ed. Dupin. Ut vero locos omittam aliorum veterum scriptorum, qui cum Augustino in lib. vii. *De Civitate Dei* cap. 4. statuunt, *numero septenario* universæ *ecclesiæ significatam esse perfectionem*, hoc tantum notabo, Jesum Christum, qui in omnium procul dubio ecclesiarum medio perpetuo versatur, in medio septem candelabrarum, h. e. ecclesiarum, visum esse a Joanne in *Apocalypsi*, cap. i. comm. 13. Jam vero afferenda mihi sunt valde affinia huic nostri Fragmenti loco Victorini verba, quæ ex *Commentario in Apocalypsim* ei adscripto desumpsi. *In toto orbe septem ecclesias omnes esse, et septem nominatas, unam esse catholicam Paullus docuit. Et primum quidem, ut servaret et ipse typum septem ecclesiarum, non excessit numerum. Sed scripsit ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Thessalonicenses, ad Philippenses, ad Colossenses. Postea singularibus personis scripsit, ne excederet modum septem ecclesiarum. Et in brevi contrahens prædicationem suam ad Timotheum sic ait*, Ut scias, qualiter debeas conversari in ecclesia Dei vivi. (1 Tim. iii. 15.) Hæc Victorinus, cap. 1. Denique, dum numerus hic septenarius inter veteres Pythagoricos tam perfectus quam religioni aptissimus habebatur, unde *Etymol. Magn.* Ἑπτὰς, ἀπὸ τῦ σέβω, σεπλάς τις ἅσα, ὡς θεία, ἢ ἀμήτωρ, ἢ πάρθενος, similia sectatus Glycas in *Annalibus* Spiritum S. vult cœlo descendisse, decimo post die, quam resurrexisset Christus, propterea quod numerus quoque denarius sit perfectus. part. iii. p. 225. ed. Labbæi.

P. 5. l. 8. duæ] *Duas* cum Freindallero reponend. Ita similiter corrigendum est paulo infra ad l. 16.

Ibid. l. 10. in ordinatione ecclesiasticæ disciplinæ sanctificatæ sunt] Ait Tertullianus fine libri ult. *adv. Marcionem: Soli huic epistolæ* (scil. ad Philippens.) *brevitas sua*

profuit, ut falsarias manus Marcionis evaderet. Miror tamen, quum ad unum hominem (Philemonem) *literas factas receperit, quod ad Timotheum duas, et unam ad Titum,* de ecclesiastico statu compositas recusaverit. Sic ille. Nota, ad plures missam esse unam saltem ex his epistolis. Cæterum, ut de universis Paulinis dicam; Cum manu ipsius Pauli aut scriptæ sint, aut signatæ, epistolæ ejus omnes (vid. *Gal.* vi. 11. et 2 *Thess.* iii. 17.), et pleræque earum ad ecclesias frequentissimas, et diu postea florentes, missæ sint, in quibus ipsas recitari mos erat, (conf. *Coloss.* iv. 16. cum Dionysii Corinthii *Fragmentis* pag. 168. vol. I. *Reliquiar.*) earundemque ecclesiarum plerasque Paulus ipse postero tempore adiverit; haud dubitandum est, quin nemini alii etiam recentiorum scriptorum, qui vitâ jam functus fuerit, adscribi possit gravioribus ac certioribus argumentis suum proprium opus. Adde quod ab apostolicis usque temporibus quotquot supersunt patres hasce tredecim epistolas, ut fidei religionisque testes ac regulam, protulerunt. De Pauli illa ad Hebræos, quæ ab auctore Fragmenti omissa est, mox dicendum.

P. 5. l. 11. ad Laudecenses, alia ad Alexandrinos] Fortasse scribendum, *ad Laodicenses alia, alia ad Alexandrinos.* Stoschius *De Canone Libb. N. T.* hæc scribit §. lvi. "Memoratur igitur primo epistola quædam Pauli ad Laodicenos, quæ ad hæresim Marcionis pertineat. Jam vero ex Tertulliano adv. Marcion. lib. v. capp. 11. 17. et Epiphanio Hæresi xlii. constat, Marcionem qui medio seculo II. hæresin suam sparsit, epistolam aliquam ad Laodicenos in canone suo habuisse. Et quanquam ex Tertulliani verbis fere colligi debeat, eam ab epistola ad Ephesios, non nisi titulo discrepâsse, tamen ex Epiphanii testimonio, et quod Marcionis perpetuus fere mos fuerit, genuina Apostolorum scripta corrumpere, vix dubitari poterit Marcionis illam ad Laodicenos, a genuina Pauli ad Ephesios epistola dissensisse, eamque ab Autore fragmenti, intendi. Jungitur huic Epistolæ ad Laodicenos, alia Pauli ad Alexandrinos, cujus, inquit celeb. Muratorius, *nescio, an quisquam alius meminerit.* Neque ego ullam ejus apud veteres mentionem reperire potui. Igitur vel plane periit, vel forte sub alio titulo veteribus commemorata est, cum certum sit plures sæpe uni eidemque libro apocrypho, datos fuisse titulos; vid. celeb. Beusobrii Dissert. de libris Apocryphis N. T. §. x. vel adhuc alicubi inedita latet. Certe Kirstenius testatur, reperiri apud Arabes plures Pauli epi-

" stolas, nobis adhuc incognitas. Vid. Fabricius *Cod. A-*
" *pocr. Novi Testamenti*, part. ii. p. 920." Hæc Stoschius. Ait Hieronymus fine cap. v. lib. *De Viris Ill. Legunt quidam et ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.* Habet vero de hac epistola Philastrius, quæ digna sunt, ut huc quidem afferantur, in *Hæresi* sua lxxxix.—*Alii autem Lucæ evangelistæ aiunt (epistolam ad Hebræos); epistolam etiam ad Laodicenses scriptam.* Et quia addiderunt in ea quædam non bene sentientes, inde non legitur in ecclesia, etsi legitur a quibusdam, *non tamen in ecclesia legitur populo, nisi tredecim epistolæ ipsius* (Pauli), *et ad Hebræos interdum.* p. 169. ed. Fabricii. Interea singulare id est, quod nobis occurrit in Ælfrici Abbatis *De V. et N. Testamento Tractatu*, qui Ædgari regis Angliæ temporibus compositus est; cum enim idem Ælfricus omnes et singulos Novi Testamenti libros in canone Scripturæ reposuerat, solam his addidit Pauli epistolam ad Laodicenos. vid. p. 28. edit. Lisle, 1623. Denique brevissima quædam extat Pauli epistola ad Laodicenos dicta, sed diversa a veteri scripto, et ex cæteris Paulinis contexta, quæ a Fabricio in *Cod. Apocrypho N. T.* ad pag. 873. vol. ii. recusa est.

P. 5. l. 12. ad hæresim Marcionis] Græce, κατὰ τὴν αἵρεσιν τοῦ Μαρκίωνος. *Vett. Gloss. Secundum, ad, κατά.* " Al-
" tera hic præterea," inquit Freindaller, " subreptitia cum
" inscriptione, ad Alexandrinos, occurrit Pauli epistola, de
" qua quidem, quid statuendum, ipsi Muratorio explora-
" tum non est; quin nec ego memini, de simili epistola
" unquam aliquid mihi venisse ad manus. Litteras porro
" hasce tum ad Laodicenos, tum Alexandrinos, confirman-
" dæ hæreseos Marcionitarum gratia conflatas fuisse auc-
" tor noster commemorat; quo fit, ut origini earum certa
" epocha figi possit. Quid? quod Epiphanii quoque tes-
" timonium hisce consonet, hæresi xlii. diserte scribentis;
" Marcionem roborandis suis erroribus ab Epistola ad
" Laodicenos subsidia mutuasse."

Ibid. l. 14. recipi non potest.] Ad formam Græci sermonis, παραλαμβάνεσθαι οὐ δυνατόν ἐστι. Sed *possunt* pro *potest* reponere vult Freindaller.

Ibid. Fel enim cum melle misceri non congruit] Simili usus est metaphora Senior ille apud *Irenæum* ad pag. 42. vol. I. *Reliquiar. In Dei lacte gypsum male miscetur.*

Ibid. l. 15. et superscripti Johannis duas] L. *duæ*, ut supra ad lin. 8. Stoschius, *De Canone Libb. N. T.* §. liii. hæc scribit: " Autorem hujus fragmenti ad ultima se-
" culi II. vel initia seculi III. referendum esse, ex eo col-

" ligo, quod haud pauca in eo de libris Novi Testamenti " occurrant, quæ opinionibus quorundam Christianorum " illius ætatis plane conformia sunt. Scilicet 1. Omittun- " tur in hocce librorum Sacrorum Canone, epistola ad " Hebræos, epistola Jacobi, et Johannis apostoli non nisi " duæ commemorantur. Jam vero utramque, ad He- " bræos et Jacobi epistolam, quin etiam tertiam Johan- " nis, versus seculi secundi finem, a quibusdam in canone " non relatas fuisse, clarissimis testimoniis constat. Quod " enim ad epistolam ad Hebræos attinet, eam ab Irenæo, " et discipulo ejus Hippolyto, non genuinum Pauli opus " habitam fuisse, testatur Stephanus Gobarus apud Pho- " tium. Bibl. Cod. 232. ὅτι Ἱππόλυτος καὶ Εἰρηναῖος τὴν πρὸς " Ἑβραίους ἐπιστολὴν Παύλου, οὐκ ἐκείνου εἶναι φασίν. *Hippo-* " *lytus et Irenæus epistolam Pauli ad Hebræos, ejus esse* " *negant.* Ibid. Cod. 121. ex Hippolyti libro contra Hæ- " reses: λέγει δὲ ἄλλά τέ τινα τῆς ἀκριβείας λειπόμενα, καὶ ὅτι ἡ " πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ οὐκ ἔστι τοῦ ἀποστόλου Παύλου. *Dicit et* " *alia quædam parum accurata, et quod epistola ad He-* " *bræos, non sit apostoli Pauli.* De Caio presbytero Ro- " mano, uti id jam observavit Muratorius, Eusebius Hist. " Eccl. lib. vi. cap. 20. pariter refert, eum in disputatione " adversus Proclum, Cataphrygarum hæresis propugnato- " rem, *tredecim solum divini apostoli commemorare episto-* " *las,* eam quæ ad Hebræos inscripta est, cum reliquis non " adnumerans. Quid Origenes de ea senserit vide supra " §. xlviii." (ubi de ista epistola tanquam opusculo senten- tiam Pauli referente sensisse Origenem, Stoschius osten- dit.) " Epistolam vero Jacobi, circa idem tempus non ab " omnibus in canone relatam fuisse, testis est Eusebius " Hist. Eccl. lib. ii. c. 23. in fine. *Sane* pauci admodum ex " vetustioribus, *tum hujus epistolæ, tum illius Judæ, quæ* " *et ipsa in septem catholicarum numero recensetur, men-* " *tionem fecere.* De tertia autem Johannis constat eam " pariter a quibusdam dubiam habitam. Certe Irenæus " primam et secundam Johannis citat; tertiæ autem men- " tionem non injicit. Vid. Lardnerus *Fide Hist. Evang.* " Part. II. tom. i. c. xvii. pag. 301, 302." Hæc Stoschius.

I. De *epistola* vero *ad Hebræos* hoc velim adjicere, Barna- bæ non Paulo eam adscripsisse Tertullianum in lib. *De Pudicitia,* c. 20. quod et Hieronymus memorat de Tertul- liano in libro *De Viris Ill.* cap. 5. neque in canonem Lati- norum receptam eandem fuisse etiam Hieronymi tempo- ribus. Videnda enim inter alios locos *Epist.* ejus *ad Dar- danum* p. 69. ed. Frobenii. Attamen haud constat, Ire-

næum Hippolytumve discipulum ejus, quos supra nominat Stoschius, hanc epistolam e librorum sacrorum numero ejecisse, quippe cum, teste Eusebio lib. v. *Hist.* cap. 26. ex ipsa sententias quasdam idem ille Irenæus in opere suo *Variarum Disputationum* adduxisset. Origenes quoque in hanc epistolam scripsit commentarios. Porro in loco modo excitato Dardano ostendit Hieronymus, suscipi eam quasi Pauli apostoli ab ecclesiis Orientis et ab omnibus Græci sermonis scriptoribus. Certe ego inter legendum clare atque aperte factum illud ab auctoribus, quos hic nominabo, vidi; quique omnes, exceptis S. Petro Alexandrino episcopo atque Eusebio, ante sæculum tertium finitum vixerant; a Clemente nimirum Alexandrino, etsi a Romano quoque Clemente etiam existente sæculo primo epistola adducta est in capitibus ejus 17. et 36; a Vetere insuper Presbytero apud eundem *Clementem Alex.* quem p. 472. vol. I. *Reliquiar.* collocavi, ab Origene, cum alibi, tum in *Epist. ad Africanum* c. 9. a Dionysio Alexandrino, Præsulibus Antiochenis in *Epistola* sua *ad Paulum Samos.* pp. 473. et 474. in vol. II. posita, Petro Alexandrino in *Canone* suo *Nono*, denique ab Eusebio ipso *De Mart. Palæst.* c. xi. Addendi Clementi Romano, qui haud ipsum Pauli nomen apposuit, Pinytus in *Epistola ad Dionysium Corinthium*, p. 132. vol. I. *Reliquiar.* Theognostus Catecheticæ in Alexandrina urbe scholæ præfectus, S. Methodius, in *Convivio Virg.* pp. 90. et 96. ed. Combefis. Manesque et Archelaus in *Disputatione* capp. 5. 34. et 41. et 53. II. Ad *Jacobi* quod attinet *Epistolam*, quam, sicut Judæ illam, omisit saltem in recensione sua librorum sacrorum apud Eusebium, lib. vi. cap. 25. Origenes, mihi monendum est, verba Eusebii, quæ commemoravit Stoschius, in Græcis esse, οὐ πολλοὶ τῶν παλαίων αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, quæ vertit quidem Valesius, sed vix accurate, *pauci admodum ex vetustioribus;* etsi forsan ita loqui etiam Eusebii temporibus licuisset, nam, si qui sunt præter Irenæum lib. iv. c. 16. vel 30. pauci existunt e scriptoribus Eusebio vetustioribus, nunc superstitibus, qui hanc epistolam aperte adduxerint; nonnulli tamen alii istorum superstitum ad ipsam, præcipue ubi veteris Testamenti loci in ea adducuntur, possunt respicere. Certe mox ostensurus sum, omnes epistolas catholicas a Clemente Alexandrino in *Hypotyposibus* suis breviter enarratas fuisse. Tum vero a Syris epistolam Jacobi receptam esse, refert Cosmas Indicopleustes *De Mundo* lib. vii. p. 292. edit. Montfaucon. eademque epistola in versione semper extitit Syriaca, sicut una alia præterea ex septem Scripturis ἀντιλεγομέναις, epistola ad Hebræos. III. Denique de *Tertia Epistola S. Joannis* hæc

addam; commentatum quidem fuisse in duas priores hujus apostoli epistolas eundem Clementem, id testante in lib. primo *Divin. Lectionum* Cassiodoro, cap. 8. immo vero extare adhuc, quæ adscribuntur Clementi Alex. *Adumbrationes* in has duas epistolas, non in tertiam; sed tamen tradere Eusebium lib. vi. *Hist.* cap. 14. Clementem in libris Ὑποτυπώσεων omnium utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituisse enarrationem, *Ne illis quidem prætermissis scripturis, de quibus inter multos ambigitur, Judæ epistola, et Barnabæ, ac reliquis catholicis epistolis.* Scripserat ergo Clemens, si accuratus testis est Eusebius, commentarios in tertiam Epistolam Joannis, sicut in Jacobi epistolam. Utcunque res habet, hoc certe colligendum est, ex eo quod idem Clemens in lib. ii. *Stromatum* cap. 15. primam Joannis epistolam adducens, quam omnes a Polycarpi usque temporibus receperant, ἐν τῇ μείζονι ἐπιστολῇ posuit, tribuendam esse saltem illam secundam ex Clementis sententia Joanni apostolo, non presbytero, cui quidem multi antiquitus, teste Hieronymo c. 9. *De Viris Ill.* et Eusebio lib. iii. *Hist.* c. 35. duas epistolas posteriores asserere solebant; haud tamen consentiente Hieronymo ipso, qui, ut ex *Epistolis* ejus *ad Paulinum* p. 9. ed. Froben. et *ad Evagrium* p. 334. constat, utramque Joanni apostolo adscripsit. Interea quinam scriptores ante Cypriani tempora secundam amplexi fuerint epistolam, supra ostendi ad CONCIL. CARTHAG. VII. pag. 166. vol. iii. *Reliquiar.* quibus nunc addam auctorem ante synodum Nicænam qui scripsit, Alexandrum Alex. in *epistola* sua apud Socratem, lib. i. *Hist.* c. 6. Fatendum vero est, in nullum me incidisse scriptorem Ante-Nicænum, fortasse propter epistolæ brevitatem, qui tertiam epistolam adduxerit, nisi qui post factam mentionem ejus, vel sui ipsius, vel aliorum saltem, dubitationem de hujus atque secundæ epistolæ γνησιότητι simul addiderit. Sed hæc hactenus.

Interea quî fit, quod magis miremur, ut sileat hujus fragmenti Auctor de epistola priore S. Petri, quæ teste Eusebio, atque ipso apud Eusebium Origene, ἐν ταῖς ὁμολογουμέναις censetur Scripturis, sive, apud omnes, et semper, et ubique, recepta fuit; quamque tot patres a Polycarpi et Papiæ usque temporibus in operibus suis adduxerunt? Rem prorsus intactam et Stoschius et Muratorius silentio prætermittunt. Dictum fore a quoquam vix putem, ecclesiæ, in qua vixerit hic anonymus de Canone Scriptor, nondum S. Petri epistolam innotuisse, nam floruit idem medio sæculo secundo. Ait quidem, ut mihi jam constat, cl. Freindaller. " Prætereuntur hoc loco duæ Petri epistolæ, quarum prima eo ævo jam communiter recepta inve-

" nitur; non minus epistola Jacobi, quæ auctori Romæ " viventi nequibat esse incognita; tertia denique Joannis " epistola prorsus reticetur. Verum ex una parte pensan- " dum est, agi hic de fragmento, quod locis quamplurimis integritate sensus destituitur, et vel idcirco litem " etiamnum pendere, an non in contextu vel præmisso, " vel subsequo, et hæ Bibliorum partes commemoratæ " fuerint, atque, solummodo mutilati operis vitio, hodie " mentio earum desideretur; ex altera parte dissimulandum non est, non omnes in omnibus ecclesiis libros divinos eodem tempore fuisse receptos, atque ab ipso Eusebio singillatim epistolam Jacobi, secundam Petri, et " tertiam Joannis antilegomenis annumerari." Hæc ille, ubi hoc solum notabo, Eusebium, qui libros S. Scripturæ prædictos τοὺς ἀντιλεγομένους plus semel nominat, addere, γνωρίμους δ' οὖν ὅμως τοῖς πολλοῖς, et ὅμως δὲ ἐν πλείσαις ἐκκλησίαις παρὰ πολλοῖς δεδημοσιευμένες. Ut ut res se habet, quacunque de causa S. Petri epistola omissa est, *Epistolam* sane *Judæ* Auctor commemoravit; quam tamen, norunt omnes inter τὰς ἀντιλεγομένας Scripturas Eusebium recensuisse, qui lib. quoque *Hist.* ii. cap. 23. loco a Stoschio supra adducto, ait, non multos ex vetustioribus hujus epistolæ mentionem fecisse.

Ex his paucis vidi ego afferentes eam tanquam S. Scripturæ librum, Tertullianum, Clementem Alexandrinum, Origenemque, et fortasse Concilium Antiochenum contra Paulum Samosatenum habitum, Auctoremque contra Novatianum, a quo quidem, quæ saltem Judas ipse protulerat, referuntur. Quibus scriptoribus nunc demum addendus est hujus fragmenti Auctor; qui et alios præterea duos ex iisdem septem libris S. Scripturæ controversis suffragio suo, ut vidisti, confirmat, *Apocalypsin*, *Epistolamque alteram Joannis*. Adhæc, quod majus est, nullum, uti jam monui, ὑποβολιμαῖον opus canoni Novi Testamenti idem scriptor obtrusit præter *Petri Revelationem*, simul tamen commemorata νοθείας nota, quæ ab aliis libro infixa erat. Porro omnes τὰς ὁμολογουμένας Scripturas idem hic noster enumeravit, unâ tantum omissa, quæ est illa S. Petri Epistola.

P. 5. l. 16. in catholica] Græce τῇ καθολικῇ, et subaudita, ut interdum fit, voce ἐκκλησίᾳ. Exempla autem tum in Tertulliani libro *De Præscr. Hæreticorum*, cap. 30. tum sæpe alibi apud recentiores Tertulliano scriptores Optatum et Augustinum, occurrunt. Vid. et not. ad S. Cornelii Fragmenta p. 30. vol. iii. In *Codice* quoque *Theo-*

tustissimo scriptore *Carminis contra Marcionem*, quod Tertulliano tribuitur; ubi sub fin. lib. iii. hæc sunt,

Jamque loco nono cathedram suscepit Hyginus,
Post hunc deinde Pius, Hermas cui germine frater
Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus.

Quo versu ultimo Moshemius vult legere *cui* pro *quia*, dum alii fortasse melius posuerunt *qui*. Sed hac re missa, istæc scribere vir cl. pergit: "Reliquos veterum de Her-" ma, Pii fratre, locos, ut cum Tertulliano prorsus con-" sentire et ei librum Pastoris tribuere, doceam, necesse " non est." (*Librum Pontificalem* et *Martyrologia* in animo habet Moshemius.) "Testem enim bona fortuna pau-" cos ante annos nobis adduxit exceptione majorem et " Hermæ nostro æqualem, qui omnem extra controver-" siam ponit, *Pastorem*, quem habemus, sæculo secundo a " Pii, Romani episcopi, fratre, conscriptum esse———." (vid. supra pag. 9.) "In hoc igitur magni pretii frag-" mento hæc de Herma scripta leguntur; *Pastorem vero* " nuperrime temporibus nostris *in urbe Roma Herma con-" scripsit, sedente cathedra urbis Romæ Ecclesiæ Pio epi-" scopo, fratre ejus.* Hæc luculenta sunt, omnemque vi-" rorum doctorum de Hermæ ætate, loco, conditione, " disputationem terminant. Succedunt alia verba non mi-" nus commemorabilia, ex quibus, quo loco et numero " Hermas in ecclesia Latina olim haberetur, constat. Ex-" cluditur ille *Canone* seu numero divinorum librorum, " non quidem nimis eleganter et oratione concinna, verum " perspicue tamen et evidenter. *Et ideo legi eum quidem* " *oportet, se publicare vero in ecclesia populo, neque inter* " *prophetas completum numero, neque inter Apostolos in fi-" nem temporum potest.* Ait scriptor, privatim quidem a " piis hominibus legi posse *Pastorem*, negat vero eum in " populi Christiani concione legi debere et neque prophe-" tarum neque apostolorum libris adjici posse. Honorifi-" cus est hic locus ecclesiis Latinis, plusque in illis sapi-" entiæ et cautionis fuisse, quam in Græcis, quorum ple-" risque prophetis et apostolis non inferior Hermas visus " fuit, demonstrat.——Verbum addam de ratione, qua se " viri docti potissimum moveri dicunt, ut Hermam, *Pasto-" ris* auctorem, ab Herma, Pii pontificis fratre distin-" guant. In *libro Pontificali*, nonnullisque aliis veterum " scriptis, locus quidam ex Hermæ, Pii fratris, libro cui " Pastoris titulum dederat, producitur de *Paschate die* " *Dominico* celebrando, quem frustra in *Pastore* Hermæ,

" qui ad nos pervenit, quærimus. Vid. Jo. Alb. Fabricii " *Codex Apocryphus* Novi Testam. tom. iii. pag. 761. Ex " hoc colligunt, Hermam, Pii fratrem, librum reliquisse a " nostro *Pastore* diversum. Si Græce *Pastor Hermæ* ho- " die extaret, si ad nos integrum delatum esse libellum " hunc, dubio careret, non spernenda esset hæc ratio. " At quum Latinam tantum habeamus interpretationem, " eandemque fortassis mutilam, omnis expers virtutis ha- " beri debet. Verisimile est, Orientalium et Græcorum " Christianorum illos, qui quartodecimani nominantur, " locum hunc de tempore Paschatis, quia sententiæ eo- " rum obsistebat, ex Pastore ejecisse." p. 164. Hæc vir præstantiss. contra pervulgatam illam de Herma *Pastoris* auctore sententiam; quæ tamen vix et ne vix quidem recentiorum est scriptorum commentum; Hermæ enim Paulino adscribendum esse *Pastoris librum* statuit Origenes lib. x. *Comm. in Epist. ad Rom.* ad locum, quo Hermas ab apostolo commemoratur; aliique præterea auctores, ut ex Eusebio Hieronymoque constat, idem tradiderunt. Porro nonnulli apud Germaniam viri docti hunc scriptorem primo sæculo vindicandum, adhuc opinantur; utrum autem novis quibusvis rationibus sententiam suam confirment, id nondum mihi videre contigit.

Sed vero opera inter se vult distinguere, Hermæ Paulini, et Hermæ sive Hermetis Pii fratris, Gallandius in Prolegomenis de Caio Presbytero, §. iv. p. xxxi. tomi ii. *Biblioth. Patrum*, luculenterque idem ostendisse ait Justum Fontaninum, *Hist. Litt. Aquil.* lib. ii. cap. 1. Porro hæc ipse scribit Gallandius lectu haud indigna. " Quem- " admodum viri apostolici opus antiquis patribus *Pastor* " seu *liber Pastoris* appellatus fuit, inde fortasse derivata " denominatione hujusmodi, quod in toto ferme opere " Pastor inducitur Hermam alloquens et informans: ita " quoque contigerit, ut et Hermetis liber *de Paschate* fu- " erit nonnullis saltem *Pastor* nominatus; quia illius auc- " tor *de iis scripsit, quæ ei præcepit angelus, quum venit* " *ad eum in habitu Pastoris*, ut habet Catalogus II. Hen- " schenianus, unde non solum scriptori, sed ejus etiam li- " bro *Pastoris* nomen inhæserit." Librum autem injuria temporis deperditum fuisse, quem Hermes Pii frater ediderit, putant Gallandius et Fontaninus; et Fontaninus quidem hunc Hermetem nominari debere Hermam negat; quum tamen *Herma* non *Hermes* Auctorem hujus Fragmenti appellare videmus, sicut *Hermas* Pseudo-Tertullianus habet. Immo contra Usuardus Paulinum illum

Hermam *Hermetem* vocat in *Martyrologio* suo 9 Maii fol. 70. ed. Lovan. Porro Fragmenti Auctor librum *Pastorem* dictum, qui Hermæ extat, in mente habere poterat, etsi fingas illum per errorem Hermæ, vel Hermeti, Pii papæ fratri opus adscripsisse; at vero, ut recte ait, sed alio loco, Freindaller. "fidenter hic scriptor de re ista loqui-"tur, quemadmodum de rebus divulgatis quibuslibet at-"que recentibus sermocinari quis solet." Interea adversus Gallandium, qui statuit, non esse intelligenda verba Fragmenti de *libro Pastoris* nobis cognito, verum de libro quodam recentiori nunc deperdito, in hunc modum acute respondet idem Freindaller. "An hic posterior *liber Pas-*"*toris* ad canonicos novi fœderis libros pertineat, legique "in ecclesia debeat, uspiam fuisse quæstionem motam, "per antiquitatem integram nullibi vestigium reperitur. "Nullis itaque modis Caius Gallandianum hunc Her-"mam indicare sane poterat, cum universa, quæ de *libro* "*Pastoris* in medium protulit, stent pro noto antiquiore "altero, qui proinde vel ideo non a veteri Herma primi "sæculi, sed in secundo a fratre Pii I. conscriptus est."

P. 5. l. 22. Herma] For. legend. *Hermas.*

Ibid. sedente cathedra urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo] Particulam *in* post *sedere* addendam esse mecum sentit Freindaller. Cæterum id monendum est, cathedram urbis Romæ per decennium tenuisse Pium post annum Christi CXL.

Ibid. l. 24. se publicare vero] For. *sed publicari* vero. Græce δημοσιεύσθαι δέ. *Sed* pro *se* posuit et Freindaller. Interea opponuntur τοῖς ἀποκρύφοις libri *publicati*; Eusebius lib. iii. *Hist.* cap. 3. de suis ipsius temporibus ac regione agens, hoc ipsum Hermæ opus etiam in ecclesiis δημοσιεύσθαι, *publicari*, seu *publice legi*, consuevisse ait, etsi ἐν ὁμολογεμένοις non reponendum. Liber autem hic Pastoris, ait Freindaller. "majori in honore inter Græcos fuit quam "Latinos; forte, quod lingua Græca sit operis hujus ver-"nacula, unde postmodum Latinitate donatum est." Porro postea idem monuit, faciliorem inter Græcos quam Latinos reperire potuisse locum sententiam illorum, qui librum Pastoris antiquioris Hermæ, a Paulo nimirum salutati, fuisse existimabant, eo quod Latinis scriptor cognitus fuerit; indeque patere causam, cur volumen hoc majori apud Græcos quam Latinos in honore sit habitum; dicere enim de eodem S. Hieronymum, lib. *De Viris* [illegible]. cap. x. *Apud Latinos ferme ignotus liber.* Confer Moshem. supra ad pag. 32.

P. 5. l. 26. completum] l. completos.

Ibid. l. 27. potest.] Græce δυνατόν ἐϛι. Ait Auctor *Contra Cataphrygas* apud Eusebium, δεδιὼς δὲ καὶ ἐξευλαβέμενος, μή πη δόξω τισὶν ἐπισυγϛάφειν ἢ ἐπιδιατάσσεδαι τῷ τῆς τᾶ εὐαγγελίε καινῆς διαδήκης λόγῳ· ᾧ μήτε ϖροσδεῖναί μητ' ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ εὐαγγέλιον αὐτὸ ϖολιτεύεδαι ϖροηρημένῳ. pag. 73. vol. II. harum *Reliquiar.*

Ibid. l. 28. Arsinoi autem, seu Valentini, &c.] De Arsinoo nulla alibi, quod sciam, extat mentio, sed is gente videtur Ægyptius fuisse, secta Gnosticus. Valentinum autem Psalmorum librum confinxisse referunt ex Tertulliani libro *De Carne Christi* cum Muratorius, tum Stoschius. Porro in *Catena MS. in Jobum*, quæ in bibliotheca Bodleiana adservatur, ad cap. xxi. ver. 12. uti nos certiores facit Grabius tom. ii. *Spicilegii PP.* p. 38. ab Origene memorantur *Psalmi Valentini* atque *Odæ Basilidis.* In *Catena* quoque *in Jobum* a Paulo Comitolo Latine versa Venetiisque edita anno 1587. ad pag. 345. opuscula eadem Origenes adducit. Ad Marcionem autem, vel Marcionitas, aliquod opus hujusmodi pertinuisse, nemo, quod sciam, præter hunc scriptorem narravit. Solum habet Epiphanius, postquam *evangelium* atque *apostolicum* Marcionis memoravit, ἄλλα δὲ συντάγματα ἀφ' ἑαυτοῦ συνέταξε (Marcion) τοῖς ἀπ' αὐτᾶ ϖλανωμένοις. *Hæres.* xlii. cap. ix. p. 309. ed. Petavii. Ex quibus operibus unum *Antitheses* dictum Tertullianus sæpius adduxit. Sed notabilis est locus Origenis apud Macarii *Oratt. in Lucam* p. 981. ed. Delaruan. *Op. Origenis.* Ταῦτα δὲ εἴρηται ϖρὸς τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, καὶ Βασιλίδου, (sic) καὶ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος. ἔχουσι γὰρ καὶ αὐτοὶ τὰς λέξεις ἐν τῷ καθ' ἑαυτὲς εὐαγγελίῳ. Hinc colligendum mihi quidem videtur, commune aliquod extitisse evangelium apud hæresiarcharum istorum discipulos, sicut ante ad AGRIPPAM CASTOREM notavi, pag. 85. vol. I. *Reliquiar.* Valentino evangelium fuisse auctores sunt Irenæus lib. iii. *adv. Hæres.* c. 11. et Scriptor *Appendicis* Tertulliani *De Præscript. Hæret.* c. 49. prout Basilidi fuisse ipse tradit Origenes in *Homilia* sua *in Luc.* p. 982. ut de Hieronymo atque Ambrosio initio *Comm. in idem evang.* taceam. Marcionis autem evangelium, ex opere S. Lucæ confectum, celebratius est, quam ut teste egeat. Quid ergo prohibet, quin Psalmorum liber quispiam tribus illis sectis communes sibi opiniones habentibus communis fuisse videatur? Neque tantum in loco superius allato, verum etiam alibi, Origenes Valentinum, Basilidem, Marcionem, memorando simul conjunxit. Vide *Catenam* illam *in Jobum* a Comitolo La-

tine editam ad pag. 237. Neque diversum quid fecerunt alii auctores; ut exempli gratiâ Clemens Alex. in celebri loco *Strom.* lib. vii. cap. 17. Immo vero ita scribere Hieronymus videtur de Priscilliano in cap. 121. lib. *De Viris Ill.* ut unam eandemque, aut consimilem, noveris esse istorum hæresim; *Hic usque hodie a nonnullis Gnosticæ, id est, Basilidis et Marcionis, de quibus Irenæus scripsit, hæreseos accusatur, defendentibus aliis, non ita eum sensisse, ut arguitur.* Sic ille. Superest de *Miltiade*, homine ignoto, qui hoc loco memoratur, dicere, nulla cognatione eum junctum videri Miltiadi Cataphrygum, sive Montani discipulo, quem Auctor Anonymus *Contra Cataphrygas* oppugnabat. Vid. p. 73. vol. II. *Reliquiar.* Porro ita Freindaller.—"oborietur dubitatio, qua ratione vir ille in "favorem Marcionis, quemadmodum Arsinous, ac Va- "lentinus, librum psalmodicum condiderit? Miltiades "utique, sive Alcibiades," (nam ita legendum opinabantur Langus ad Nicephorum, Valesiusque ad Eusebium) "Montani sectæ adhæserat, quem hæreticus Marcion "quadraginta, nisi quinquaginta annis, computo ætatis "prævenit. Quid, inquam, ille ad promovendos sive Mar- "cionis, sive ejus sectatorum errores, quibuscum Monta- "nisticæ hæresi aut nulla, aut pæne nulla causæ commu- "nio intercesserat, negotiorum susciperet?" Denique quod attinet ad illud in hoc fragmento portentum *Basilidem Asianorum Cataphrygum constitutorem*, quis Basilidem Alexandrinum, celebrem illum hæresis Gnosticæ doctorem, Cataphrygum seu Montanistarum, sectæ notissimæ et ætate posterioris, statorem fuisse vel conditorem, unquam audivit? Nullam porro similitudinem aut cognationem habebant Montanistæ cum Gnosticis, vel Marcionitis, quas quidem hæreses tot libris confutavit Montani sectator Tertullianus. Locus unus tantum mihi occurrit, ubi hujusmodi quid possit innui; in quo nimirum extat error ille Epiphanii de causa abstinentiæ a cibis apud Montanistas, quem supra ad vol. I. p. 331. indicavi; præterquam quod hic quidem memorandum est, cum severius erga pœnitentes se gerere solerent Montanistæ, de Basilide hæc scripsisse in *Strom.* iv. c. 24. Clementem Alexandrinum, πλὴν ἐδὲ πάσας (ἁμαρτίας) ὁ Βασιλείδης φησὶ, μόνας δὲ τὰς ἀκουσίας ἢ κατ' ἄγνοιαν, ἀφίεσθαι. Anne ergo, nihil enim hac de re affirmaverim, si minus nostri auctoris ignorantiâ, at fortasse malevolentiâ quorundam, dicebantur constitutorem suum habere Montanistæ, seu Cataphryges, Basilidem Gnosticum hæreticum? Neque vero congesta

a me istæc abs re aliena essent, si verba, *Asianorum Cataphrygum constitutorem*, de psalmorum illo libro, non de Basilide ipso, exponi possent. Qua quidem interpretatione famam auctoris nostri vel facilius tuebimur. At vero his verbis allatis, *Asianum Cataphrygum constitutorem*, pro quibus posuit, *Asiano Cataphrygum constitutore*, ait Freindaller. hujus personam in Miltiade, vel Alcibiade, latere posse; " veruntamen hanc ultimam pericopen" arbitratur " sensus defectu laborare, et restitutionem ejus despe- " rari." Cæterum de Basilidis Valentinique ætate, qui paulo post mortuos omnes apostolos exorti esse videntur, dixi ante ad pag. 135. vol. primi *Reliquiar.* Atque eosdem hæreticos auctor est Clemens Alexandrinus circa tempora vixisse Hadriani imperatoris, quod de iis tradidit in loco *Stromatis* vii. cap. 17. p. 898. ed. Potteri, quem modo memoravi.

P. 5. l. 29. qui etiam novum Psalmorum librum Marcioni conscripserunt] Eodem sensu Epiphanius in loco supra ad p. 35. descripto, ἀλλὰ δὲ συντάγματα ἀφ' ἑαυτῦ συνέταξε (Marcion) τοῖς ἀπ' αὐτῦ πλανωμένοις. Ita et Cornelius Nepos, in *Lysandro*, cap. 3. *Hanc* (*orationem*) *ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.* Supra posuerat Auctor de Pauli epistolis pseudepigraphis, *fictæ ad hæresim Marcionis*, p. 5. l. 12.

APPENDIX I.

IN QUA CONTINENTUR

CONCILIUM ELIBERITANUM, ROMANUM,
ARELATENSE I.
GESTA PURGATIONIS FELICIS,
GESTAQUE APUD ZENOPHILUM.

ELIBERITANUM CONCILIUM,

IN HISPANIA ANTE MAGNAM SYNODUM NICÆNAM CELEBRATUM,

AD EDITIONEM CONCILIORUM HARDUINAM
PARISIIS ANNO 1715. TYPIS IMPRESSAM.

CONCILIUM [a]ELIBERITANUM [b]XIX. EPISCOPORUM.

Ex collectione Isidori, editione viri doctissimi Garsiæ Loaisa, et novissima Emin. Card. De Aguirre, quam ille contulit cum quinque MSS. codicibus: item ex perantiqua collectione Canonum MS. gemina, quæ est in Collegio Parisiensi Societatis Jesu. In altera, in qua indiculus est synodorum verbis ipsius Isidori, quæ sunt relata ex parte a Gratiano, XI. dist. XVI. hæc tantum leguntur de Eliberitana: Concilium *Heliberitanum*, XVIIII. *episcoporum, in quo statuti sunt Canones* LXXXI. Altera addit in titulo, *tempore Constantini*. In duobus MSS. Alveldensi et Hispalensi, qui nunc sunt Bibliothecæ S. Laurentii, scripti ambo (ut amanuensis quidem ipse testatur) sæculo Christi decimo, dicitur hæc habita synodus *eodem tempore quo Nicæna*. In duobus MSS. Toletanis, ejusdem fere ævi, apponitur Era CCCLXII. qui est annus Christi CCCXXIV. Hincmarus Remensis, (eodem sæc. nono, quo Isidorus) in opusc. XXXIII. cap. 20. coactam synodum refert iisdem Consulibus, quibus et Nicænam. Onuphrius in Fastis, assignat annum CCCXIII. quoniam, opinor, Canones Concilii Arelatensis, anni CCCXIV. multi videntur excerpti fuisse ex Eliberitano. Quæ causa nos etiam impulit, ut salva tamen auctoritate Hincmari et MSS. codicum, quæ debet hic esse potior, exhiberemus * hoc loco Concilium Eliberitanum. Fuit istud in Bætica oppidum *Iliberi, quod Liberini tenuere*, ut ait Plinius, lib. iii. sect. 3.

TITULI CAPITULORUM.

I. De his qui post baptismum idolis immolaverunt.
II. De sacerdotibus [c]gentilium, qui post baptismum [d]immolaverunt.

[a] In MSS. plerisque Elibertinum, *vel* Elibertanum. [b] Iduum Maiarum, Episcoporum numero XLIII. *in MS. Pith. at in nostro*, XVIIII. * ad an. Christi 313. [c] *al.* gentium. [d] *al.* sacrificant.

Cum [o] *consedissent sancti et religiosi episcopi in ecclesia Eliberitana, hoc est:*

I. Felix episcopus [p] Accitanus.
II. Osius episcopus Cordubensis.
III. Sabinus episcopus Spalensis.
IV. Camerinus episcopus Tuccitanus.
V. Sanagius episcopus [q] Epagrensis.
VI. Secundinus episcopus [r] Castulonensis.
VII. [s] Pardus episcopus Mentesanus.
VIII. Flavius episcopus [t] Eliberitanus.
IX. Cantonius episcopus [u] Corsicanus.
X. Liberius episcopus Emeritanus.
XI. Valerius episcopus Cæsaraugustanus.
XII. Decentius episcopus Legionensis.
XIII. Melantius episcopus Toletanus.
XIV. Januarius episcopus de [x] Salaria.
XV. Vincentius episcopus Ossonobensis.
XVI. Quintianus episcopus Elborensis.
XVII. Successus episcopus de Eliocrota.
XVIII. Eutychianus episcopus [y] Bastitanus.
XIX. Patritius episcopus Malacitanus.

Post subscriptiones episcoporum, in vetusto codice Urgelensi leguntur sequentes presbyterorum.

Restitutus presbyter de Elepel.
Natalis presbyter de Orsuna.
Maurus presbyter de Illiturgi.
Lamponius presbyter Karula.
Barbatus, de Advingi.
Felicissimus, de Ateva.
Leo Accinipi.
Liberatus, de Eliocrota.
Januarius, de Lauro.
Januarius, Barbæ.
Victorinus, a Gabro.
Titus, a Vinc.
Eucharius a Municipio.
Victor, Ulia.
Silvanus, Sagalbina.
Januarius, Urci.
Leo, Gemella.
Turrinus, Castellona.
Luxurius, de Drona.
Emeritus, Barca.
Eumancius, Solia.
Eumencianus, Ossigi.
Evexes, Carthagine.
Julianus, Corduba, presbyter.

[o] *al.* convenissent. [p] *al.* Aquitanus. [q] *al.* Bigerrensis. [r] *al.* Catraleucensis. [s] *al.* Pardius. [t] *al.* Flavianus Elibertinus. [u] *al.* Catonus Urcitanus. [x] *al.* Siblaria. *al.* Sibariensis. [y] *al.* Bassitanus.

Residentibus etiam [a] *viginti et sex presbyteris, adstantibus diaconibus et omni plebe, episcopi dixerunt:*

CAPITULUM I.

PLACUIT [b] inter eos, qui post fidem baptismi salutaris, adulta ætate, ad templum idololatraturus accesserit, et fecerit, quod est crimen [c] principale: quia est summum scelus, placuit, nec in fine eum [d] communionem accipere.

II.

Flamines, qui post fidem lavacri et regenerationis sacrificaverunt; eo quod geminaverint scelera, accedente homicidio; vel triplicaverint facinus, cohærente mœchia; placuit eos nec in fine accipere communionem.

III.

Item flamines, qui non immolaverint, sed munus tantum dederint; eo quod se a funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstari communionem; acta tamen legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, ulterius his non esse dandam communionem; ne [e] lusisse de dominica communione videantur.

IV.

Item flamines, si fuerint catechumeni, et se sacrificiis abstinuerint, post triennii tempora, placuit ad baptismum admitti debere.

V.

Si qua [f] domina furore zeli accensa flagris verberaverit ancillam suam, ita ut [g] in tertium diem animam cum cruciatu [h] effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu

[a] *In edit. Card. de Aguirre, et Mendozæ,* XXXVI. [b] *Aguirre,* ut quicumque. [c] *Aguirr.* capitale. [d] *Aguerr.* ad communionem suscipere. [e] inlusisse, *Aguirr. ex cod. Alveld.* [f] *MS.* femina, 43. *Dist.* 50. Si qua femina. [g] *MS.* intra: *Gratianus,* infra: *Ivo,* part. XV. et cxliii. *Burch.* lib. VI. c. 19. *Raban. de Judic. Pœnit.* lib. iii. c. 5. *Mogunt. Conc.* 1. *anno* 747, cap. xxii. *Regino,* lib. ii. c. 58. *et alii.* [h] *MS.* emittat. *Ivo, in Decr.* part. x. cap. 155. *Burch.* lib. VI. cap. 26.

occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si infra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

VI.

Si quis vero [i] a maleficio interficiat alterum; eo quod sine idololatria perficere scelus non potuit, [k] nec in fine impertiendam esse illi communionem.

VII.

Si quis forte fidelis post lapsum mœchiæ, post tempora constituta, accepta pœnitentia denuo fuerit fornicatus, placuit, nec in fine habere eum communionem.

VIII.

Item feminæ, quæ nulla precedente causa, reliquerint viros suos, et se copulaverint [l] alteris, nec in fine accipiant communionem.

IX.

Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, [m] et alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, [n] nisi quem reliquerit, prius de sæculo exierit; nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

X.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc et circa feminas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit fidelis, quæ ducitur, ab eo qui uxorem inculpatam reliquit [o] et cum scierit illum habere uxorem, quam sine causa reli-

[i] *legunt*, veneficio. [k] *Ita etiam Regino*, lib. ii. cap. 83. *ex Conc. Eliber. At Ivo et Burch. legunt*, nisi in fine impertiendam non esse. [l] *Ivo in Decr.* part. viii. cap. 198. *Burch.* lib. ix. cap. 62. *ex Conc. Eliber.* cap. 8. *sed interpolato sic:* alteri se copulaverunt, et in hoc permanere voluerint. [m] 8. XXXII. *Qu.* 7. Fidelis femina quæ. *Ivo in Decr.* part. viii. c. 199. *Burch.* lib. ix. c. 63. *Regino*, lib. ii. cap. 108. *Raban. lib. Pœnit.* cap. 3. *et in epist. ad Heribald.* cap. 21. *Aguirre*, et alterum duxerit, *omissis iis quæ sunt interjecta.* [n] *MS.* quam is quem reliquit, de sæc. [o] *Aguirr.* et cum cluerit illum ab uxore—placuit hujusmodi in fine dari communionem.

quit, placuit, huic nec in finem dandam esse communionem.

Posterior hujus canonis pars sic legitur in codice quodam membranaceo.

Quod si ducitur ab eo qui inculpatam reliquit uxorem, et eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit nec in fine hujus dari communionem.

XI.

Intra quinquennii autem tempora, catechumena si graviter fuerit infirmata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

XII.

Mater, vel parens, vel quælibet fidelis, si lenocinium exercuerit; eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit, eas, [p] nec in fine accipere communionem.

XIII.

[q] Virgines, quæ se Deo dicaverint, si pactum [r] perdiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid amiserint; placuit nec in fine eis dandam esse communionem. [s] Quod si semel persuasæ, aut infirmi corporis lapsu vitiatæ, omni tempore vitæ suæ hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, ut abstineant se a coitu: eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

XIV.

Virgines quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, duxerint, et tenuerint maritos; eo quod solas nuptias violaverint, [t] post annum sine pœni-

[p] *Ita etiam Regino*, lib. ii. cap. 142. *et Ivo in Decr. At Burch.* lib. xix. c. 5. nisi in fine non accipiat commun. [q] 25. XXVII. *Q.* 1. Virgines quæ se. *Item Raban. in libro Pœnit. et in epist. ad Heribald.* cap. 23. [r] *Concil. Moguntin.* III. *anno* 888. c. 26. *et in Colon.* 1. c. 6. *anno* 887. prodiderint. [s] *Aguitre, sic edidit:* Quod si semetipsas pœnituerit, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, et toto tempore, &c. [t] *Ita Rabanus, lib. Pœnit.* cap. 4. *et in epist. ad Heribald.* cap. 23. *ex Conc. Elib.* cap. 14. *At Regino*, lib. ii. cap. 151. *Burch.* lib. ix. cap. 14. *et Ivo*, part. viii. cap. 152. *sic interpolant:* post pœnitentiam unius anni, reconcilientur.

tentia, reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros; eo quod mœchatæ sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem oportere.

XV.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ: ne ætas in flore tumens, in adulterio animæ resolvatur.

XVI.

Hæretici, [u] si se transferre noluerint ad ecclesiam catholicam, nec ipsis catholicas dandas esse puellas: sed neque Judæis, neque hæreticis, dare placuit; eo quod nulla possit esse societas fideli cum infideli. Si contra interdictum fecerint parentes, [x] abstineri per quinquennium placet.

XVII.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junxerint; placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.

XVIII.

[y] Episcopi, presbyteri, et diacones de locis suis, negotiandi causa, non discedant; nec circumeuntes provincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant: et si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

XIX.

Episcopi, presbyteri, et diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mœchati; placuit, et propter scandalum, et propter [z] profanum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

XX.

[a] Si quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, pla-

[u] *Aguirre*, qui erant ab ecclesia cath. [x] *Aguirre*, abstinere. [y] *Regino*, lib. i. cap. 227. *ex Conc. Elib. Est hic Canon* XIX. *apud Aguirre: sequens vero* XVIII. [z] *Aguirre*, nefandum. [a] 5. *Dist.* 47. Si quis clericorum. *Et Ivo*, part. xiii. cap. 12.

cuit eum degradari, et abstineri. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras; et promiserit, correctus jam, se cessaturum, nec ulterius exacturum; placuit ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab ecclesia [b] esse p[illegible]ciendum.

XXI.

[c] Si quis in civitate positus tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, pauco tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

XXII.

Si quis de catholica ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque recurrerit; placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat pœnitentiam. Cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

XXIII.

[d] Jejuniorum superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Julii, et Augusti, ob quorumdam infirmitatem.

XXIV.

[e] Omnes qui [f] peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

XXV.

[g] Omnis qui attulerit litteras confessionis, sublato nomine confessoris; eo quod omnes sub hac nominis gloria passim concutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt litteræ.

[b] *Aguirre*, sciat se esse. [c] *Citat hunc Canonem in Sardic. Concilio*, can. 14. *Osius Cordub. quod et Hincmarus observat, in opusc.* xxxiii. cap. 20. *Item Regino*, lib. i. cap. 182. *ex Conc. Eliberino.* [d] *Ivo*, part. iv. cap. 31. *Aguirre edidit*, Jejunia seu abstinentias per. [e] 4. *Dist.* 98. Omnes qui peregre. *Ivo*, part. vi. cap. 352. [f] *MS. quidam*, in peregre. [g] *Arelatense Concil.* 1. can. 9.

XXVI.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbati die [h] superpositiones celebremus.

XXVII.

Episcopus, vel quilibet alius clericus, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam nequaquam [i] habere placuit.

XXVIII.

Episcopos placuit ab eo qui non communicat, munera accipere non debere.

XXIX.

[k] Energumenus qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad altare, cum oblatione, recitandum; neque permittendum, ut sua manu in ecclesia ministret.

XXX.

[l] Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati; eo quod postmodum, per subreptionem, ad altiorem gradum [m] promoveantur: vel si qui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

XXXI.

[n] Adolescentes, qui post fidem lavacri salutaris fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima pœnitentia, placuit ad communionem admitti.

XXXII.

Apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere pœnitentiam non debere, sed potius apud episcopum: cogente tamen infirmitate, necesse est presbyterum communionem præstare debere; et [o] diaconum, si ei jusserit sacerdos.

[h] *Aguirre edidit*, jejuniorum superpositionem. [i] *Aguirre edidit*, secum habeat. [k] *Hunc canonem spectasse videtur Conc. Tolet.* XI. *anni* 674. [l] *Raban. lib. Pœnit.* cap. 4. *ex Conc. Elib.* cap. 30. *et in Epist. ad Hunibald.* cap. 22. [m] *Aguirre edidit*, non sit promovendus. Si autem aliqui sunt. [n] *Raban. hæc totidem verbis, locis citatis, ex Conc. Elib.* cap. 31. [o] *Confer Cypriani epist.* 12.

Hic canon sic legitur in altera editione, quam secutus est Card. de Aguirre.

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere sine episcopi consultu, sed potius apud episcopum agat: cogente tamen infirmitate, non est presbyterorum aut diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis jusserit episcopus.

XXXIII.

[p] Placuit in totum prohiberi episcopis, presbyteris, et diaconibus, vel omnibus clericis positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, et non generare filios: quicumque vero fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIV.

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: [q] inquietandi enim spiritus sanctorum non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab ecclesiæ communione.

XXXV.

[r] Placuit prohiberi, ne feminæ in cœmeterio pervigilent; eo quod sæpe sub obtentu orationis latenter scelera committant.

XXXVI.

[s] Placuit, picturas in ecclesia esse non debere; ne quod colitur, [t] et adoratur, in parietibus depingatur.

XXXVII.

Eos qui ab immundis spiritibus vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si fideles fuerint, dandam esse communionem: prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint [u] abstineant a communione.

XXXVIII.

Peregre navigantes, aut si ecclesia in proximo non fue-

[p] *Canon hic est etiam nonus Concilii Vormat. anni* 868. [q] *De hac locutione vide Tertull. lib. de Spect.* cap. 15. *lib. de Patientia,* cap. 7. [r] *Hunc canonem Meldensi Concilio tribuit Ivo,* part. xi. cap. 60. [s] *Agobard. lib. de Imag. citat in Conc. Eliber. Item Ivo,* part. iii. cap. 40. *Burchardus,* lib. iii. c. 85. [t] *Aguirre,* aut. [u] *In MS.* abstineantur: *hoc tantum.*

rit, posse fidelem, qui lavacrum suum [x] integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate infirmitatis positum catechumenum : ita ut si supervixerit, ad episcopum eum perducat, ut per manus impositionem [y] proficere possit.

XXXIX.

[z] Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi ; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, et fieri Christianos.

XL.

Prohiberi placuit, ut cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non [a] referant : si post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporum a communione esse arcendos.

XLI.

Admoneri placuit fideles, ut in quantum possint, prohibeant ne idola in domibus suis habeant : si vero vim metuunt servorum, vel seipsos puros conservent : si non fecerint, alieni ab ecclesia habeantur.

XLII.

Eos qui ad fidem primam credulitatis accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennium placuit ad baptismi gratiam admitti debere ; nisi infirmitate compellente coëgerit ratio velocius subvenire periclitanti, vel gratiam postulanti.

XLIII.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem scripturarum, ut cuncti [b] diem Pentecostes post Pascha celebremus, non quadragesimam, nisi quinquage-

[x] *Valafrid. Strabo, lib. de Rebus Eccl.* cap. 26. plenum *posuit pro* integro, *et male interpretatur, Cyprianus epist.* 52. *et Pacianus epist.* 3. integros sacerdotes *vocant, non lapsos.* [y] *MS.* perfici, *ut infra,* cap. 77. [z] *Hunc canonem Burchardus,* libro iv. cap. 30. *tribuit Agathensi Concilio. Vide can.* 6. *Concilii Arelat.* 1. [a] *Aguirre,* inferant. [b] *Aguirre edidit,* diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi &c.

simam. Qui non fecerit, novam hæresim induxisse u- tetur.

XLIV.

Meretrix quæ aliquando fuerit, et postea habuerit maritum; si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

XLV.

Qui aliquando fuerit catechumenus, et per infinita tempora nunquam ad ecclesiam accesserit, si eum de clero quisque cognoverit esse Christianum, aut testes aliqui exstiterint fideles; placuit, ei baptismum non negari; eò quod [c] in veterem hominem deliquisse videatur.

XLVI.

[d] Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit; si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra; post decem annos, placuit eum communionem accipere.

XLVII.

[o] Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sæpe fuerit mœchatus; in fine mortis est conveniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non ludere eum de communione pacis.

XLVIIII.

[f] Emendari placuit, ut qui baptizantur, (ut fieri solebat) nummos in concham non immittant, ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a sacerdotibus, [g] sed clericis.

XLIX.

Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos a Deo percipiunt, [h] a Judæis benedici; ne nos-

[c] *MS.* in vetere homine, *ut Innoc. I. in epist.* 22. cap. 2. [d] *Confer canonem ultimum Concilii Arelat.* 1. [e] *Raban. locis jam citatis. Regino*, lib. ii. c. 137. *Burch.* lib. ix. cap. 67. *et Ivo*, part. viii. cap. 203. [f] 104. 1. *Qu.* 1. Emendari placuit. [g] Vel, *in MS. collect. canonum, et apud Gratianum.* [h] *Aguirre edidit*, cum gratiarum actione, a Jud.

tam irritam et infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab ecclesia abjiciatur.

L.

[i] Si vero quis clericus vel fidelis cum Judæis cibum sumpserit, placuit eum a communione abstinere, ut debeat emendari.

LI.

Ex omni hæresi [k] fidelis si venerit, minime est ad clerum promovendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

LII.

[l] Hi qui inventi fuerint libellos famosos in ecclesia ponere, anathematizentur.

LIII.

[m] Placuit cunctis, ut ab eo episcopo quis accipiat communionem, a quo abstentus in crimine aliquo fuerit. Quod si alius episcopus præsumpserit eum admitti, illo adhuc minime faciente, vel consentiente, a quo fuerat communione privatus; sciat se hujusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstaturum.

LIV.

[n] Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineantur. Si tamen iidem sponsus vel sponsa in gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes: si in iisdem fuerit vitium, et polluerint se, superior sententia servetur.

LV.

Sacerdotes, qui tantum [o] coronam portant, nec sacrifi-

[i] *Raban. lib. Pœnit.* cap. 26. *et in Epist. ad Heribald.* cap. 27. *Burch.* lib. xix. cap. 132. *et Ivo*, part. xv. cap. 142. [k] *Aguirre*, qui ad nos fidelis venerit. 13. *V. Qu.* 1. Si qui inventi. *Ivo*, part. iii. cap. 251. [m] *Similis huic canon* 16. *Arelat.* 1. *Concilii.* [n] *Ivo*, part. viii. cap. 46. *Item Gratianus, causa* 3. *quæst.* 3. *sed canone interpolato*, cap. 1. Si qui parentes. *Gratianum secutus est Card. de Aguirre.* [o] sacrificantium coronam, *Aguirre.*

cant, nec de suis sumptibus aliquid ad idola præstant, placuit post biennium accipere communionem.

LVI.

[p] Magistratum vero uno anno, quo agit duumviratum, prohibendum placuit, ut se ab ecclesia cohibeat.

LVII.

Matronæ, vel earum mariti, ut vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent; et si fecerint, triennio abstineantur.

LVIII.

[q] Placuit, ubique, et maxime in eo loco in quo prima cathedra constituta est episcopatus, ut interrogentur hi qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant, suo testimonio comprobati.

LIX.

Prohibendum ne quis Christianus, ut gentilis, ad idolum Capitolii causa sacrificandi ascendat, et videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta pœnitentia, recipiatur.

LX.

[r] Si quis idola fregerit, et ibidem fuerit occisus; quatenus in evangelio scriptum non est, neque invenitur [s] sub apostolis unquam factum, placuit in numero eum non recipi martyrum.

LXI.

[t] Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, et ipsa fuerit fidelis; quinquennium a communione placuit abstineri; nisi forte dari pacem velocius necessitas coëgerit infirmitatis.

LXII.

[u] Si auriga et pantomimus credere voluerint; placuit,

[p] *Similis huic canon* VII. *Concilii Arelat.* I. [q] *Confer Canonem* VII *Concilii Arelat.* I. [r] *Burch.* lib. vi. cap. 45. *Ivo*, part. x. cap. 172. [s] *Aguirre*, ab *Apost. et mox, in numerum.* [t] *Est hic canon et apud Gregor. III. in Judiciis Pœnit.* cap. 11. *non appellato nomine Concilii. Ex Elib. citat Rabanus, in epist. ad Heribald.* cap. 30. *et Regino*, lib. ii. c. 194. [u] *Vide canonem* 4. *et* 5. *Concilii Arelat.* I.

LXXIV.

[h] Falsus testis, prout est crimen, abstinebitur. Si tamen non fuerit mortale quod objecit, et probaverit; quod non tacuerit, biennii tempore abstineatur; si autem non probaverit conventui clericorum, placuit, per quinquennium abstineri.

LXXV.

[i] Si quis autem episcopum, vel presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, et probare non potuerit; nec in fine dandam ei communionem.

LXXVI.

Si quis diaconum se permiserit ordinari, et postea fuerit detectus in crimine mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima pœnitentia post triennium accipere communionem. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

LXXVII.

[k] Si quis diaconus regens plebem, sine episcopo, vel presbytero, aliquos baptizaverit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo recesserint, sub fide, qua quis credidit, poterit esse justus.

LXXVIII.

[l] Si quis fidelis, habens uxorem, cum Judæa vel gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari communioni.

[h] *Rabanus*, lib. iii. *de Pœnit. Satisf.* cap. 53. *Regino*, lib. ii. cap. 341. *Burch.* lib. xvi. cap. 18. *et ante hos omnes, Gregorius III. in Judiciis Pœnit.* cap. 13. *sed ibi interpolatus est canon.* [i] *Gregor. III. loco cit.* cap. 13. *Regino*, lib. iii. cap. 338. *Conc. Suess. II. anno* 853. *Gratianus*, 4. 11. *Qu.* 3. Si quis episcopum. *At Burchardus*, lib. ii. cap. 195. *et Ivo*, part. vi. cap. 240. *Carthaginiensi adscribunt, et legunt*, non nisi in fine. [k] *Ita Regino*, lib. i. c. 267. *ex Conc. Eliberit. sed Burchardus interpolat*, lib. iv. cap. 92. *ex Conc. Turonico.* [l] *Gregor. III. in Judiciis Pœnit.* cap. 27. *non appellato Concilio. Raban. epist. ad Heribald.* cap. 11. *ex Conc. Elibertino*, cap. 78. *Regino*, lib. ii. c. 141. *et Ivo in Decr.* part. viii. cap. 212.

LXXIX.

Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit nummos, placuit eum abstineri: et si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

LXXX.

[m] Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.

LXXXI.

Ne feminæ suo potius, absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant, quæ fideles sunt; vel litteras alicujus pacificas ad suum solum nomen scriptas accipiant.

[m] 24. *Dist.* 54. Prohibendum est ut.

Apud Gratianum extant hi quoque Canones, Concilio Eliberitano, ut recte admonet Card. de Aguirre, falso attributi: 21. *De Consecr. dist.* 22. Omnis homo: *forte ex aliquo Concilio Hibernensi, quod legentis vitio mutatum est in Iliber.* 17. XXII. *quæst.* 4. Diffinitio, *quod Burchardus citat ex Conc. Hibernensi.* 15. XXII. *quæst.* 5. Pueri ante annos: *quod idem Burchardus eidem Concilio Hibernensi tribuit. Horum Canonum Hibernensium selecta capitula Lucas Dacherius edidit in Spicilegio,* tomo IX. *unde incaute Regino,* libro I. cap. 328. *descripsit,* Ex Synodo Helibernensium.

quas Optatus sub libri sui primi finem refert, detulerunt. *Sed quia*, ut Augustinus loquitur, epist. cv. n. 8. olim xvi. *Constantinus non est ausus de causa episcopi judicare, eam discutiendam atque finiendam episcopis demandavit. Quod et factum est in urbe Roma, præsidente Melchiade episcopo illius ecclesiæ cum multis collegis suis.* Ipsam epistolam, qua Constantinus Melchiadi negotii hujus delegavit cognitionem, Eusebius e latino sermone in græcum conversam, historiæ suæ inseruit. Hanc autem ut exhibeamus, nostrum institutum videtur postulare. COUSTANT.

Ἀντίγραφον Βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ.

ΕΠΕΙΔΗ τοιῦτοι χάρται παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπάτου τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλέους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται, Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγεννησίων πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι· καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ταῖς ἐπαρχίαις, ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαίρετος ἡ θεία πρόνοια ἐνεχείρισε, καὶ κεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχ-

Exemplum epistolæ imperatoris Constantini, qua episcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate et concordia ecclesiarum.

Constantinus Augustus Miltiadi episcopo urbis Romæ et Marco.

Quoniam hujusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africæ proconsule ad me sunt missi, in quibus continetur Cæcilianum Carthaginensis urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis, multis de rebus insimulari; ac mihi permolestum videtur, in iis provinciis, quas divina providentia meæ devotioni mera liberalitate tradidit, et in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas

λον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμενόντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ δίχοσατεῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν· ἔδοξέ μοι ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι· ἵν' ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετικίου, καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου τῶν κολλήγων ὑμῶν, οὓς τοῦτο ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκριβῶς, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν. ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληροφορίαν δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας πρὸς τοὺς προειρημένους κόλληγας ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα σεμνότης, δοκιμάσει ὅν τινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι. ὁπότε μὴ δὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδοῦ τῇ ἐν θέσμῳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς

partes divisam ad deteriora deflectere, et episcopos inter se dissentire: Placuit mihi, ut ipse Cæcilianus cum decem episcopis qui accusare illum videntur, ac decem aliis, quos ipse ad causam suam necessarios esse judicaverit, Romam naviget; ut ibi coram vobis, necnon Reticio, Materno et Marino collegis vestris, quos hujus rei causâ Romam properare præcepi, possit audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire optime nostis. Porro ut de omnibus his plenissimam valeatis habere notitiam, exempla libellorum ad me ab Anulino missorum litteris meis subjecta, ad supradictos collegas vestros transmisi. Quibus lectis perpendet gravitas vestra, quonam modo prædicta controversia accuratissime dijudicanda sit, et ex præscripto justitiæ terminanda. Siquidem nec vestram sedulitatem latet tantam a me reverentiam sanctissimæ ecclesiæ catholicæ exhiberi, ut nullum omnino schisma vel

μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βέλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν. ἡ θειότης ὑμᾶς τῷ μεγάλῳ Θεῷ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι, τιμιώτατε. p. 325. *Rom. Pontif. Epistolarum* a Petro Coustantio Parisiis anno 1721. editarum. Extat epistola apud Eusebium lib. x. *Hist. Eccl.* cap. 5.

discidium ullo in loco a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis annis vos servet, carissime.

III.

DE ACTIS HUJUS CONCILII,

ALIISQUE REBUS HUC PERTINENTIBUS,

S. Optatus *De Schismate Donatistarum*, lib. i. capp. 22—27. p. 22—26. ed. Dupin.

NOSTRAS chartas probant et conflictus causarum, et contentiones partium, et exitus judiciorum, et epistolæ Constantini. Nam quod de nobis dicitis, quid Christianis cum regibus? aut quid episcopis cum palatio? Si nota est nosse reges, vos tota perfundit invidia. Nam majores vestri, Lucianus, Dignus, Nasutius, Capito, Fidentius, et cæteri imperatorem Constantinum, harum rerum adhuc ignarum, his precibus rogaverunt: quarum exemplum infra scriptum est: "Rogamus te, Constantine optime imperator, quoniam de genere justo es, cujus pater inter cæteros imperatores persecutionem non exercuit, et ab hoc facinore immunis est Gallia; nam in Africa inter nos et cæteros episcopos contentiones sunt; petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua. Datæ a Luciano, Digno, Nasutio, Capitone, Fidentio, et cæteris episcopis partis Donati."

Quibus lectis, Constantinus pleno livore respondit. In qua responsione et eorum preces prodidit, dum ait: "pe-

" titis a me in sæculo judicium, cum ego ipse Christi ju-
" dicium expectem." Et tamen dati sunt judices, Maternus ex Agrippina civitate, Reticius ab Augustoduno civitate, Marinus Arelatensis. Ad urbem Romam ventum est ab his tribus Gallis, et ab aliis quindecim Italis. Convenerunt in domum Faustæ in Laterano, Constantino quater et Licinio ter consulibus, sexto nonas Octobris die, sexta feria. Cum consedissent Miltiades episcopus urbis Romæ, et Reticius et Maternus et Marinus episcopi Gallicani: et Merocles a Mediolano, Florianus a Sinna, Zoticus a Quintiano, Stennius ab Arimino, Felix a Florentia Tuscorum, Gaudentius a Pisis, Constantius a Faventia, Proterius a Capua, Theophilus a Benevento, Sabinus a Terracina, Secundus a Prænestе, Felix a tribus Tabernis, Maximus ab Ostia, Evandrus ab Ursino, Donatianus a Foro Claudii.

His decem et novem consedentibus episcopis, causa Donati et Cæciliani in medium missa est. A singulis in Donatum sunt hæ sententiæ latæ. " Quod confessus sit " rebaptizasse, et episcopis lapsis manum imposuisse; " quod ab ecclesia alienum est." Testes inducti a Donato, confessi sunt se non habere quod in Cæcilianum dicerent. Cæcilianus omnium supra memoratorum sententiis innocens est pronunciatus: etiam Miltiadis sententia, qua judicium clausum est his verbis: " Cum constiterit Cæci-
" lianum, ab iis qui cum Donato venerunt, juxta profes-
" sionem suam non accusari: nec a Donato convictum
" esse in aliqua parte constiterit: suæ communioni eccle-
" siasticæ integro statu retinendum merito esse censeo."

Sufficit ergo et Donatum tot sententiis esse percussum, et Cæcilianum tanto judicio esse purgatum. Et tamen Donatus appellandum esse ab episcopis credidit. Ad quam appellationem Constantinus imperator sic respondit: " ô rabida furoris audacia! sicut in causis gentilium
" fieri solet, appellationem interposuerunt[a]."

[a] Hoc scriptum notant ab Imp. post Concil. Arelat. vid. infra, ad p. 97.

Eodem tempore idem Donatus petiit, ut ei reverti licuisset, et nec ad Carthaginem accederet. Tunc a Filumino, suffragatore ejus, imperatori suggestum est, ut bono pacis Cæcilianus Brixiæ retineretur: et factum est. Tunc duo episcopi ad Africam missi sunt Eunomius et Olimpius. Venerunt, et apud Carthaginem fuerunt per dies quadraginta, ut pronunciarent ubi esset catholica. Hoc seditiosa pars Donati fieri passa non est: de studio partium strepitus quotidiani sunt habiti: novissima sententia eorumdem episcoporum Eunomii et Olympii talis legitur; " ut dicerent illam esse catholicam, quæ esset in " toto orbe terrarum diffusa, et sententiam decem et no- " vem episcoporum jamdudum datam, dissolvi non pos- " se." Sic communicaverunt clero Cæciliani, et reversi sunt. De iis rebus habemus volumina actorum, quod si quis voluerit, in novissimis partibus legat. Cum hæc fierent, Donatus ultro prior ad Carthaginem redit. Hoc audito, Cæcilianus ad suam plebem properavit. Hoc modo iterum renovellatæ sunt partes. Constat tamen et Donatum tot sententiis esse percussum, et Cæcilianum innocentem totidem sententiis pronunciatum.

Sed quia in ipsa causa jamdudum in catholica duorum videbantur laborare personæ, et ordinati et ordinatoris: postquam ordinatus in urbe purgatus est, et purgandus adhuc remanserat ordinator. Tunc Constantinus ad Ælianum Proconsulem scripsit, ut remotis necessitatibus publicis, de vita Felicis Autumnitani publice quæreretur. Sedit is cui erat indictum. Inducti sunt Claudius Saturianus, curator Reipublicæ, qui fuit tempore persecutionis in civitate Felicis, et curator præsentis tunc temporis quando causa flagitabatur, Callidius Gratianus, et Magistratus Alfius Cæcilianus, sed et Superius stationarius perductus, et Ingentius scriba publicus pependit sub metu imminentium tormentorum. Responsis omnium nihil tale inventum est in vita Felicis episcopi, propter quod ordinare

non potuisset. Habetur volumen actorum, in quo continentur præsentium nomina, qui fuerant in causa Claudii Saturiani curatoris, et Cæciliani magistratus, et Superii stationarii, et scribæ Ingentii, et Solonis officialis publici ipsius temporis. Post quorum responsa, a supra memorato proconsule hæc pars sententiæ dicta est: "Felicem "autem religiosum episcopum, liberum esse ab exustione "instrumentorum manifestum est, cum nemo in eum ali- "quid probare potuerit, quod religiosissimas scripturas "tradiderit vel exusserit. Omnium enim interrogatio su- "prascriptorum manifesta est, nullas scripturas deificas, "vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. Hoc "actis continetur, quod Felix episcopus religiosus, illis "temporibus, neque præsens fuerit, neque conscientiam "accommodaverit, neque aliquid tale fieri jusserit." Unde pulsa atque extersa infamia, cum ingenti laude de illo judicio recessit.

IV.

Ex *Collationis Carthag.* Cognitione iii. cap. 223. seu potius ex capitis illius titulo, qui solus superest, patet, per triduum in hoc Concilio Cæciliani causam actam fuisse. Porro tradidit, quæ hic sequuntur, in libro tertio *Breviculi Collationis Carthag.* capite xii. §. 24. p. 385. ed. Amstel. S. Augustinus.

Atque inde ex ordine legi cœpit etiam Episcopale judicium Melchiadis Romani episcopi et aliorum, cum illo Gallorum et Italorum Episcoporum in eadem urbe Romæ factum. Cujus judicii prima parte, id est gestis primi diei recitatis, ubi accusatores Cæciliani, qui missi fuerant, negaverunt se habere quod in eum dicerent; ubi etiam Donatus a Casis Nigris in præsenti convictus est, adhuc diacono Cæciliano schisma fecisse Carthagine, de Carthaginis enim schismate exorta est adversus ecclesiam catholicam pars Donati; ubi etiam promiserunt iidem adversarii Cæciliani alio die se repræsentaturos, quos causæ necessarios subtraxisse arguebantur; et hoc mentiti, ulteriùs ad judicium accedere noluerunt.

Hæc Augustinus, qui pergit referre, noluisse tum temporis Donatistas in collatione Carthaginis habita auscultare, cum cæpisset recitari quid alio die gestum sit, hoc est, absolutio Cæciliani; Catholicis contradicentibus non debere interrumpi quod legi jam cœperat, donec ejusdem judicii omnia gesta terminarentur. Postea vero, ut videre est in cap. 17. gestis cæteris recitatis, apparuit omnium qui tunc consederant episcoporum sententiis et ipsius Melchiadis, Cæcilianum absolutum atque purgatum, Donatum vero damnatum, qui præsens in prima fuerat actione convictus. Sed et in *Epistola* sua *ad Glorium* &c. num. xliii. olim 162, capp. 15. et 16. de ejusdem Concilii Romani Actis hæc addidit S. Augustinus:

Potestis enim pro vestra prudentia et illorum perversitatem illic attendere, et judicum gravitatem, quemadmodum ad extremum persuaderi non possent, ut a plebe partis Majorini, quæ certam personam non habebat, argueretur Cæcilianus; et requisiti ab eis essent vel accusatores vel testes vel quoquo modo caussæ necessarii, qui simul cum eis ex Africa venerant, et eos præsentes fuisse atque a Donato subtractos esse diceretur. Promisit idem Donatus quod eos esset exhibiturus: quod cum non semel, sed sæpius promisisset, amplius ad illud judicium accedere noluit; ubi jam erat tanta confessus, ut nihil aliud deinceps non accedendo, nisi præsens damnari noluisse videretur, cum tamen ea quæ damnanda essent, eo præsente atque interrogata (interrogante, *alii*) manifestata fuerint. Accessit et aliud, ut a quibusdam adversus Cæcilianum denuntiationis libellus daretur, post quod factum quemadmodum sit rursus agitata cognitio, et quæ personæ illum libellum dederint, quoque modo nihil in Cæcilianum probari potuerit, quid dicam, cum et audieritis omnia, et quoties volueritis legere, possitis. De numero autem septuaginta episcoporum, (*in Concil. Carthag. adversus Cæcilianum*) cum quasi gravissima opponeretur auctoritas quæ fuerint dicta meministis; et tamen viri gravissimi ab infinitis quæstionibus catenâ quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes quam multi essent illi episcopi, aut undecollecti, quos videbant tanta temeritate cœcatos, ut in absentes et non interrogatos collegas, tam præcipites auderent proferre sententias. Et tamen qualis ipsius beati Melchiadis ultima est prolata sententia, quam innocens, quam integra, quam provida atque pacifica, qua neque collegas, in quibus nihil constiterat, de collegio suo ausus est removere; et Donato solo, quem totius mali primi-

cipem invenerat, maxime culpato, sanitatis recuperandæ optionem liberam ceteris fecit, paratus communicatorias litteras mittere etiam iis quos a Majorino ordinatos esse constaret; ita ut quibuscunque locis duo essent episcopi, quos dissensio geminasset, eum confirmari vellet, qui fuisset ordinatus prior, alteri autem eorum plebs alia regenda provideretur. O virum optimum, o filium Christianæ pacis, et patrem Christianæ plebis! S. Augustini *Op.* tom. ii. p. 72. edit. Amstel. Confer et *Epist.* clxxxv. §. 47. p. 503. ubi hanc clementiam defendit atque laudat Augustinus.

V.

Epitome rerum ad Cæciliani causam pertinentium, quæ extat in S. Augustini Sermonibus XXV. *ex Membranis Bibliothecæ Vindobonensis a Michaele Denis V. Cl. anno* 1792. *Vindobonæ in forma max. editis.*

URGEAM eos manifesta veritate. Vos imperatoris judicium flagitastis. Mentimini, inquit. Extant Chartæ publicæ. Ipsi Donatistæ de parte Majorini, qui prior ordinatus est, contra Cæcilianum adierunt, proconsulem tunc Anullinum, et detulerunt libellos accusatorios de nomine Cæciliani, et in aluta signatos, dicentes, se adversus Cæcilianum crimina (*videtur omissum*, habere, DENIS.) quæ illo libello scripsissent, et rogantes, ut ipsam accusationem eorum mitteret ad comitatum Imperatori. Extat Relatio Anullini proconsulis scribentis ad imperatorem Constantinum; quod homines de parte Majorini venerint ad illum cum libellis de accusatione Cæciliani, rogantes, ut eosdem libellos mitteret Imperatori, et se dicit fecisse, quod illi rogaverunt. Scripsit Imperator ad Miltiadem episcopum et Marcum, transferens ad illos causam ecclesiasticam, et removens a se. In eisdem literis scribit Imperator; misisse se chartas missas ab Anullino, et in ipsis literis ignorat, (*putem*, ignoratur, *et paullo post*, continetur, DENIS.) quæ illæ chartæ sint, sed in Relatione Anullini cognoscitur, quæ hodie publicis codicibus continentur. Deinde scribit idem Constantinus ad Anullinum, ut partes Romam dirigat ad episcopale judicium. Refert etiam Anullinus in extremo, misisse se partes. Vos ergo istis ad Imperatorem, vos causam ecclesiæ ad humanam potestatem detulistis. Ille melior quam vos. Vos enim ad Imperatorem deferebatis, ille ad episcopos. Dicta est causa

in episcopali judicio illis primo accusantibus. Prolata est sententia pro Cæciliano. Illi non contenti judicio ecclesiastico murmurare cæperunt, rursus eundem Imperatorem adierunt, post episcopale judicium quærentes imperiale judicium. Dedit alterum ecclesiasticum apud Arelatum. Ab ipso etiam judicio illi ad ipsum Imperatorem appellaverunt. Victus importunitate eorum voluit et ipse causam suscipere atque cognoscere. Suscepit, cognovit, Cæcilianum innocentissimum judicavit, etiam omnes jussiones Imperatorum (*for. addend.* confirmavit) contra illos. Quid mirum? Cujus judicium flagitasti, ejus sententiam recusare audes? Extant hæc in *Sermone* XIX. cap. viii. p. 76.

GESTA PURGATIONIS FELICIS.

Gesta Purgationis Felicis episcopi Aptungitani, qui ordinavit Cæcilianum episcopum Carthaginiensem, habita Carthagini apud Ælianum proconsulem Africæ, Volusiano et Anniano Coss. h. e. *anno Christi* 314.

Primum edita a Jo. Papirio Massono cum Gestis Collationis Carthag. *ex vetere MS. olim Bibl. Thuanæ nunc Regiæ.*

Desunt plurima.

. . . . . .

. . . . . in municipio Autumnitanorum (id est, Aptungitanorum, *Baluzius.*) Gallienus duumvir dixit: Quoniam præsens es, Cæciliane, (is fuit Alfius Cæcilianus duumvir) audi litteras Domini mei Ælii Paulini (hic, et paulo post, nomen Verini substitui debere statuit Baluzius) viri spectabilis agentis vicariam præfecturam, quid jubere sit dignatus secundum epistolam ad nos datam, quæ declarare te compellit et scribam quem habuisti tunc temporis administrationis tuæ et tabularium. Sed quoniam tabularius ejus temporis vita functus est, et omnes actus administrationis tuæ secundum fidem litterarum ejusdem mei Domini tecum perferre debebis, et ad coloniam Carthaginiensem cum scriba tuo proficisci necesse est. Præsens est curator, sub cujus præsentiam vos compellimus. Quid ad hoc respondes? Cæcilianus dixit: Mox ad me epistolam Ælii Paulini viri spectabilis agentis vicariam præfecturam pertulistis, statim ad scribam Miocium misi ut veniret et acta ipsius temporis confecta mihi obtulisset, et usque adhuc inquirit, quoniam non modicum tempus est ex quo duumviratum administravi; anni sunt undecim. Itaque cum invenerit, parebo tanto præcepto. Gallienus duumvir dixit: Tua interest jussioni parere. Vides enim jussionem

esse sacram. Cæcilianus dixit: Devotus sum tanto præcepto. Item cum paulo post scriba Miccius supervenisset, Fuscius duumvir dixit: Audisti et tu, Micci, quod et tu una cum Cæciliano necessarius es ire ad officium viri spectabilis Vicarii, instructionem ejus temporis ut vobiscum perferatis. Ad hæc quid dicis? Miccius respondit: Magistratus suppleto anno omnes actus suos domum suam tulit, si mei in cera possint inveniri inquiro. Et cum quæreret, Quintus Sisenna duumvir dixit: Quod cognovit officium respondit. Apronianus dixit: Si omnes actus suos tulerat magistratus, unde acta quæ tunc emissa erant, vel confecta tanto tempore? Et cum diceret, Ælianus proconsul dixit: Et mea interrogatio et singularum personarum responsio actis continetur. Agesilaus dixit: Sunt præterea et aliæ epistolæ huic rei necessariæ. Interest ut legantur. Ælianus proconsul dixit: Lege Cæciliano audiente, ut agnoscat an ipse dictaverit. Agesilaus recitavit.

Volusiano et Anniano consulibus, XIIII. Kalendas Septembris in jure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Jovis optimi maximi, duumvirum splendidæ coloniæ Carthaginiensium, Maximus dixit: Loquor nomine seniorum Christiani populi catholicæ legis. Apud maximos Imperatores causa agenda erit contra Cæcilianum et Felicem, qui principatum ejusdem legis omnia conantur invadere. Contra ipsos documenta criminum ejus conquiruntur. Nam cum persecutio esset indicta Christianis, id est, ut sacrificarent, aut quascunque scripturas haberent, incendio traderent, Felix, qui tunc episcopus fuit Autumnos, consensum adtulerat ut de manu Galatii scripturæ traderentur, ut igni concremari possent; et erat tunc temporis magistratus Alfius Cæcilianus, quem præsentem videre dignaris. Et quoniam ejus temporis officium incumbebat ut ex jussione proconsulari omnes sacrificarent, et si quas scripturas haberent, offerrent secun-

dum sacram legem, quæso secundum sens est (ita MS. secundus senex est, nullo sensu edidit Massonus, *Baluz.*) et senem vides, et non potest ad comitatum sacrum pergere, apud acta deponat utrumne jam de pactione secundum (*for.* secum) ab eodem habita litteras dederit, et utrum ea quæ in litteris contulerit, vera sint; ut horum actus et fides in judicio sacro detegi possit. Adstanti Cæciliano Speretius duumvir dixit: Audis quæ apud acta sint deposita? Alfius Cæcilianus dixit: Zamæ eram propter lineas comparandas cum Saturnino. Et cum veniremus illo, mittunt ad me in prætorio ipsi Christiani ut dicerent: Sacrum præceptum ad te pervenit? Ego dixi: Non, sed vidi jam exempla. Et Zama (*for.* Zamæ) et Furnis dirui basilicas et uri scripturas vidi. Itaque proferte si quas scripturas habetis, ut jussioni sacræ pareatur. Tunc mittunt in domum episcopi Felicis, ut tollerent inde scripturas, ut exuri possent secundum sacrum præceptum. Sic Galatius nobiscum perrexit ad locum ubi orationes celebrare consueti fuerant. Inde cathedram tulimus et epistolas salutatorias, et ostia omnia combusta sunt secundum sacrum præceptum. Et cum ad domum ejusdem Felicis episcopi mitteremus, renuntiaverunt officiales publici illum absentem esse. Nam cum posteriori tempore adveniret Ingentius scriba Augentii, cum quo ædilitatem administravi, dictavi epistolam eidem collegæ quam feci ad eundem episcopum Felicem. Maximus dixit: Præsens est. Eadem epistola ei offeratur, ut eandem recognoscat. Respondit: Ipsa est. Maximus dixit: Quoniam recognovit epistolam suam, hanc lego, et ore plena actis inseratur. Et recitavit. *Cæcilianus parenti Felici salutem. Cum Ingentius collegam meum Augentium amicum suum conveniret, et inquisisset anno duoviratus mei an aliquæ scripturæ legis vestræ secundum sacram legem adustæ sint. * quam Galatius unus ex lege vestra publice epistolas salutatorias de basilica protulerit. Opto te—bene valere* (conf. p. 76.). "* Hoc signum, quod deprecatorium

" ad me miserant Christiani, et ipse cujus est prætorium. et " dixisti: Tolle clavem, et quos inveneris in cathedra libros " et super lapide codices, tolle illos. Sane vide officiales ne " tollant oleum et triticum. Et ego dixi tibi: Tu nescis " quia ubi scripturæ inveniuntur, ipsa domus diruitur? Et " dixisti: Quid ergo faciemus? Et dixi ego vobis: Tollat " aliquis de vestris in area ubi orationes facitis, et illic po- " nantur. Et ego venio cum officialibus, et tollo. Et nos " illo venimus, et omnia tulimus—secundum sacrum præ- " ceptum." Maximus dixit: Quoniam ejus epistolæ lectio apud acta recitata est, quam ipse agnovit se misisse, quæ dixit quæsumus actis hæreant. Speretius duumvir dixit: Quæ dixisti scripta sunt. Agesilaus dixit: Ad præsente (*for.* At præsentem) epistolam recognovit; residuam partem, quam nunc legit, falsam esse dicit. Cæcilianus dixit: Domine, usque ad hoc dictavi usquequo habet: *Opto te, parens carissime, bene valere.* Apronianus dixit: Semper sic falsum per terrorem, per scenam, per inreligiosam mentem actum est ab his qui catholicæ ecclesiæ consentire noluerunt. Nam Paulino hic administrante vices præfectorum, subornatus est quidam privatus homo, qui modum cursoris haberet, qui ad catholicæ unitatem veniret, atque eos induceret et terreret. Detecta igitur factio est. Nam componebatur Felici religiosissimo episcopo per mendacium ut videretur scripturas prodidisse et exussisse. Ingentius quidem, cum hoc totum, quicquid agebat, obesset sanotitati et religioni Cæciliani, subornatus est ut veniret cum litteris veluti Felicis episcopi ad Cæcilianum duumvirum, et ei confingeret a Felice se esse mandatum. Dicat ipsa verba quibus hoc est confictum. Ælianus proconsul dixit: Dic. Apronianus dixit: " Dic, inquit, Cæciliano amico " meo quod codices accepi pretiosos deificos XI. quiaque " me nunc convenit ut illos restituam, dic quod anno ma- " gistratus tui eos exusseris, ne reddam illos." Qua de re igitur de Ingentio quærendum est, quatenus hæc machinata

sint ac fabricata, et quatenus voluerit circumscribere magistrum (*for.* magistratum, *Dupin.*) ad mendacium, ut Felicem aspergeret infamia, dicat a quo missus sit; verumtamen machinationem istam (*for.* machinatio est ista) in conscientiam Felicis, quo Cæciliani pudori et initio derogaret. Est enim quidam qui per Mauritaniam et Numidiam legatus missus sit ex diversa parte. Et adstante Ingentio, Ælianus proconsul dixit: Cujus præcepto ea suscepisti agenda quæ tibi objiciuntur? Ingentius dixit: Ubi? Ælianus proconsul dixit: Quoniam fingis te non intelligere quod interrogaris, dicam apertius. Quis te ad magistratum Cæcilianum misit? Ingentius dixit: Nemo me misit. Ælianus proconsul dixit: Quomodo ergo venisti ad magistratum Cæcilianum? Ingentius dixit: Cum venissemus, et ageretur causa Mauri ab Utica episcopi, qui episcopatum sibi redemit, ad urbem ascendit Autumnitanus episcopus Felix ut tractaret, et dixit: Nemo communicet, quia falsum admisit. Et dixi illi ego e contra: Nec tibi, nec illi, qui traditor es. Dolui enim causam Mauri hospitis mei, quia communicaveram cum illo in peregre, quia evasi persecutionem. Exinde ibi in patria ipsius Felicis, duxi mecum tres seniores, ut viderent an verum tradidisset, an non. Apronianus dixit: Non ita venit ad Cæcilianum quærere de Cæciliano. Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te venit Ingentius? Cæcilianus respondit: Domi ad me venit. prandebam cum operariis. venit illuc. stetit in janua. Cæcilianus ubi est? dixit. Respondi: Hic. Ego dico ei: Quid est? Omnia recte? Omnia, dicit. Respondi illi: Si non fastidis prandere, veni, prande. Dicit mihi: Revertor huc. Venit illuc solus. Dicere mihi cœpit, ecce sic (*for.* se) mihi curare et inquirere an adusta fuerit scriptura anno duoviratus mei. Dico illi ego: Molestus es mihi, tu homo immissus es: laxa hinc te a me. Et sprevi illum a me. Et venit illo iterato cum collega meo, cum quo fui Ædilis. Ait mihi collega meus: Felix noster episcopus misit hunc

hominem ut facias illi litteras, quia accepit codices pretiosos, et noluit revocare illos. scribas illo quod anno duoviratus tui combusti sunt. Et dixi ego: Hæc est fides Christianorum? Ingentius dixit: Domine, veniat et Augentius. Et ego honorificus sum, et honor meus pereat, et hujus latera (ejus literas, *edidit Masson.*) habemus. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Revinceris alio titulo. Ælianus proconsul dixit ad officium: Apta illum. Cumque aptaretur, Ælianus proconsul dixit: Suspendatur. Cumque suspenderetur, Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Quomodo ad te Ingentius venit? Respondit: Misit huc me Felix, dixit, noster, ut scribas illo, " quia est unus " perditus, nescio qui, habens penes me codices pretiosis- " simos, et nolo illos restituere. Itaque fac litteras quia " adusti sunt, ne revocem illos." Et ego dixi: Christiani fides hæc est? Et cœpi illum corripere. Et ait collega meus: Scribe illo Felici nostro. Et sic ego epistolam dictavi, quæ paret usquequo dictavi. Ælianus proconsul dixit: Audi sine metu recitationem epistolæ tuæ. Recognosce quousque dictaveris. Agesilaus recitavit. *Opto te, parens carissime, multos annos bene valere.* Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Hucusque dictasti? Respondit: Hucusque. reliquum falsum est. Agesilaus recitavit. " * Hoc signo quod de prætorium ad me misisti nisi ego et " tu et cujus est prætorium, et dixit: Tolle clavem, et quos " invenies in cathedra libros et super lapide codices, tolle " illos. Sane vide officiales ne tollant oleum et triticum. " Et ego dixi: Tu nescis quia ubi scripturæ inveniuntur, et " ipsa domus diruitur? Et dixisti: Quid ergo faciemus? Et " dixi ego vobis: Tollat aliquis de vobis in areis ubi oratio- " nes facitis, et illic ponantur. Et ego venio cum officiali- " bus, et tollo. Et nos illo venimus, et omnia tulimus se- " cundum placitum, et adussimus secundum sacrum præ- " ceptum." Maximus dixit: Quoniam ejus epistolæ tenor etiam apud acta recitatus est, quam ipse agnovisse ac misis-

se dixit, quæsumus hoc actis tuis hæreat. Speretius dixit: Quæ dixistis scripta sunt. Cæcilianus respondit: Cillo (*for.* ex illo, *Dupin.*) est falsum, quousque est epistola mea, quousque dixi: *Bene vale, parens carissime.* Ælianus proconsul dixit: Quem dicis addidisse ad epistolam? Cæcilianus dixit: Ingentium. Ælianus proconsul dixit: Professio tua actis hæret. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Torqueris, ne mentiaris. Ingentius dixit: Erravi, huic epistolæ ego addidi, dolens causa Mauri hospitis mei. Ælianus proconsul dixit: Constantinus Maximus semper Augustus et Licinius Cæsares ita pietatem Christianis exhibere dignantur ut disciplinam corrumpi nolint, sed potius observari religionem istam et coli velint. Noli itaque tibi blandiri quod mihi dicas Decurionem te esse, ac propterea non possis torqueri. Torqueris, ne mentiaris, quod alienum Christianis esse videtur. Et ideo dic simpliciter, ne torquearis. Ingentius dixit: Jam confessus sum sine tormento. Apronianus dixit: Dignare de eo quærere qua auctoritate, quo dolo, qua insania circuierit Mauritanias omnes, Numidias etiam, qua ratione seditionem commoverit catholicæ ecclesiæ. Ælianus proconsul dixit: Ad Numidias fuisti? Respondit: Non, Domine. sit qui probet. Ælianus proconsul dixit: Nec in Mauritania? Respondit: Negotiari illo fui. Apronianus dixit: Et in hoc mentitur, Domine, nam ad Mauritaniæ situm nonnisi per Numidias pergitur, quatenus dicit se in Mauritania fuisse, non fuisse in Numidia. Ælianus proconsul Ingentio dixit: Cujus conditionis es? Ingentius respondit: Decurio sum Ziquensium. Ælianus proconsul ad officium dixit: Submitte illum. Quo submisso, Ælianus proconsul Cæciliano dixit: Falsa dicis quæ dixisti. Cæcilianus respondit: Non, Domine. Is qui scripsit epistolam, jube veniat. Amicus ipsius est. Ipse dicet quousque dictavi epistolam. Ælianus proconsul dixit: Quis est ille quem venire desideras? Cæcilianus dixit: Augentium, cum quo fui Ædilis. Non possum probare nisi per ipsum Augentium, qui

scripsit epistolam, quousque dictavi illi. Ipse dicere potest. Ælianus proconsul dixit: Constat ergo falsam esse epistolam? Cæcilianus respondit: Constat, Domine, non mentior in sanguine meo. Ælianus proconsul dixit: Cum duumviratum egeris in patria tua, oportet fidem verbis tuis habere. Apronianus dixit: Nec novum est illis hoc facere. Ceterum et actis addiderunt quod voluerunt. Jam artificium est illis. Ælianus proconsul dixit: Ex professione Cæciliani, qui acta falsata esse dicit atque epistolæ plurima addita, manifestum est qua voluntate hæc gesserit Ingentius. Et ideo recipiatur in carcerem. Est enim arctiori interrogationi necessarius. Felicem autem religiosum episcopum liberum esse ab exustione instrumentorum deificorum manifestum est, cum nemo in eum aliquid probare potuerit quod religiosissimas scripturas tradiderit vel exusserit. Omnium enim interrogatio suprascripta manifestata est, nullas scripturas deificas vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse. Hoc actis continetur, quod Felix episcopus religiosus illis temporibus neque præsens fuerit, neque conscientiam accommodaverit, neque tale aliquid fieri jusserit. Agesilaus dixit: De his qui ad potestatem vestram instruendam venerunt quid jubet potestas tua? Ælianus proconsul dixit: Revertantur ad sedes suas.

Explicit (sic) *Gesta Purgationis Felicis episcopi Autumnitani ordinatoris Cæciliani Carthaginis.* Extant in vol. ii, *Miscell.* Steph. Baluzii p. 81—89.

EPISTOLA IMPERATORIS CONSTANTINI AD PROBIANUM PROCONSULEM AFRICÆ,

Ex Augustini lib. iii. *Contra Cresconium* cap. 81. *et* Epist. lxxxviii. cap. 4.

Imperatores Cæsares Flavius Constantinus Maximus et Valerius Licinianus Licinius Probiano proconsuli Africæ.

Ælianus prædecessor tuus, merito, dum vir perfectissimus Verus (Verinus) Vicarius præfectorum tunc per Africam nostram incommoda valetudine teneretur, ejusdem partibus functus, inter cetera etiam id negotium vel invidiam, quæ de Cæciliano episcopo ecclesiæ catholicæ videtur esse commota, ad examen suum atque jussionem credidit esse revocandam. Etenim cum jam Superium centurionem, et Cæcilianum magistratum Aptungitanorum, et Saturninum (Saturianum) excuratorem, et Calibium juniorem ejusdem civitatis curatorem, atque Solonem servum publicum suprascriptæ civitatis præsentes esse fecisset, audientiam præbuit competentem, adeo ut cum Cæciliano fuisset objectum quod a Felice eidem episcopatus videretur esse delatus, cui divinarum scripturarum proditio atque exustio videretur objecta, innocentem de eo Felicem fuisse constiterit. Denique cum Maximus (supra, Apronianus) Ingentium Decurionem Ziquensium civitatis epistolam Cæciliani exduumviri falsasse contenderet, eundem ipsum Ingentium suspensum, actis quæ suberant, pervidimus, et ideo minime tortum quod se Decurionem Ziquensium civitatis asseveraverit. Unde volumus ut eundem ipsum Ingentium sub idonea prosecutione ad comitatum meum Constantini Augusti mittas, ut illis qui in præsentiarum agunt, atque diuturnis diebus interpellare non desinunt, audientibus et coram assistentibus apparere et intimari possit frustra eos Cæciliano episcopo invidiam comparare atque adversus eum violenter insurgere voluisse. Ita enim fiet ut omissis, sicut oportet, ejusmodi contentionibus, populus sine dissensione aliqua religioni propriæ cum debita veneratione deserviat. Extat ad p. 89. vol. ii. *Miscell.* Steph. Baluzii.

CONCILIUM ARELATENSE I.

IN CÆCILIANI CARTHAGINIENSIS ET DONATISTARUM CAUSA ITIDEM HABITUM.

AD EDITIONEM CONCILIORUM HARDUINAM.

[GUL. CAVEUS, *Hist. Lit.* vol. i. p. 350.

CONCILIUM Arelatense I. Constantini M. jussu in causa Cæciliani, anno 314. celebratum. Interfuerunt episcopi 200. Quorundam nomina sed mendose admodum hodie subscripta reperiuntur, a quibus Cæciliani causa iterum absolvitur, et innocentia vindicatur; canones 22. ad ecclesiæ mores et disciplinam spectantes, conduntur.—— Arelatensi huic synodo intererant etiam ex Britannia nostra episcopi tres, Eborius episcopus Eboracensis, Restitutus Londinensis, Adelphius de civitate Colonia Londinensium, (*Colonia Londi*, haud dubie pro *Colonia Lindi*, Lincoln. *Gale.* adducto Anonymo Ravennate, cui nunc addend. Ricard. Corinensis.) una cum sacerdote presbytero, et Arminio diacono, quorum subscriptiones hodie deprehenduntur. Vide quæ habet Spelman. Concil. Brit. tom. i. p. 39. ubi et hujus Concilii Canones reperire licet.]

I.

EPISTOLA CONSTANTINI AUGUSTI

AD ÆLAFIUM, UT ARELATEM IRE JUBEAT PARTES, INTER QUAS ERAT CONTROVERSIA.

Constantinus Augustus [a] Ælafio.

[b] JAM quidem antehac cum perlatum fuisset ad scientiam meam, apud Africam nostram plures [c] vesano furore vanis criminationibus contra se invicem super observantia sanctissimæ [d] fidei catholicæ [e] dissidere cœpisse, dirimendæ dissensionis hujusmodi causa, placuerat mihi, ut ad ur—

[a] *Ita MSS. non* Ablavio. [b] *Ex apographo P. Jac. Sirmondi Soc.* JESU, *qui ex MSS. eruit.* [c] *al.* nefario. [d] *al.* legis. [e] *al.* discedere.

bem Romam tam Cæcilianus Carthaginensis episcopus, contra quem vel maxime universi sæpe me convenerant, quam etiam aliqui ex his, qui ei quædam objicienda crediderant, præsentiam sui exhiberent. Nam etiam ad supradictam urbem nostram Romam quosdam episcopos ex Galliis ire præceperam; ut tam hi pro integritate vitæ suæ, atque laudabili instituto, sed et septem ejusdem communionis, quam etiam urbis Romæ [f] episcopus, atque illi qui cum iisdem cognoscerent, possent rei quæ videbatur esse commota, finem debitum adhibere. Qui quidem ea quæcumque in præsentia eorum fuerunt gesta, cuncta ad scientiam meam etiam actis habitis retulerunt; verbo insuper affirmantes, quod judicium suum pro rerum fuisset æquitate depromptum: eosque potius causæ obnoxios esse dicentes, qui contra Cæcilianum quædam putaverunt commovere: adeo ut [g] istud post judicium habitum Africam ipsos remeasse [h] perhiberent. Inde propter hæc omnia probabili rerum æstimatione speraveram, quod omnibus omnino seditionibus et contentionibus, quæ ab iis hominibus videbantur subito commotæ, finis debitus fuisset impositus. Sed cum dictationis (*for.* dicationis) tuæ scripta legissem, quæ ad Nicasium et ceteros super iisdem simulationibus gravitas tua mittenda crediderat; evidenter agnovi, quod neque respectum salutis suæ, neque, quod est majus, Dei omnipotentis venerationem ante oculos suos velint ponere. Siquidem ea agere persistant, quæ non modo ad ipsorum dedecus infamiamque pertineant, sed etiam his hominibus detrahendi dent [i] facultatem, qui longe ab hujusmodi sanctissima observantia sensus suos noscuntur avertere. Nam id quoque te scire convenit, quod ex iisdem venerunt, asserentes quod minus dignus idem Cæcilianus cultu [k] sanctissimæ religionis habeatur. Et contra

[f] *al.* episcopi. [g] *al.* istum. [h] *al.* prohiberent. (*l.* prohiberem, *ed. Dupin.*) [i] *al.* facilitatem. *Vide Augustini epistolas* 68. 162. 165. *et* lib. i. *contra Epistolam Parmeniani*, cap. 8. [k] sincerissimæ, *alter MS.*

id quod iisdem responderam, frustra eos id jactare, quippe cum res fuisset apud urbem Romam ab idoneis ac probatissimis viris episcopis terminata; obnixe ac pertinaciter respondendum æstimaverunt, quod eorum omnis causa non fuisset audita; sed potius iidem episcopi quodam loco se clausissent, et prout ipsis aptum fuerat, judicassent. Quare cum hæc tot et tanta nimium obnixas dissensiones protrahere perviderem; ita ut nullo modo finis iisdem dari posse videretur, nisi et Cæcilianus idem, et ex his qui contra eum dissident, tres aliqui in judicium eorum, qui [l] cum Cæciliano sentiunt consensumque [m] debent, ad Arelatense oppidum venerint: injungendum solertiæ tuæ duxi, ut mox has litteras meas acceperis, cum Cæcilianum (*for.* cum has litteras meas acceperis, Cæcilianum) supradictum, cum aliquibus ex his quos ipse delegerit; (sed et de Byzacenæ, Tripolitanæ, Numidiarum et Mauritaniarum [n] provinciis, singuli quique aliquantos ex suis perducere debebunt, quos ipsi putaverint eligendos:) sed etiam aliquos qui contra eumdem Cæcilianum dissentiunt, data evectione publica, per Africam et Mauritaniam, inde ad Hispanias brevi tractu facias navigare. Et inde nihilominus his in singulis episcopis singulas tractorias tribuas, ut ipsi ad supradictum locum intra diem Kalendarum Augustarum possint pervenire: celeriter intimaturus iisdem, ut antequam proficiscantur, debeant disponere, quatenus absentibus ipsis et disciplina competens habeatur, et nulla forte seditio, vel aliquorum altercatio, quæ ad maximum dedecus spectet, oriatur. De cetero plena cognitione suscepta finis adhibeatur. Quia cum præsentiam sui exhibuerint, universa quæ nunc in contentione esse noscuntur, non immerito finem debent accipere maturum, ut protinus possint terminari atque componi. Nam cum apud me certum sit, te quoque Dei summi esse cultorem, con-

[l] *al.* contra Cæcilianum. [m] *leg.* præbent. [n] *al.* et provinciis singulis quique.

fiteor gravitati tuæ, quod nequaquam fas esse ducam, ut ejusmodi contentiones et altercationes dissimulentur a nobis; ex quibus forsitan commoveri possit summa Divinitas, non solum contra humanum genus, sed etiam in meipsum, cujus curæ nutu suo cælesti terrena omnia moderanda commisit, [o] ut secus aliquid hactenus incitata [p] decernat. Tunc enim revera et plenissime potero esse securus, et semper de promptissima benevolentia potentissimi Dei prosperrima et optima quæque sperare, cum universos sensero debito cultu catholicæ religionis sanctissimum Deum [q] concordis observantia fraternitatis venerari. Extat hæc Epistola ad pag. 259. tom. i. *Conciliorum* ex edit. Harduin.

II.

EPISTOLA CONSTANTINI M.

AD CHRESTUM EPISCOPUM SYRACUSANUM,

Apud Euseb. lib. x. *Hist. Eccl.* cap. 5.

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς, δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον, ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τῶν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς, Χρήστῳ ἐπισκόπῳ [r] Συρακουσίων.

ΗΔΗ μὲν πρότερον ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ τῆς θρησκείας τ[s] ἁγίας, καὶ ἐπιφανίου δυνάμεως κ[t]

Exemplum Epistolæ Constantini Imperatoris, qua synodum alteram episcoporum fieri præcipit, ut omnis dissensio episcoporum tollatur.

Constantinus Augustus, Chresto episcopo Syracusano.

Jam quidem et antea[s], cum quidam improbo ac perverso studio de sancti cælestisque nu-

[o] *al.* et secus. [p] *al.* decernet. [q] *al. MS.* concordi observantiæ fraternitate. [r] *pro* Συρακουσίων. [s] *Eruta hæc interpretatio, ex apographo P. Jac. Sirmondi.*

τ῀ αἱρέσεως τ῀ καθολικῆς ἀποδιΐσασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τ῀ Ἀφρικῆς τῆς ἐξ ἐναντίας μοίρας [t] καταλλήλως ἐνστατικῶς καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων. παρόντος τε καὶ τ῀ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρρησίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοι τινὲς καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τ῀ σεβάσματος τ῀ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βυλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι· καὶ διοριζόμενοι, ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν· ἢ καὶ μὴ πρότερον ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξεταθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε τύτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τύτυς αὐτὸς ἀδελ-

minis cultu et fide catholica dissidere cœpissent, ad resecandas illorum hujusmodi contentiones ita constitueram, ut missis aliquot e Gallia episcopis, tum advenire jussis ab Africa iis, qui diversarum partium erant, atque obnixius inter se, pertinaciusque contendebant, præsente insuper Romano episcopo, posset id omne, quod commotum videbatur, præsentibus ipsis accurata disceptatione componi. Sed quia nonnulli, ut fere fit, suæ ipsorum salutis, et reverentiæ, quæ sanctissimæ fidei debetur, obliti, privatas adhuc simultates exercere non cessant; dum prolato jam judicio acquiescere nolunt: causanturque a paucis videlicet dictas sententias fuisse, atque hos ipsos non omnibus quæ inquiri ante oportebat, diligenter examinatis, ad depromendum judicium præpropere festinanterque processisse. Quo fit, ut et ipsi, quos fraternum et con-

[t] *Lege*, κατ' ἀλλήλων. (Valesius aliique ante eum.)

ψυχὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον ἢ μυστερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην προφασιν χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο, ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦθαι, καὶν νῦν ποτὲ δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τ' [u] Ἀρεταλησίων πόλιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανῦ τῦ [x] κοντήκτορος Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τῦ δευτέρου θρόνου, οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξαθαι κρίνῃς, ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τὰς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τ' ὁδὸν ὑπηρετήσαθαι παραλαβὼν, εἴσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον· ὡς ἂν διά τε τ' σῆς σεῤῥότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ

cordem animorum consensum retinere par erat, turpi aut nefaria potius dissensione discrepent, et aversis a sanctissima religione hominibus ludibrii occasionem præbeant. Propterea mihi sedulo providendum fuit, ut hæc quæ post judicium prolatum sedari voluntario assensu debuerant; vel nunc tandem multis præsentibus exitum sortiantur. Quoniam ergo plurimos ex diversis compluribus locis episcopos in Arelatensiam oppido ad Kalendas Augusti convenire præcepimus, tibi etiam per litteras significandum duximus, ut accepto a clarissimo viro Latroniano, Correctore Siciliæ, publico vehiculo, cum duobus aliis secundæ sedis, quos ipse deligendos judicaveris, tribusque una famulis, qui vobis in via ministrent, adscitis, designatum in locum ad diem prædictam te conferas: ut per gravitatem tuam, et ceterorum qui conventuri sunt, unanimem, consPirantemque prudentiam, dis-

[u] *pro* Ἀρελατησίων. [x] *Lege*, Κονσήκτορος, *Valesius.*

τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως διὰ αἰσχρὰς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκινδύνων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, ὥσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, καὶ βεβαίως ἀνακληθῆναι. ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν. Pag. 259. tomi i. *Conciliorum* ex edit. Harduin.

cidium hoc, quod male hactenus per fœdas quasdam contentiones perseverat, omnibus anditis, quæ ab iis qui inter se nunc dissident, quosque pariter adesse jussimus, in medium proferentur, ad debitam religionem et fidem, fraternamque concordiam, vel sero tandem revocari queat. Incolumem te Deus omnipotens multis annis custodiat.

III.

EPISTOLA SYNODI ARELATENSIS

AD SYLVESTRUM PAPAM ROMANUM,

DE REBUS IN EA GESTIS, ET CANONIBUS AB EA CONSTITUTIS.

Ex editione Jac. Sirmondi: et ex MSS. Collegii Parisiensis Societatis Jesu. In uno eorum, collectioni, quam Dionysianam quidam vocant, præfixus Conciliorum indiculus hæc habet de Arelatensi, verbis Isidori ispius; Concilium Arelatense primum, sexcentorum episcoporum, in quo statuti sunt Canones XXII. quorum auctor maxime Silvester urbis Romæ Papa per legatos, et sanctus Marinus Arelatensis episcopus, extiterunt: subscribentibus Rheticio Eduorum, Vocato Lugdunensi, et ceteris: actum temporibus Constantini Augusti, ut quidam asserunt. *Quæ verba et in Decreto Gratiani leguntur ex parte,* XI. *dist.* XVI. *Contulimus etiam hanc epistolam Silvestri, cum MS. Colbert.* 1951. *Canones cum MS.* 5141. *In schedis Pithœanis scriptum erat,* Concilium episcoporum Arelate celebratum, et directum Silvestro episcopo.

Dilectissimo papæ Silvestro, Marinus, [y] Agrœcius, Natalis, Theodorus, Proterius, [z] Vocius, Verus, [a] Probatius,

[y] *MS.* Acratius. [z] *MS.* Voccius. [a] *MS.* Probatianus.

Cæcilianus, Faustinus, Surgentius, Gregorius, Reticius, Ambitausus, [b] Termatius, Merocles, Pardus, Adelfius, [c] Hibernius, Fortunatus, [d] Aristasius, Lampadius, Vitalis, Maternus, Liberius, Gregorius, Crescens, Avitianus, Dafnus, Orientalis, Quintasius, Victor, Epictetus, in Domino æternam salutem.

Communi copula caritatis et unitate matris ecclesiæ catholicæ vinculo inhærentes, ad Arelatensium civitatem piissimi Imperatoris voluntate adducti, inde te, [c] gloriosissime Papa, commerita reverentia salutamus. Ubi graves ac perniciosos legi nostræ atque traditioni, effrenatæque mentis homines pertulimus: quos et Dei nostri præsens auctoritas, et traditio ac regula veritatis ita respuit, ut nulla in illis aut dicendi ratio subsisteret, aut accusandi modus ullus, aut probatio conveniret. Ideo judice Deo et matre ecclesia, quæ suos novit et comprobat, aut damnati sunt, aut repulsi. Et utinam, frater dilectissime, ad hoc tantum spectaculum interesse tanti fecisses. Profecto credimus, quia in eos severior fuisset sententia prolata: et te pariter nobiscum judicante, cœtus noster majore lætitia exultasset. Sed quoniam recedere a partibus illis minime potuisti, in quibus et Apostoli quotidie sedent, et cruor ipsorum sine intermissione Dei gloriam testatur. Non tamen hæc sola nobis visa sunt tractanda, frater carissime, ad quæ fueramus invitati. Sed et consulendum nobisipsis censuimus: et cum diversæ sint provinciæ ex quibus advenimus, ita et varia contingunt, quæ nos censemus observare debere. Placuit ergo, præsente Spiritu sancto et angelis ejus, ut et his qui singulos quos ....[f] movebat judicare proferremus de quiete præsenti. Placuit etiam, a te qui majores diœceses tenes, per te potissimum omnibus insinuari. Quid autem sit quod sense-

[b] *MS.* Terminatius. [c] *forte* Eburius. [d] *forte* Anastasius. [e] *al.* religiosissime. [f] *Ita MS. Colbert. qui et Pithœan. sed locus videtur esse mutilus.*

rimus, scripto nostræ mediocritatis subjunximus. At id primo in loco de vita nostra atque utilitate tractandum fuit, ut quia unus pro multis mortuus est et resurrexit, ab omnibus tempus ipsum ita religiosâ mente observetur, ne divisiones vel dissensiones in tanto obsequio devotionis possint exurgere.

I.

[g] Censemus ergo Pascha Domini per orbem totum una die observari.

II.

De his quoque, qui quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III.

De his etiam, qui arma in pace projiciunt, placuit abstinere eos a communione.

IV.

De Circissariis agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agunt, a communione separari.

V.

De his qui in infirmitate sunt constituti, et [h] credere volunt, placuit eis manum imponi.

VI.

De præsidibus autem, qui fideles sunt et ad præsidatum consiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, litteras quidem accipiant ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopis ejusdem loci cura de illis agatur; et si cœperint contra disciplinam agere, tunc demum a communione excludantur.

VII.

Et de his quidem qui in republica agere volunt, similiter.

VIII.

[i] De Afris autem, quod propria sua lege utuntur ut re-

[g] *Vetus collectio canonum monasterii S. Benigni* cap. 28. *Item Andegavensis* cap. 21. [h] *al.* recedere. [i] *MS. Colbert.* 1951. De Africa.

baptizent, placuit ut ad ecclesiam si aliquis hæreticus venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus tantum ei imponatur. Quod si interrogatus symbolum, non responderit Trinitatem hanc, [k] merito baptizetur. &c. Tunc tædians [l] jussit omnes ad suas sedes redire. Amen.

IV.

TITULI CANONUM.

EX COLLECTIONE ISIDORI.

I. *Ut uno die et tempore Pascha celebretur.*
II. *Ut ubi quisque ordinatur, ibi permaneat.*
III. *Ut qui in pace arma projiciunt, excommunicentur.*
IV. *Ut aurigæ, dum agitant, excommunicentur.*
V. *Ut theatrici, quamdiu agunt, excommunicentur.*
VI. *Ut in infirmitate conversi manus impositionem accipiant.*
VII. *De fidelibus, qui præsides fiunt, vel rempublicam agere volunt.*
VIII. *De baptismo eorum, qui ab hæresi convertuntur.*
IX. *Ut qui cónfessorum litteras afferunt, alias accipiant.*
X. *Ut is cujus uxor adulteravit, aliam illa vivente non accipiat.*
XI. *De puellis quæ gentilibus junguntur.*
XII. *Ut clerici feneratores excommunicentur.*
XIII. *De iis qui scripturas sacras, vasa Dominica, vel nomina fratrum tradidisse dicuntur.*
XIV. *Ut qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum excommunicentur.*
XV. *Ut diacones non offerant.*
XVI. *Ut ubi quisque fuit excommunicatus, ibi communionem consequatur.*
XVII. *Ut nullus episcopus alium conculcet episcopum.*
XVIII. *De diaconibus urbicis, ut sine presbyterorum conscientia nihil agant.*
XIX. *Ut peregrinis episcopis locus sacrificandi detur.*
XX. *Ut sine tribus episcopis nullus episcopus ordinetur.*
XXI. *Ut presbyteri, aut diacones, qui ad alia loca se transferunt, deponantur.*
XXII. *De apostatis, qui in infirmitate communionem petunt.*

[k] tunc. [l] *Constantinus videlicet, jussit per rescriptum, quod post Arelatenses canones subjungemus.*

[m]INCIPIUNT CANONES ARELATENSES, SUB SANCTO MARINO EPISCOPO.

Domino sanctissimo fratri Silvestro Marinus, vel cœtus episcoporum qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi.

QUID decreverimus communi consilio, [n]caritati tuæ significavimus, ut omnes sciant quid in futurum observare debeant.

I.

[o] Primo loco de observatione Paschæ [p] dominici, ut uno die et uno tempore per omnem orbem a nobis observetur, et juxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.

II.

De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseverent.

III.

De his qui arma projiciunt [q] in pace, placuit abstineri eos a communione.

IV.

[r] De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu [s] agitant, a communione separari.

V.

[t] De theatricis, et ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

VI.

[u] De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.

VII.

[x] De præsidibus, qui fideles ad præsidatum prosiliunt,

[m] *Ex tribus MSS. nostris Paris. in quibus est collectio Isidori.* [n] *Merlini editio*, caritative. [o] 26. *De Consec. dist.* 3. De observatione paschæ. [p] *MS.* Dominicæ. *Merlini editio*, Domini. [q] *Ita MSS. nostri, et alii. Ivo*, part. x. cap. 122. in prælio. *In uno MS. teste Surio*, in bello. *Sensus est; De his qui occidunt, qui arma conjiciunt in alium, qui telo feriunt.* [r] *Eliber.* cap. 62. [s] *MSS.* agunt. [t] *Eliber.* cap. 69. [u] *Eliber.* cap. 39. *Nicæn.* can. 13. [x] *Eliber.* cap. 56.

[y] placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab episcopo ejusdem loci cura de illis agatur; et cum cœperint contra disciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter et de his qui rempublicam agere volunt.

VIII.

[z] De Afris, quod propria lege sua utuntur ut rebaptizent; placuit ut si ad ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogent eum symbolum; et si perviderint eum in Patre, et Filio, et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponatur, ut accipiat Spiritum sanctum. Quod si interrogatus non responderit hanc Trinitatem, baptizetur *.

* MSS. nostri quatuor antiquissimi, quippe annorum (ut harum rerum æstimatores sentiunt) amplius 800. habent, *De Arriis*. Collectio Canonum vetus MS. in eodem Collegio Parisiensi Soc. Jesu, et MS. Colbert. num. 5141. et Merlini aliorumque vetustæ editiones, quemadmodum Gratianus, 109. De Consecr. dist. 4. *De Arrianis*. Neque ullum video appellari codicem, præter unum Tilianum, in quo legatur, *De Afris*, quemadmodum Surius edidit, quem Binius et alii sunt secuti. Tamen in epistola synodica, *De Afris*, vel *De Africa*, exhibet codex MS. Pithœi, qui nunc est Colbertinus 1951. (At nondum prodierant Ariani, id bene monente Ittigio *Hist. Schismatis Donatist.* §. 44.)

IX.

[a] De his qui confessorum litteras afferunt, placuit, ut sublatis eis litteris accipiant communicatorias.

X.

[b] De his qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, et iidem sunt adolescentes fideles, et prohibentur nubere, placuit ut in quantum possit consilium eis detur, ne viventibus uxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.

XI.

[c] De puellis fidelibus, quæ gentilibus junguntur, placuit ut aliquanto tempore a communione separentur.

[y] *Merlin.* ita placuit. [z] 109. *De Consecr. dist.* 4. De Arrianis. *Ivo*, part. i, cap. 263. *Burch.* lib. iv. c. 89. [a] *Eliber.* c. 25. [b] *Ivo*, part. viii. c. 258. *Augustinus, de fide et operibus*, cap. 19. [c] *Eliber.* 15. *Augustinus, loco cit.*

XII.

[c] De ministris qui fenerant, placuit eos juxta formam divinitus datam a communione [d] abstineri.

XIII.

De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, ve vasa Dominica, vel nomina fratrum suorum; placuit nobis, ut quicumque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoveatur. Nam si iidem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, et de his quos ordinaverint ratio subsistit, [e] non illis obsit ordinatio. Et quoniam, multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, et per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, omnino non admittantur, nisi ut supra diximus, actis publicis docuerint [f].

XIV.

[g] De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos usque ad exitum non communicare [h].

XV.

De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre placuit minime fieri debere.

XVI.

[i] De his qui pro delicto suo a communione separantur placuit ut in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco communionem consequantur [k].

XVII.

Ut nullus episcopus alium episcopum [l] inculcet.

XVIII.

De diaconibus urbicis, [m] ut non sibi tantum præsu-

[c] *Eliber.* can. 20. 2. XIV. *Qu.* 4. Ministri qui fenerantur. *Et Ivo*, part. VIII. cap. 10. *ex Conc. Arelat.* I. cap. 12. [d] *al.* abstinere. [e] *Merlin.* non tamen illis subsistat ordinatio. [f] *Merlin. et Crabb. addunt*, docuerint omni se suspicione carere. [g] *Eliber.* cap. 75. [h] *Addunt iidem:* sed falsum testem juxta scripturam impunitum non licere esse. [i] *Eliber.* cap. 52 [k] *Cum isto canone, in quibusdam MSS. tamquam membrum ejus, sequens conjungitur: sed alii cum Burchardo et Ivone distinguunt.* [l] *Merlin. et Crabb. et Ivo* part. V. cap. 228. *et Burch.* lib. I. cap. 128. *legunt*, conculcet. *ex Conc. Arelat.* I cap. 17. [m] *Merlin. et Crabb.* ut non aliquid per se præsumant.

mant, sed honorem presbyteris reservent, ut sine conscientia ipsorum nihil tale faciant.

XIX.

De episcopis peregrinis, qui in urbem solent venire, [n]placuit eis locum dari ut offerant.

XX.

De his qui usurpant sibi quod soli debeant episcopos ordinare, placuit ut nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septem episcopis. Si tamen non potuerit septem, infra tres non audeat ordinare.

XXI.

[o]De presbyteris, aut diaconibus; qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, et ad alia loca se transferunt, placuit ut eis locis ministrent, quibus præfixi sunt. Quod si relictis locis suis ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.

XXII.

[p]De his qui apostatant, et numquam se ad ecclesiam repræsentant, [q]ne quidem pœnitentiam agere quærunt, et postea infirmitate arrepti petunt communionem; placuit eis non dandam communionem, nisi revaluerint, et egerint dignos fructus pœnitentiæ.

[r] *Expliciunt canones Arelatenses, quos episcopi sexcenti fecerunt, qui in civitatem Arelatensium apud Marinum episcopum ecclesiæ catholicæ, temporibus Constantini Augusti, Volusiano et Aniano Coss. convenerunt:* In cod. Corb. quem in his subscriptionibus secutus est Sirmondus: *Nomina episcoporum cum clericis suis, vel quanti et ex quibus provinciis ad Arelatensem synodum convenerint, sub Marino episcopo, temporibus Constantini, ad dirimenda schismata vel pravas omnium intentiones, Volusiano, et Anniano Coss.*

[s] Chrestus episcopus, Florus diaconus, ex civitate Syracusanorum, provincia Sicilia.

[n] *Ivo*, part. v. cap. 216. *et Burch.* lib. i. cap. 116. *hic addunt*, quos veraciter episcopos scimus esse, *ex Conc. Arel.* i. cap. 20. [o] *Ivo*, part. vi. cap. 172. *et Burch.* lib. ii. cap. 93. *ex Conc. Arel.* i. c. 2. *forte pro* 21. [p] *Eliber.* c. 46. *cui Concilio hunc canonem Arelatensem tribuit Burchardus*, lib. xix. cap. 134. [q] *Merlinus recte*, nec quidem. [r] *Ex MSS. nostris.* [s] *Corb.* Crescens.

Proterius episcopus, Agrippa et Pinus diacones, de civitate Capuensium, provincia Campania.
Pardus episcopus, Crescens diaconus, de civitate Arpiensium, provincia Apulia.
Theodorus episcopus, Agathon diaconus, de civitate Aquileiensi, provincia Dalmatia.
Claudianus et Vitus presbyteri, Eugenius et [t] Cyriacus diacones, [u] ex urbe Roma missi a Silvestro episcopo.
Merocles episcopus, Severus diaconus, de civitate Mediolanensi, provincia Italia.
[x] Oresius episcopus, Nazarius lector, de civitate Massiliensi, provincia Viennensi.
Marinus episcopus, Salamus presbyter, Nicasius, Afer, Ursinus, et Petrus, diacones, de civitate Arelatensium, provincia Viennensi.
Verus episcopus, Bedas exorcista, de civitate Vienn[illegible], provincia suprascripta.
Daphnus episcopus, Victor exorcista, de civitate Vasensi, provincia Viennensi.
Faustinus presbyter, de civitate Arausicorum, provincia qu[illegible] supra.
Innocentius diaconus, Agapius exorcista, ex portu Nicaensi.
Romanus presbyter, Victor exorcista, de civitate Aptentium.

[y] ITEM DE GALLIIS.

[z] Imbetausius episcopus, Primigenius diaconus, de civitate Remorum.
[a] Avitianus episcopus, Nicetius diaconus, de civitate Rotomagensium.
Reticius episcopus, [b] Amandus presbyter, Philomatius diaconus, de civitate Augustodunensium.
Voccius episcopus, [c] Petulinus exorcista, de civitate Lugdunensium.
Maternus episcopus, Macrinus diaconus, de civitate Agrippinensium.
Genialis [d] diaconus, de civitate Gabalum, ex provincia Aquitanica.
Orientalis episcopus, Flavius diaconus, de civitate Burdegalensi.
Agrœcius episcopus, Felix exorcista, de civitate Treverorum.
Mamertinus episcopus, Leontius diaconus, de civitate Elosatium.
[e] Eborius episcopus, de civitate Eboracensi, provincia Britannia.
Restitutus episcopus, de civitate Londinensi, provincia suprascripta.

[t] *al.* Quiriacus. [u] *al.* Quos Silvester episcopus misit. [x] *Duo MSS.* Horosius. [y] *MS. noster* Ex Provincia Gallia. [z] *supra*, Ambitausus. [a] Ausonius *sive* Avidanus. [b] *al.* Amandinus. [c] *al.* Pitolinus. [d] *Ita MS. noster. In aliis quibusdam*, episcopus. [e] *al. MS.* Eburius.

Adelfius episcopus, de civitate Coloniæ Londinensium (vid. supra ad p. 80.): exinde Sacerdos presbyter, Arminius diaconus.
Liberius episcopus, Florentius diaconus, de civitate Emerita, provincia Hispania.
Sabinus presbyter, de civitate Bætica.
Natalis presbyter, Cytherius diaconus, de civitate Ursolensium.
Probatius presbyter, Castorius diaconus, de civitate Tarracone.
Clementius presbyter, Rufinus exorcista, de civitate Cæsaraugusta.
[f]Termatius presbyter, Victor lector, de civitate Bastigensium.
Fortunatus episcopus, Deuterius diaconus, de civitate Cæsariensi, provincia Mauritania.
Quintasius episcopus, Ammonius presbyter, de civitate Caralis, provincia Sardinia.

ITEM PROVINCIA AFRICA.

Cæcilianus episcopus, de civitate Carthaginensi: cum ipso Sperantius diaconus.
Lampadius episcopus, de civitate Utina.
Victor episcopus, de civitate Utica.
Anastasius episcopus, de civitate Beneventina.
Faustus episcopus, de civitate Tuburbitana.
Surgentius episcopus, de civitate Pocofeltis.
Victor episcopus, de civitate Legisvolumini, provincia Numidia.
Vitalis episcopus, de civitate Verensium.
Gregorius episcopus, de loco qui est in portu Romæ.
Epictetus episcopus, a Centumcellis.
Leontius et Mercurius presbyteri ab Ostiis. Extant omnia hæc Synodalia in tomo i. Harduinæ edit. *Conciliorum*, ad pp. 262—268.

V.

[g]EPISTOLA IMP. CONSTANTINI,

Ubi dixit, quia pars Donati, quomodo forenses sic litigant, ut denuncient et appellent Imperatorem, et desiderent audiri post episcoporum judicata.

Constantinus Augustus, episcopis catholicis carissimis fratribus salutem.

ÆTERNA et religiosa incomprehensibilis pietas Dei nostri nequaquam permittit humanam conditionem diu-

[f] Termasius, *in MS. nostro.* [g] *Ex appendice ad Optatum, et MS. Pith.*

tius in tenebris oberrare; neque patitur exosas quorumdam voluntates usque in tantum pervadere, ut non suis præclarissimis luminibus denuo pandens iter salutare, eas det ad regulam justitiæ converti. Habeo quippe cognitum multis exemplis; hæc eadem ex meipso metior. Fuerant enim in me primitus, quæ justitia carere videbantur; nec ulla putabam videre supernam potentiam; quæ [h] juxta secreta pectoris mei gererem. Equidem hæc, ut dixi, æquam fortunam debuerunt sortiri, scilicet omnibus malis redundantem. Sed Deus omnipotens in cælis per sæcula residens tribuit, quod non merebar. Certo jam neque dici, neque enumerari possunt ea, quæ cælesti sua in me famulum suum benevolentia concessit, sanctissimi antistites Christi Salvatoris, fratres carissimi. Gaudeo igitur equidem specialiter, gaudeo quod tandem habita justissima dijudicatione, eos ad meliorem spem fortunamque revocastis, quos malignitas diaboli videbatur a præclarissima luce legis catholicæ sua persuasione avertisse. O vere victrix providentia Christi Salvatoris! ut etiam his consuleret, qui jam desciscentes a veritate, quodammodo adversus ipsam arma [i] inducentes gentibus se copulaverant. Qui si vel nunc vera fide voluerint obsequia sanctissimæ legi deferre, intelligere poterunt, quantum sibi nutu Dei sit provisum. Et hoc quidem, sanctissimi fratres, sperabam etiam in eis, quibus ingenita est maxima durities animi, posse [k] reprehendi. Sed non profuit apud eos recta dijudicatio, neque in eorum sensus ingressa est divinitas propitia. Re vera enim non immerito ab his procul abscesserit Christi clementia, in quibus manifesta luce claret, hujusmodi esse, ut eos etiam a cælesti provisione exosos cernamus. Quæ in ipsos (*al.* ipsis) tanta vesania perseverat, cum incredibili arrogantia persuadeant sibi, quæ nec dici nec audiri fas est? desciscentes a recto judicio dato, quo cælesti provisione, meum judicium eos comperi postulare.

[h] *al.* intra. [i] *al.* induentes. [k] *forte*, deprehendi. (sic prius conj. Labbe.)

Quæ vis malignitatis in eorumdem pectoribus perseverat? Quoties a me jam ipso improbissimis aditionibus suis sunt condigna responsione oppressi? qui utique si hoc ante oculos habere voluissent, minime hoc ipsum interposuissent. Meum judicium postulant, qui ipse judicium Christi exspecto. Dico enim ut se veritas habet: sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti. Quid igitur sentiunt maligni homines, officia (ut vere [l] dixit) diaboli? Perquirunt sæcularia, relinquentes cælestia[m]. O rabida furoris audacia! sicut in causis gentium fieri solet, appellationem interposuerunt. Equidem gentes, minora interdum judicia refugientes, ubi justitia [n] deprehendi potest, magis ad majora judicia auctoritate interposita ad appellationem se conferre sunt solitæ. Quid hi detractores legis, qui renuentes cæleste judicium, meum putaverunt postulandum? sic sentire (*for.* sentiunt) de Christo Salvatore? Ecce jam proditores, ecce sine ulla acriori disquisitione, ipsi per semet prodiderunt facinora sua. Quæ ab ipsis sentitur humanitas, qui [o] in ipso Deo immanes prosilierunt? Equidem, fratres carissimi, licet hæc in ipsis videantur deprehensa, nihilominus vos, qui Domini Salvatoris sequimini viam, patientiam adhibete, data his adhuc optione quid putent deligendum: ac si eos in hisdem videritis perseverare, protinus cum his quos Dominus dignos cultu suo judicavit, proficiscimini et redite ad proprias sedes; meique mementote, ut mei Salvator noster semper misereatur. Ceterum direxi meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitatum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pervideant. Dedi quo-

[l] *MS.* dixisti: *forte,* dixi. [m] *Optatus* lib. i. *contra Parmen.* (vid. supra p. 66.) *Augustinus* ep. 162. *docet hanc Constantini adversus Donatistas detestationem, ad Concilium Arelat. pertinere. Vide etiam* epist. 165. *et* 166. [n] *forte,* reprehendi. (sic prius Labbe.) [o] *pro* in ipsum Deum.

que litteras competentes ad eum, qui vicariam præfecturam per Africam tuetur; ut quotquot hujus insaniæ similes invenerit, statim eos ad comitatum meum dirigat; ne ulterius sub tanta claritate Dei nostri ea ab ipsis fiant, quæ maximam iracundiam cælestis providentiæ possint incitare. Incolumes vos Deus omnipotens tribuat votis meis et vestris per sæcula, fratres carissimi. Extat hæc Epistola ad pag. 268. tomi I. *Conciliorum*, ex edit. Harduini.

VI.

EX EPISTOLA CONSTANTINI

AD EUMALIUM VICARIUM AFRICÆ, NUNC FERE DEPERDITA;

Data IV. *Idus Novembres Sabino et Ruffino Coss. an. Christi* 316.

Sententia de Absolutione Cæciliani, quam Constantinus Mediolani pronuntiaverat.

Extat apud Augustin. Contra Cresconium lib. iii. cap. 71.

Insero adhuc, (ait S. Augustin.) et verba Constantini ejus ad Eumalium Vicarium, ubi se inter partes cognovisse, et innocentem Cæcilianum comperisse testatur. Cum enim narrasset in his quæ supra locutus est, quemadmodum ad judicium ejus post episcopalia judicia partes perductæ fuerint;

In quo pervidi, inquit, Cæcilianum virum omni innocentia præditum, ac debita religionis suæ officia servantem, eique ita ut oportuit servientem: nec ullum in eo crimen reperiri potuisse, *eidem apparuit*, sicut absenti fuerat adversariorum suorum simulatione compositum.

De eodem Judicio Augustinus, *Breviculo Collationis* diei iii. cap. 19.

Recitatum est Judicium Constantini, quemadmodum se inter partes caussam Cæciliani cognovisse ad Eumalium Vicarium Africæ scripsisset, quod remotis omnibus arbitris, Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisse testatus est.

Idem *in lib. post Collationem* cap. 33.

Constantinus ad Eumalium Vicarium de purgatione Cæciliani scripsit Sabino et Ruffino Coss. IV. Idus Novembres, id est post biennium et menses fere octo. h. est, a purgatione Felicis sub Æliano proconsule, ut ait ibidem Augustinus.

In *Indice Collationis Carthag.* iii. cap. 516. legitur,

Recitatio Judicii Constantini, quo apud se quoque Cæcilianum fuisse purgatum post Arelatense Concilium significat Imperator.

Posita istæc in *Optati Appendice* ad pag. 187. ed. Dupin.

Ad calcem *Gestorum Collationis Carthag.* anno Christi 411. habitæ, in *Sententia* Marcellini Cognitoris de priori Imp. Constantini Sententia hoc scriptum extat.——Ultimaque Sententia triumphabilis memoriæ Constantini, qua evidentius docetur expressa et Cæciliani innocentia et Donati sociorumque ejus calumniosa criminatio. Positum ad pag. 325. eorund. *Monument. Vet.* ad *Optati* finem.

GESTA APUD ZENOPHILUM,

QUIBUS SYLVANUM, A QUO MAJORINUS EST ORDINATUS, TRADITOREM FUISSE CONSTAT.

Confecta anno 320. *Sed quæ continent et ea quæ gesta sunt anno* 303. *et* 304.

Edita a Papirio Massono ex MS. Bibl. Thuanæ, in quo continebantur Gesta Purgationis Felicis. Vid. etiam Augustini lib. iii. Contra Cresconium cap. 29. n. 33. p. 451. t. 9.

MONITUM BALUZII.

ACTORUM istorum vetus exemplar, ex quo edita sunt a Massono, extat in bibliotheca Thuana, sed depravatissimum et contaminatissimum, ut ante me observavit illustrissimus Cardinalis Baronius. Meminit autem illorum Optatus Milevitanus in libro primo, ubi etiam admonet se ea subjunxisse operi suo. *Harum namque plenitudinem rerum,* inquit, *in novissima parte istorum libellorum ad implendam fidem adjunximus.* Certe in veteri libro verba quæ sequuntur scripta sunt post collectionem istorum et aliorum quorundam actorum. *Expliciunt sancti Optati Episcopi libri numero* VII. *vel gesta purgationis Cæciliani Episcopi et Felicis ordinatoris ejusdem.* Meminit eorundem Augustinus epist. clxii. ubi adnotat ea lecta non fuisse in collatione Carthaginensi, quia tempus non fuit. Vide etiam epistolam clxv. et lib. iii. contra Cresconium cap. 29. ubi fragmenta quædam istorum actorum describuntur.

Incipiunt Gesta ubi constat traditorem Silvanum, qui cum ceteris ordinavit Majorinum, cui Donatus successit.

CONSTANTINO Maximo Augusto et Constantino juniore nobilissimo Cæsare Conss. Idibus Decembribus, Sexto Thamugadiensi, inducto et applicito Victore Grammatico, adsistente etiam Nundinario diacono, Zenophilus

vir clarissimus consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Victor. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Professor sum Romanarum litterarum, Grammaticus Latinus. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus dignitatis es? Victor dixit: Patre Decurione Constantiniensium, avo milite; in comitatu militaverat: nam origo nostra de sanguine Mauro descendit. Zenophilus V. C. consularis dixit: Memor fidei et honestatis tuæ simpliciter designa quæ causa fuerit dissensionis inter Christianos. Victor dixit: Ego dissensionis originem nescio: unus sum de populo Christianorum. Siquidem cum essem apud Carthaginem, Secundus episcopus cum Carthaginem tandem aliquando venisset, dicuntur invenisse Cæcilianum episcopum [a] nescio quibus non recte constitutum; illi contra alium instituerunt. Inde illic apud Carthaginem cœpta dissensio est; et inde originem scire dissensionis plene non possum, quoniam semper civitas nostra unam ecclesiam habet, et si habuit dissensionem, nescimus omnino. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvano communicas? Victor respondit: Ipsi. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cur ergo intermisso eo cujus innocentia purgata est? Et adjecit: Adseveratur præterea te aliud certissime scire, quod Silvanus traditor sit; de eo confitere. Victor respondit: Hoc nescio. Zenophilus V. C. consularis Nundinario diacono dixit: Negat se Victor scire quod Silvanus traditor sit. Nundinarius diaconus dixit: Scit ipse, num tradidit codices. Victor respondit: Fugeram hanc tempestatem; et, si mentior, peream. Cum incursum pateremur repentinæ persecutionis, fugivimus in montem Bellonæ: Ego sedebam cum Marte diacono; et Victor presbyter, cum ab eodem Marte quærerentur omnes codices, negavit se habere: Tunc Victor dedit nomina omnium lectorum: Ventum est ad domum meam: Cum absens essem, ascensum est a magistratibus, et sub-

[a] *for.* a nescio quibus, *vel*, nescio qui.

lati sunt codices mei: Cum ego venissem, inveni codices sublatos. Nundinarius diaconus dixit: Tu ergo respondisti apud acta, quoniam dedisti codices. Quare negantur hæc quæ prodi possunt? Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Simpliciter confitere, ne strictius interrogeris. Nundinarius diaconus dixit: Legantur acta. Zenophilus V. C. consularis dixit: Legantur. Et dedit Nundinarius, et exceptor recitavit. "Diocletiano VIII. et Maximiano VII. Consulib. XIV. Kalendas Junias, ex actis Munatii Felicis flaminis perpetui curatoris coloniæ Cirtensium. Cum ventum esset ad domum in qua Christiani conveniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: Proferte Scripturas legis, et si quid aliud hic habetis, ut est præceptum, ut jussioni parere possitis. Paulus episcopus dixit: Scripturas lectores habent, sed nos quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit: Ostende lectores, aut mitte ad illos. Paulus episcopus dixit: Omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Non eos novimus. Paulus episcopus dixit: Novit eos Officium publicum, id est, Edusius et Junius exceptores. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Manente ratione de lectoribus, quos demonstrabit Officium, vos quod hic habetis date. Sedente Paulo episcopo, Montano et [b] Victore Deusatelio et Memorio presbyteris, adstante Marte cum Helio et Marte diaconis, Marcuclio, Catullino, Silvano, et Caroso subdiaconis, Januario, Meraclo, Fructuoso, Miggine, Saturnino, Victore Samsurici, et ceteris fossoribus, contrascribente Victore Aufidii, in brevi sic: Calices duo aurei, item calices sex argentei, urceola sex argentea, cucumellum argenteum, lucernæ argenteæ septem, [c] cereofala duo, candelæ breves æneæ cum lucernis suis septem, item lucernæ æneæ undecim cum catenis suis, tunicæ muliebres

[b] Victore de Castello, *apud Augustin.* [c] cereostata *legend. monuit Semlerus.*

LXXXII. mafortea XXXVIII. tunicæ viriles XVI. caligæ viriles paria XIII. caligæ muliebres paria XLVII. coplæ rusticanæ XIX. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Marcuclio, Silvano, et Caroso fossoribus dixit: Proferte hoc quod habetis. Silvanus et Carosus dixerunt: Quod hic fuit, totum hoc ejecimus. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Marcuclio, Silvano, et Caroso dixit: Responsio vestra actis hæret. Posteaquam perventum est in bibliothecam, inventa sunt ibi armaria inania. Ibi protulit Silvanus capitulatam argenteam et lucernam argenteam, quòd diceret se post orcam eas invenisse. Victor Aufidii Silvano dixit: Mortuus fueras, si non illas invenisses. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Silvano dixit: Quære diligentius, ne quid hic remanserit. Silvanus dixit: Nihil hic remansit, totum hoc ejecimus. Et cum apertum esset triclinium, inventa sunt ibi dolia IV. et orcæ sex. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Proferte Scripturas quas habetis, ut præceptis Imperatorum et jussioni parere possitis. Catulinus protulit codicem unum pernimium majorem. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Marcuclio et Silvano dixit: Quare unum tantummodo codicem dedistis? Proferte Scripturas quas habetis. Catulinus et Marcuclius dixerunt: Plus non habemus, quia subdiacones sumus: sed lectores habent codices. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Marcuclio et Catulino dixit: Demonstrate nobis lectores. Marcuclius et Catulinus dixerunt: Non scimus ubi maneant. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Catulino et Marcuclio dixit: Si ubi manent non nostis, nomina eorum dicite. Catulinus et Marcuclius dixerunt: Nos non sumus proditores. Ecce sumus, jube nos occidi. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Recipiantur. Et cum ventum esset ad domum Eugenii, Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit Eugenio: Profer Scripturas quas habes, ut præcepto parere possis: et protulit codices qua-

tuor. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Silvano et Caroso dixit: Demonstrate ceteros lectores. Silvanus et Carosus dixerunt: Jam dixit episcopus quia Edusius et Junius exceptores omnes noverunt. Ipsi tibi demonstrent ad domus eorum. Edusius et Junius exceptores dixerunt: Nos eos demonstramus, Domine. Et cum ventum fuisset ad domum Felicis sarsoris, protulit codices quinque. Et cum ventum esset ad domum Victorini, protulit codices octo. Et cum ventum fuisset ad domum Projecti, protulit codices v. majores, et minores duos. Et cum ad grammatici domum ventum fuisset, Felix flamen perpetuus curator Victori grammatico dixit: Profer Scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Victor grammaticus obtulit codices II. et quiniones quatuor. Felix flamen perpetuus curator Victori dixit: Profer Scripturas, plus habes. Victor grammaticus dixit: Si plus habuissem, dedissem. Et cum ventum fuisset ad domum Euticii Cæsarianensis, Felix flamen perpetuus curator Euticio dixit: Profer Scripturas quas habes, ut præcepto parere possis. Euticius dixit: Non habeo. Felix flamen perpetuus curator Euticio dixit: Professio tua actis hæret. Et cum ventum fuisset ad domum Coddeonis, protulit uxor ejus codices sex. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ dixit: Quære, ne plus habeatis; profer. Mulier respondit: Non habeo. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Bovi servo publico dixit: Intra, et quære, ne plus habeat. Servus publicus dixit: Quæsivi, et non inveni. Felix flamen perpetuus curator reipublicæ Victorino, Silvano, et Caroso dixit: Si quid minus factum fuerit, vos contingit periculum." Quibus lectis, Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Confitere simpliciter. Victor respondit: Non fui præsens. Nundinarius diaconus dixit: Legimus epistolas episcoporum factas a Forte: et legit exemplar libelli traditi episcopis a Nundinario diacono. "Testis est Christus et angeli ejus, quoniam tradiderunt quibus com-

municastis, id est, Silvanus a Cirta traditor est, et fur rerum pauperum. Quod omnes vos episcopi, presbyteri, diaconos, seniores, scitis, et de quadringentis [d] follibus Lucillæ clarissimæ feminæ, pro quo vobis conjurastis ut fieret Majorinus episcopus: et inde factum est schisma. Nam et Victor fullo vestri præsentia et populi dedit folles viginti ut factus esset presbyter. quod scit Christus et angeli ejus." Et recitatum est exemplum epistolæ. "Purpurius episcopus Silvano coëpiscopo in Domino salutem. Venit ad me Nundinarius diaconus filius noster, et petiit has litteras deprecatorias a me ad te, sanctissime, dirigerem, ut si fieri posset, pax inter te et ipsum sit. Hoc enim volo fieri, ut nemo sciat quid inter nos agatur. Si volueris, scripto tuo [agatur] ut et ego solus ibi in re præsenti veniam, et dissensionem ipsam [e] de inter vos amputem. Manu sua enim mihi tradidit libellum rei gestæ, pro qua causa tuo præcepto fuerit lapidatus. Non est verum ut pater castiget filium contra veritatem; et scio quia vera sunt quæ in libello mihi tradito sunt conscripta. Quære remedium quomodo poterit ibi malignitas ista extingui antequam flamma exsurgat, quæ post demum extingui non poterit sine sanguine spiritali. Adhibete conclericos et seniores plebis ecclesiasticos viros; et inquirant diligenter quæ sunt istæ dissensiones, ut ea quæ fiunt secundum fidei præcepta fiant. Non declinabis ad dextram vel ad sinistram. Libenter autem aurem commodare noli malis instructoribus, qui nolunt pacem. Omnes nos occiditis." *et alia manu.* "Vale." Item et exemplum epistolæ. "Purpurius episcopus clericis et senioribus Cirtensium in Domino æternam salutem. [f] Clamat Moyses ad omnem senatum filiorum Israel, dixitque illis, quæ Dominus jubeat fieri; sine consilio seniorum nihil agebatur. Itaque et vos, carissimi, quos scio omnem sapientiam cœlestem et spiritalem habere, omni vestra virtute cognoscite quæ sit dissensio

[d] Numorum genere. [e] *for.* de ea. [f] Exod. xix. 7.

hæc, et perducite ad pacem. Dicit enim Nundinarius diaconus quod nihil vos lateat, unde hæc dissensio est inter carissimum nostrum Silvanum et ipsum. Tradidit enim mihi libellum in quo omnia sunt conscripta. Dixit enim et vos non latere. Ego [g] scio quia auris non est. Bonum quærite remedium quomodo extinguatur hæc res sine periculo animæ vestræ; ne subito cum personam accipitis, in judicio veniatis. Justum judicium inter partes judicate secundum gravitatem vestram et justitiam. Cavete vobis ne declinetis in dexteram neque in sinistram. Dei res agitur, qui scrutatur cogitationes singulorum. Elaborate nemo sciat quæ sit conjuratio hæc. [h] Vestra sunt quæ libello continentur. non est bonum. Dicit enim Dominus: [i] *Ex ore tuo condemnaberis, et ex ore tuo justificaberis.*" Item alia recitata. "Silvano fratri carissimo Fortis in Domino æternam salutem. Venit ad me filius noster Nundinarius diaconus, et retulit ea quæ inter te et illum contigerunt per malivoli intercessum, qui vult animas justorum a via veritatis avertere. Cum hæc audirem, mente defectus sum, quod talis dissensio inter vos venit. Dei enim sacerdos ut ad hoc veniat quod non nobis expediat, [k] fiat. Nunc ergo petite eum ut, quod potest, cum ipso pax Domini salvatoris Christi sit. Non ad publicum veniamus et a gentibus damnemur. Scriptum est enim: [l] *Videte ne dum mordetis, et causamini in invicem, ab invicem consumamini.* Ergo peto Dominum ut tollatur de medio nostrum hoc scandalum, ut possit res Dei cum gratiarum actione celebrari, Domino dicente: [m] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Quæ pax poterit esse ubi dissensio et æmulationes sunt? Nam cum ego a milite essem ass ..... separatus et in illo venissem, cum injuria tali, Deo commendavi animam me-

[g] *for.* sileo, *ed. Dupin. anne scribend.* Ego scio quia verus. Non est bonum. Quærite &c. *Confer verba in media pag. sup. et quæ paulo post sequuntur.* [h] *for.* Vera, *Balux.* [i] Matth. xii. 37. [k] *for.* fit. [l] Gal. v. 15. [m] Joan. xiv. 27.

am, et remisi tibi, quia Deus videt mentes hominum * et eorum, sive a te ad illos perductus sum, sed Deus nos liberavit, et tecum servimus. Ergo, sicuti dimissum est nobis, et vos reconciliamini paci, ut in nomine Christi possimus cum gaudio [n] pacem celebrare. Nemo sciat." ... "Fratribus et filiis, clero et senioribus, Fortis in Domino æternam salutem. Venit ad me filius meus Nundinarius diaconus vester, et retulit de [o] ea quæ contra vos sunt gesta; necnon utique a vobis debuit componi, ne ventum esset ut talem insaniam passi, [p] a quibus lapidarentur pro veritate, quod et vos et nos scimus, sicuti nobis retulistis, et scriptum est: [q] *Non est sapiens quisquam inter vos qui possit judicare inter fratres? sed frater cum fratre judicatur, et hoc apud infideles:* sicuti vos, cum in judicio contenditis. Sic ad hoc exilitum est ut gentibus demus tale exemplum, ut qui per nos Deo credebant, ipsi nobis maledicant, cum ad publicum pervenimus? Ergo, ne ad hoc veniatur, vos, qui spiritales estis, facite ut nemo sciat, ut cum pace Pascha celebremus; et hortemini eos paci reconciliari, et dissensio non sit, ne cum ad publicum ventum fuerit, incipiatis et vos periclitari, si hoc factum fuerit, et postea vobis imputetis. Dabitis quamplurime [r] tu possessor Donati presbyter, singuli Valeri et Victor, qui omnia scitis, actutum date operam ut pax sit vobiscum." Item alia recitata. "Fratri Silvano Sabinus in Domino æternam salutem. Pervenit ad nos Nundinarius filius tuus, non tantum ad me, sed et ad fratrem nostrum Fortem, fortem et gravem querelam referens. Miror gravitati tuæ, sic te egisse cum filio tuo, quem tu nutristi et ordinasti. Si enim ædificium terræ structum sit, non additur quid cœleste, quod per manum sacerdotis ædificatur. Sed non est tibi mirandum, Scriptura dicente: [s] *Perdam sapientiam*

[n] *for.* pascha, *ut infra, Baluz.* [o] *for.* eis. [p] *for.* a gentibus. [q] 1 Cor. vi. 5, 6. [r] *for.* tu possis, o Donti, *vid. infra* p. 110. et bis postea. [s] 1 Cor. i. 19.

sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Et iterum dicit : [s] *Potius dilexerunt homines tenebras magis quam lucem,* sicuti et tu facis. Sufficiat vobis omnia scire; super quod et frater noster Fortis tibi scripsit. Nunc petierim de caritate tua, frater benignissime, ut suppleas dictum Esaiæ prophetæ : [t] *Expellite malignitatem de animis vestris, et venite, disputemus, dicit Dominus.* Et iterum : [u] *Projicite malum de medio vestrum.* Sic et tu fac. Subjuga et averte seditiones, quæ noluerunt esse pacem inter te et filium tuum. Sed filius tuus Nundinarius in pace tecum Pascha celebret, ne res ad publicum veniat præterea, jam omnibus nobis nota. Rogaverim te, frater benignissime, mediocritatis meæ compleas petitionem. Nemo sciat." Item alia recitata. " Fratri Forti Sabinus in Domino æternam salutem. Quæ sit caritas juxta omnes collegas, certus sum peculiariter; tamen secundum Dei voluntatem, [x] qui dixit, *Quosdam diligo super animam meam,* Silvanum te coluisse certus sum. Quare non dubitavi hæc scripta ad te dare, quia scripta tua ad eum facta dari feci propter nomen Nundinarii; [y] et qui impigre agit, semper res Dei impetu procedit. Ne prætendas excusationem. Occupatio namque nos diebus istis stringit, et incunctanter commovet circa hæc usque ante diem solemnissimum Paschæ, ut per te fiat pinguissima pax, ut digni coheredes Christi inveniamur, qui dixit: [z] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et iterum peto ut facias." *Et alia manu.* " Opto te in Domino bene valere et nostri memorem esse. Vale. Sed rogo te, nemo sciat." Quibus lectis Zenophilus V. C. consularis dixit: Et actis et literis quæ recitatæ sunt, traditorem constat esse Silvanum. et Victori dixit: Simpliciter confiteré utrum scias eum aliquid tradidisse. Victor dixit: Tradidit, sed non me præsente. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quid admini-

[s] Joan. iii. 19. [t] Isa. i. 16. 18. [u] 1 Cor. v. 13. [x] *Nescio ubi.* [y] *for.* ei. [z] Joan. xiv. 17.

strabat tunc Silvanus in clero? Victor respondit: Sub Paulo episcopo orta est persecutio, et Silvanus subdiaconus fuit. Nundinarius diaconus respondit: Quando ventum est illic, ait, ut factus esset episcopus, respondit populus: Alius fiat, exaudi Deus. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Dictum est a populo, Silvanus traditor? Victor dixit: Ego ipse luctatus sum [a] episcopus. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Ergo sciebas traditorem? De hoc confitere. Victor respondit: Traditor fuit. Nundinarius diaconus dixit: Vos seniores clamabatis: Exaudi Deus, civem nostrum volumus, ille traditor est. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Clamasti ergo cum populo quod traditor esset Silvanus, et non deberet fieri episcopus? Victor dixit: Clamavi et ego et populus. nos enim civem nostrum petebamus integrum virum. Zenophilus V. C. consularis dixit: Qua causa putabatis eum non mereri? Victor dixit: Integrum petebamus, et civem nostrum: Sciebam enim causam Imperatorum (*for.* ante Imperatores *Baluz.*) ad hoc nos esse venturos, dum * enim talibus committitur. Item inductis et adplicitis Victore Samsurici et Saturnino fossoribus, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Saturninus. Zenophilus V. C. dixit: Cujus conditionis es? Saturninus respondit: Fossor. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvanum scis esse traditorem? Saturninus dixit: Scio lucernam tradidisse argenteam. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Quid aliud? Saturninus respondit: Aliud nescio, nisi quia [b] de post orcam eam ejecit. Et remoto Saturnino, Zenophilus V. C. consularis dixit adstanti: Et tu, quis vocaris? Respondit: Victor Samsurici. Zenophilus V. C. consularis dixit: Cujus conditionis es? Victor dixit: Artifex sum. Zenophilus V. C. dixit: Tabulam argenteam quis tradidit? Victor respondit: Non vidi. quod scio, hoc dico. Zenophilus V. C. consularis dixit Victori: Licet jam constiterit ex responsione eorum

[a] *for.* ne fieret episcopus. [b] *for.* ille.

qui supra sunt interrogati, tamen tu confitere utrum Silvanus traditor sit. Victor dixit: [c] Secundo petito quomodo hoc dimisit, ut duceremur ad Carthaginem; ore ipsius episcopi audivi: "Data est mihi lucerna argentea, et capitulata argentea, et has tradidi." Zenophilus V. C. Victori Samsurici dixit: A quo audisti? Victor dixit: A Silvano episcopo. Zenophilus V. C. consularis Victori dixit: Ab ipso audisti quod tradidisset? Victor dixit: Ab ipso audivi quod suis manibus tradidisset illas. Zenophilus V. C. dixit: Ubi audisti? Victor dixit: In basilica. Zenophilus V. C. consularis dixit: Apud Constantinam? Victor dixit: Ibi cœpit alloqui populum dicens: De quo dicunt me traditorem esse, de lucerna et capitulata? Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quid aliud putas ex his esse quærendum? Nundinarius dixit: De cupis fisci, quis illas tulit. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quas cupas? Nundinarius dixit: In templo Serapis fuerunt, et tulit illas Purpurius episcopus: acetum quod habuerunt, tulit illud Silvanus episcopus, Dontius presbyter, et Lucianus. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Sciunt id factum qui adsistunt? Nundinarius respondit: Sciunt. Diaconus Saturninus dixit: Dicebant majores nostri quia sublatæ sunt. Zenophilus V. C. consularis dixit: A quo sublatæ dicuntur? Saturninus dixit: A Purpurio episcopo, et acetum a Silvano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Nundinarius dixit: Viginti folles dedit, et factus est presbyter Victor? Saturninus dixit. * Et cum diceret, Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Cui dedit? Saturninus dixit: Silvano episcopo. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Ergo, ut fieret presbyter, Silvano episcopo viginti folles præmium dedit? Saturninus dixit: Dedit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Ante Silvanum positum est? Saturninus dixit: Ante cathedram episcoporum. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: A quo pecu-

[c] *for.* A Secundo. *Confer Acta Cirtensia apud Concil.*

nia sublata est? Nundinarius dixit: Ipsi episcopi diviserunt eam inter se. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Donatum desideras exhiberi? Nundinarius dixit: Utique veniat, de quo clamavit populus biduo post [d] pare: Exaudi Deus, civem nostrum volumus. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Certe clamavit hoc populus? Respondit: Clamavit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Traditorem clamavit Silvanum? Saturninus dixit: Utique. Nundinarius dixit: Quando factus est episcopus, non illi communicavimus, quia dicebatur traditor esse. Saturninus dixit: Quod dicit, verum est. Nundinarius dixit: Vidi quia Mutus harenarius tulit eum in collo. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Sic factum est? Saturninus dixit: Sic. Zenophilus V. C. consularis dixit: Vera sunt omnia quæ dicit Nundinarius, quia ab harenariis factus est episcopus Silvanus? Saturninus dixit: Vera Nundinarius dixit. prostibulæ illic fuerunt. Zenophilus V. C. consularis Saturnino dixit: Harenarii illum gestaverunt? Saturninus dixit: Ipsi eum tulerunt, et populus. Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi. Nundinarius dixit: Numquid populus Dei ibi fuit? Saturninus dixit: In casa majore fuit inclusus. Zenophilus V. C. consularis dixit: Certe omnia quæ dicit Nundinarius, vera sunt? Saturninus dixit: Vera. Zenophilus V. C. consularis dixit: Tu quid dicis? Victor dixit: Vera sunt omnia, Domine. Nundinarius dixit: Purpurius episcopus tulit centum folles. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: De quadringentis follibus quos putas interrogandos? Nundinarius dixit: Lucianus diaconus exhibeatur, quia ipse totum scit. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Iine sciunt? Nundinarius dixit: Non sciunt. Zenophilus V. C. consularis dixit: Exhibeatur Lucianus. Nundinarius dixit: Sciunt isti acceptos esse quadringentos folles; sed quia episcopi eos diviserunt, nesciunt. Zenophilus V. C. consularis [e] Nun-

[d] *for.* pascha. [e] *An* Saturnino?

dinario et Victori dixit: Scitis acceptos esse folles a Lucilla? Saturninus et Victor dixerunt: Scimus. Zenophilus V. C. consularis dixit: Pauperes non acceperunt? Dixerunt: Nemo nihil accepit. Zenophilus V. C. consularis Saturnino et Victori dixit: Nihil de fano Serapis sublatum est? Saturninus et Victor dixerunt: Purpurius tulit cupas, et Silvanus episcopus et Dontius et Superius presbyteri et Lucianus diaconus tulerunt acetum. Zenophilus V. C. consularis dixit: Responsione Victoris grammatici et Victoris Samsurici et Saturnini claruit vera esse omnia quæ suggessit Nundinarius. Submoveantur et exeant. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quos alios putas interrogandos? Nundinarius dixit: Castum diaconum, ut dicat si non est traditor. Ipse illum ordinavit. Et inducto et applicito Casto diacone, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Castus. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Cujus conditionis es? Castus dixit: Nullam dignitatem habeo. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Licet nunc per Victorem grammaticum, quam etiam per Victorem Samsurici et Saturninum venerunt in confessionem quæ Nundinarius objicit, tamen etiam tu confitere utrum traditor sit Silvanus. Castus respondit: Dicebat quod invenerit lucernam post orcam. Zenophilus V. C. consularis dixit Casto: Etiam de cupis de fano Serapis sublatis et aceto confitere. Castus respondit: Purpurius episcopus tulit cupas. Zenophilus V. C. consularis dixit: Acetum quis? Respondit Castus quod tulerunt inde acetum Silvanus episcopus, Dontius et Superius presbyteri. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Confitere quot folles dedit Victor ut presbyter fieret? Castus dixit: Obtulit, Domine, sacellum, et quid habuerit, nescio. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Cui datum est sacellum? Castus dixit: Illò tulit eum in casa majore. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Populo non est divisa pecunia? Castus respondit: Non est data, nec vidi. Zenophilus V. C. consularis Casto

dixit: De follibus quos Lucilla dedit, populus [f]minutus nihil accepit? Castus dixit: Non vidi accipere neminem. Zenophilus V. C. consularis Casto dixit: Quo ergo pervenerunt? Castus dixit: Nescio. Nundinarius dixit: Utique vel audisti vel vidisti si dictum est pauperibus: Dat et vobis de re sua Lucilla? Castus dixit: Non vidi aliquem accipere. Zenophilus V. C. consularis dixit: Manifesta est Casti confessio quod folles quos Lucilla donavit, populo divisos esse nesciret; et ideo amoveatur. Et applicito Crescentiano subdiacono, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit: Crescentianus. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Simpliciter sicut et ceteri, confitere utrum scias traditorem Silvanum. Crescentianus dixit: Priores qui fuerunt clerici, ipsi retulerunt singula. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Quid retulerunt? Crescentianus dixit: Referebant quod traditor esset. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Dixerunt illum traditorem? Et adjecit: Qui dicebant? Crescentianus dixit: Qui cum illo conversabantur in plebe, dixerunt quod aliquando tradidisset. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: De Silvano dicebant? Crescentianus dixit: Utique. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cum factus fuisset episcopus, præsto fuisti? Crescentianus dixit: Præsens cum populo fui, inclusus in casa majore. Nundinarius diaconus dixit: Campenses et harenarii fecerunt illum episcopum. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Mutus harenarius certe eum sustulit? Dixit: Manifeste. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cupas de fano Serapis scis esse sublatas? Crescentianus dixit: Plures dicebant quod Purpurius episcopus ipse sustulerit cupas; et acetum, quod ad senem nostrum Silvanum pervenisset, et filii Ælionis dicebant. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Quid audisti? Crescen-

[f] *for.* minutum.

tianus dixit: Acetum sublatum a sene Silvano et Dontio et Superio presbyteris et Luciano diacono. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Ex quadringentis follibus quos Lucilla donavit, populus aliquid accepit? Crescentianus dixit: Nihil inde nemo accepit; nescio, nec quis illos erogaverit. Nundinarius dixit: Aniculæ nunquam inde aliquid acceperunt? Crescentianus dixit: Nihil. Zenophilus V. C. consularis dixit: Certe quotiens aliquid tale donatur, omnes inde populares publice accipiunt. Crescentianus dixit: Non audivi vel vidi dedisse illum aliquos. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Nihil ergo datum est de quadringentis follibus populo? Crescentianus dixit: Nihil. Utique pervenisset aliqua portiuncula ad nos. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quo ergo sublati sunt? Crescentianus dixit: Nescio. Nemo nihil accepit. Nundinarius dixit: Victor quot folles dedit ut fieret presbyter? Crescentianus dixit: Vidi allatos cophinos cum pecunia. Zenophilus V. C. consularis Crescentiano dixit: Cui dati sunt cophini? Crescentianus dixit: Episcopo Silvano. Zenophilus V. C. consularis dixit: Silvano dati sunt? Crescentianus dixit: Silvano. Zenophilus V. C. consularis dixit: Populo nihil datum est? Respondit: Nihil. Necesse est ut et nos aliquid acciperemus, si distribuerentur sicut solet. Zenophilus V. C. consularis Nundinario dixit: Quid aliud de Crescentiano putas esse requirendum? Nundinarius dixit: Ipsud est. Zenophilus V. C. consularis dixit: Quoniam de omnibus Crescentianus subdiaconus simpliciter confessus est, submoveatur. Item inducto et applicito Januario subdiacono, Zenophilus V. C. consularis dixit: Quis vocaris? Respondit.....

Cetera desunt.

Extant hæc pag. 91—106. vol. ii. *Miscell.* Steph. Baluzii, sed ex aliis edd. hic correcta.

ACCUSATIO

IN MENSURIUM EPISCOPUM CARTHAGINIENSEM, ET SECUNDUM TIGISITANUM EPISCOPUM.

De Epistolis Mensurii ad Secundum et Secundi ad Mensurium, hæc S. Augustinus in Breviculo Collationis Carthag. diei 3. cap. xiii. n. 25. et n. 27. tom. ix. pag. 386. *ed. Amstel.*

Tunc Donatistæ aliquantum prælocuti sunt, quod Mensurius qui fuerat ante Cæcilianum ecclesiæ Carthaginensis episcopus, tempore persecutionis tradiderit persecutoribus sanctas Scripturas. Et hoc ut probarent, legerunt ejus epistolam ad Secundum Tigisitanum datam, qui tunc habebat primatum episcoporum Numidiæ; in qua epistola videbatur Mensurius velut de suo crimine confiteri: qui tamen non scripserat se sanctos Codices tradidisse, sed potius ne a persecutoribus invenirentur abstulisse, atque servasse; dimisisse autem in basilica novorum quæcumque reproba scripta hæreticorum, quæ cum invenissent persecutores et abstulissent, nihil ab illo amplius postulasse. Verumtamen quosdam Carthaginensis ordinis viros postea suggessisse proconsuli, quod illusi fuerant qui missi erant ad Christianorum Scripturas auferendas et incendendas, quia non invenerant nisi nescio quæ ad eos non pertinentia; ipsas autem in domo episcopi custodiri, unde deberent proferri et incendi; proconsulem vero ad hoc eis consentire noluisse. In eisdem etiam litteris lectum est, eos qui se offerrent persecutionibus non comprehensi, et ultro dicerent se habere scripturas, quas non traderent, a quibus hoc nemo quæsierat, displicuisse Mensurio, et ab eis honorandis eum prohibuisse Christianos. Quidam etiam in eadem epistola facinorosi arguebantur et fisci debitores, qui occasione persecutionis vel carere vellent onerosa multis debitis vita, vel purgare se putarent, et quasi abluere facinora sua, vel certe adquirere pecuniam, et in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum. Crimen tamen Donatistæ non ingerebant Mensurio, nisi de codicibus traditis: mentitum eum quippe dicebant, quod illi non fuerint Codices sancti, et peccatum suum tegere voluisse; quamvis et ipsam fictionem criminarentur. Recitarunt etiam rescripta Secundi Tigisitani ad eumdem Mensurium pacifice data, ubi et ipse narravit, in Numidia persecuto-

res quæ egerint: et qui comprehensi et Scripturas sanctas tradere nolentes, et multa mala passi et gravissimis suppliciis excruciati et occisi sunt: eosque honorandos pro martyrii sui merito commendavit, laudans eos non tradidisse Scripturas sanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos exploratores in [g] Jericho, in quibus figurarentur duo Testamenta, vetus et novum, tradere persecutoribus noluit. Quod quidem exemplum si sub hac figura est intelligendum, Mensurium potius adjuvabat. In suis enim litteris Mensurius reprehendebat eos, qui Scripturas sanctas, quamvis eas non traderent, se tamen habere faterentur; quod mulier illa non fecit. Neque enim eos exploratores qui quærebantur, apud se esse confessa est, sed negavit. Scripsit etiam Secundus, et ad se ipsum missos a curatore et ordine centurionem et beneficiarium, qui peterent divinos Codices exurendos, eisque respondisse, *Christianus sum et episcopus, non traditor.* Et cum ab eo vellent aliqua ecbola, (*vid. supra* pag. 103.) aut quodcumque accipere; neque hoc eis dedisse, exemplo [h] Eleazari Macchabæi, qui nec fingere voluit suillam carnem se manducare, ne aliis præberet prævarications exemplum. Hæ litteræ Mensurii et Secundi donec legendo terminarentur, catholici patienter audierunt; quamvis testati fuerint eas esse familiares, nec ad caussam ecclesiæ pertinere. §. 25.

Hoc autem quod ei objecit Purpurius, detentum eum fuisse a curatore et ordine ut Scripturas daret, idem Secundus in litteris quas Mensurio rescripserat, pene confessus est, ubi ait missum ad se fuisse a curatore et ordine centurionem et beneficiarium, et a se scripturas petitas, vel quælibet ecbola; quæ quidem se non tradidisse dixit: sed cum ipse illic commemoraverit tot martyres, qui cum tradere noluissent, excruciati et occisi sunt; quomodo ipse detentus et convictus et nolens aliquid tradere, nihil pati et dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit: Non enim centurioni et beneficiario dixit se scripturas non habere, sed respondit se omnino non tradere. Quod illi auditum quomodo illo dimisso renuntiare potuerint sine suo exitio, non apparet; præsertim quia idem Secundus non quoslibet infimos, sed etiam patres familias, cum hoc idem persecutoribus respondissent, crudelissimis mortibus dixit occisos. §. 27. Confer ejusdem Augustini lib. i. *Contra Gaudentium* cap. xxxvii. p. 449.

[g] Josue ii. [h] 2 Macc. vi. 24.

APPENDIX II.

IN QUA CONTINENTUR,

ARCHELAI DISPUTATIO CUM MANETE,

ET

S. PAMPHILII M. APOLOGIA PRO ORIGENE.

quidem sententiam confirmare videntur acta ipsa disputationis, in quibus cap. xxxix. hæc legimus. *Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi, atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum, aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quemque non lateat.* Et clarius in eorumdem cap. ultimo; *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Verisimile enim non est Archelaum ita locutum fuisse, si ipsemet, quæ nunc habemus, disputationis hujus acta scriptis mandasset; eo præsertim, quod pro *inscripsi*, legendum potius esse videatur *exscripsi*. Sed nihilo secius cum in postremo eorundem actorum loco mox memorato diserte dicatur, Archelaum ipsum nonnulla priori disputationi suæ postmodum addidisse, in eam sententiam lubens venio, ut Epiphanium, atque Hieronymum cum Heracliano conciliari posse credam, si dicamus, Archelaum Syriaca primum lingua cuncta, quæ coram delectis Judicibus adversus Manetem protulerat, divulgasse; Hegemonium vero, quæ ab Archelao jam edita fuerant, meliori non solum ordine digessisse, verum etiam exordio, epilogo, aliisque nonnullis locupletasse, ut omnibus numeris absoluta, celeberrimæ illius disputationis acta ad posteros transmitterentur. Porro Syriaca primum lingua scripta fuisse acta ista, præter Hieronymum id ipsum loco mox laudato clare testantem, illud etiam argumento est, quod Archelaus de solaris cursus spatio agens, sphæram illud a Græcis vocari ait cap. xxxii. Quinam ea in Græcum sermonem transtulerit, certo affirmari non potest, quamvis magna apud me suspicio sit, Hegemonium, qui alteram Archelai disputationis editionem concinnavit, ipsum quoque eorundem versionem e Syriaco in Græcum eloquium elucubrasse, ut in notiorem linguam transfusa, cuncti per orbem fideles plenissimam eorundem notitiam habere possent. Factum id antiquissimis temporibus fuisse, ex Epiphanio constat, qui insignia eorundem excerpta græce refert in Manichæorum hæresi; nec dici potest, ea ex Syriaco exemplari Epiphanium ipsum Græca fecisse, cum omnia, quæ ab eodem ex actis disputationis Archelai cum Manete afferuntur, in latina, quam edimus, versione totidem verbis reperiantur. De Latino interprete nobis tantum liquet, illum Hieronymo posteriorem fuisse, quem de latina versione mentionem fecisse par erat, si suis temporibus extitisset; vixisse tamen ante septimum Christianæ æræ sæculum, vel inde colligitur, quod in laudandis S. Scripturæ locis vulgatam editionem, quæ eo sæculo per occidentem passim recepta fuit, non sequatur..

Porro Græcam versionem, non vero Syriacum textum præ manibus Latinum interpretem habuisse, non modo ex universa ejus locutione, quæ græcæ, non vero Syriacæ linguæ indolem,

geniumque redolet, satis superque demonstratur, verum etiam pluribus aliis argumentis fortissime evincitur. Quippe in hujus disputationis cap. viii. ita loquitur, *Cum igitur luna onus, quod gerit, animarum, sæculis tradiderit patris, permanent illæ in columna gloriæ, quod vocatur vir perfectus. Hic autem vir est columna lucis.* Quæ verba ita leguntur in græca apud Epiphanium versione. Τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τὸν γόμον τῶν ψυχῶν, τοῖς αἰῶσι τοῦ πατρὸς παραμένουσιν ἐν τῷ στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλειος· ὁ δὲ ἀὴρ οὗτος στύλος ἐστὶ φωτός. Ex quibus patet, latinum interpretem græcarum vocum similitudine deceptum, pro ἀὴρ, ut Epiphanius habet, ἀὶὴρ legisse, et cum vertere debuisset, *Permanent illæ in columna gloriæ, quæ vocatur aër perfectus; aër autem iste est columna lucis;* ipsum male interpretatum fuisse, *Quod vocatur vir perfectus; hic autem vir est columna lucis;* in quem sane errorem non incidisset, si ad Syriaci textus fidem, in quo magnum inter utramque vocem discrimen est, versionem suam elaborasset. Sunt et aliæ ejusdem interpretis hallucinationes, ex quibus id ipsum evidentissime colligitur. Siquidem cap. vii. de viventi spiritu a Manete conficto loquens, ait; *Rursus ipse vivens spiritus creavit luminaria, quæ sunt reliquiæ animæ, et fecit ea firmamentum circumire, et iterum creavit terram, et sunt octo.* Hinc autem patet ipsum græco exemplari usum fuisse, in quo scriptum fuerat, εἰσὶ δὲ ὀκτὼ, vel εἰσὶ δὴ ὀκτὼ, cum tamen apud Epiphanium legatur εἰς εἶδη ὀκτὼ, *octuplici specie;* quæ sane æquivocatio non ex Syriaca, sed ex græca tantum lingua oriri poterat. Sic cap. viii. pag. 14. vertit, *effundet famem,* cum vertere debuisset, *pestem,* a græcarum vocum λιμὸς, *fames,* et λοιμὸς, *pestis,* similitudine deceptus, ut in nostris ad eum locum notis observavimus. Sic cap. ix. pag. 16. pro πήσσει, *congelat, frigore adstringit,* ut est apud Epiphanium, legisse videtur πλήσσει, *percutit,* ut in eisdem notis docuimus. Retinet etiam nonnullas voces græcas in versione sua, et interdum quidem absolute, interdum vero addita earundem explicatione, quod utique non fecisset, qui Syriace scriptum opus latinitati donasset. Hinc cap. lii. talenti vocem pro pondere usurpat, quo sensu apud Græcos vox τάλαντον, interdum accipitur. Sic paulo ante, *Cybi* vocabulo utitur, et statim subdit ex emendatione nostra, *quod nomen est tali;* vel ut in quodam Regio-Alexandrino codice legitur, *quod nomen est aleæ,* a κύβος, scilicet, quæ vox æque talum, atque aleam significat, ut in nostris ad eum locum notis, et earum appendice observavimus. Sic denique cap. viii. ait, *Lunam apocrusin, detrimentum pati,* quam postremam vocem prioris interpretationem esse nemo non videt.

Refert Epiphanius cap. xi. Archelaum, post fugatum e Carris Manetem, de ejus adventu in Diodoridem Castrum a Diodoro loci illius presbytero certiorem factum, duos ad eundem Diodorum λόγους, hoc est, libros misisse, ut eorum lectione instructus

reliani, vel circa finem ejusdem Imperii, et initium Probi, Manes antiquioris nefarii dogmatis incrementa procuravit. Priorem Epiphanii calculum in libro de Mensuris et Ponderibus sequitur Petrus Siculus in Hist. Manichæorum pag. 37. et Photius in laudato lib. i. adversus Manicheos repullulantes, licet Valerianus Aug. jam ab anno VII. ejus Imperii a Sapore rege Persarum captus fuerit; posteriorem vero probant acta ipsa disputationis Archelai cum Manete, ex quorum cap. XXXVII. lucide apparet, Archelaum sub Imperio Probi, non autem Gallieni, cum Manete, de cujus hæresi nil adhuc sibi compertum erat, disputasse. Cyrillus quoque Hierosolymitanus, qui septuaginta tantum annis post detectam Manetis hæresim se scribere testatur in Catechesi VI. pag. 140. Manetem Probo imperante, hæresim divulgare cœpisse, diserte scribit. Dicendum itaque est, Epiphanium in libro de Mensuris et Ponderibus errasse, et multo certiora de Manichæorum hæresis exortu in libris adversus hæreses nobis tradidisse, licet in eisdem quoque libris iterum sibi non constare deprehendatur; nam cum dixisset anno IV. Aureliani, qui partem anni CCLXXIII. et CCLXXIV. complectitur, emersisse Manetem, ac præterea affirmasset, id accidisse Aureliani, et Probi temporibus, hoc est, anno Christi CCLXXVI. secundum quosdam, qui jam tum ab ejus nativitate annos numerare sueverant, licet eos a Christi in cœlos assumptione annos supputare Epiphanius asserat, vel anno CCXLVI. secundum alios, qui a Christi morte annos supputabant; postea subdit, a Manetis temporibus usque ad annum XIII. Imp. Valentis, et IX. Gratiani, ac primum Valentiniani Junioris, quo ipse scribebat, hoc est, usque ad æræ vulgaris annum CCCLXXVI. intercessisse annos CVII. quod sane verum esse non potest; nam ab anno CCLXXVI. vel CCLXXIII. aut CCLXXIV. ad annum CCCLXXVI. non centum, et septem anni; sed centum tantummodo, vel CIII. aut CIV. anni secundum varias supputationes modo memoratas numerantur.

Porro quonam Probi anno id acciderit, ex Eusebio colligi potest, qui in Chronico sic de Manichæorum initiis scribit, *Secundo anno Probi juxta Antiochenos* CCCXXV. *annus fuit, juxta Tyrios* CCCII. *vel* CCCIII. *secundum quosdam; juxta Laodicenos* CCCCXXIV. *juxta Edessenos* CCCCLXXXVIII. (ita enim corrigi debet Pontaci editio, in qua perperam legitur CCCLXXXIX.) *juxta Ascalonitas* CCCLXXX. *Insana Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta.* Hæc autem Eusebii verba ita intelligenda sunt, ut non tunc primum Manichæorum hæresis orta fuerit; jam enim ab Apostolorum ferme temporibus quorundam mentes ille nefarius error invaserat, ut ex Archelao nostro, et Epiphanio liquet; sed quod tunc primum Manete hæresim veterem per varias Orientis regiones disseminante, et in Archelaum forte incidente, qui omnes ejus artes, ac errores disputando detexit, ita in cunctorum per orbem fidelium notitiam venerit, ut

eo tempore incœpisse quodammodo dici potuerit. Videtur enim Archelaus post confutatum coram Judicibus Manetem, rem totam cunctis per orbem episcopis notam fecisse, ut labanti Catholicæ Fidei, quanta possent sedulitate, succurrerent, eoque pacto factum fuisse par est, ut qui subdolos Manichæorum progressus ignorabant, tunc illorum hæresim ortam fuisse crediderint, cum primum ejusdem notitiam ex Archelai literis habuerunt.

Sed et habitæ ab Archelao disputationis tempus ex D. Leone Magno præcisius designari potest, qui in Sermone II. de Pentecoste, Manichæum innotuisse, ait, Probo Imp. et Paulino Coss. anno post Christi resurrectionem CCL. ut accommodatius ad Chronologicam veritatem in codice Oxoniensi legi Quesnellus testatur. At hic Probi, et Paulini consulatus partem anni primi, et secundi Imperii Probi continet, quem obeunte Tacito die 13. Aprilis, ejusque fratre Floriano post duos menses occiso, Romanum Imperium obtinuisse constat; quare si juxta Eusebium anno Probi II. et juxta Leonem Magnum sub consulatu Probi, et Paulini patefacta est Manichæorum hæresis, necessario dici debet, Archelai cum Manete disputationem, per quam universæ ecclesiæ Manetis error innotuit, accidisse intra Julium, atque Decembrem anni CCLXXVII. Verum Archelai nostri verba benigne sunt interpretanda, qui in cap. xxvii. disputationis suæ post trecentos fere annos a Christi morte, imo post trecentos, et eo amplius annos ab eadem Christi morte advenisse Manetem asserit. Archelaum enim ad exaggerandam Manetis stoliditatem, qui paraclitum spiritum a Christo promissum, temere se esse affirmabat, annorum numerum in disputationis æstu auxisse dicendum est, ut clarius ostenderet, ipsum longo adeo post Christi mortem tempore emergentem, paraclitum esse non posse, quem Jesus post suum in cælos ascensum, illico se Apostolis missurum affirmaverat, et revera post quinquaginta ab ejus resurrectione dies ab ipso missum fuisse, Apostolorum acta diserte testantur.

His de Archelai cum Manete disputationis tempore, ac versionibus, deque ejusdem Archelai episcopali sede prælibatis, agendum nobis est de synceritate, atque præstantia ejusdem operis, ac præterea videndum, an aliqua sui parte mutilatum sit; postremo indicandum, quænam actorum, quæ integra nunc primi edimus, fragmenta olim in lucem prodierint, et ex cujus bibliothecæ codice editio nostra profluxerit. Et primo quidem de actorum istorum synceritate suspicio nulla oriri potest; nam Epiphanius anno Christi CCCLXXVI. adversus hæreses scribens, insigne ex disputatione Archelai fragmentum protulit in hæresi Manichæorum cap. xxv. quod ejusdem actis ex latina versione a nobis in lucem editis prorsus respondet; ac præterea si Archelai rationes, atque argumenta cum Epiphanii confutationibus

conferas, evidentissime apparebit, ipsum ita in omnibus secutum fuisse Archelaum, ut pauca de suo adversus Manetis errores attulerit. Meminit etiam Actorum hujus disputationis Socrates, qui in consulatu XVII. Theodosii Junioris, hoc est, anno æræ Christianæ CCCCXXXIX. Ecclesiasticam Historiam absolvit, et ea omnia, quæ de Manichæorum hæresi narravit, se ex eisdem actis hausisse ingenue fatetur lib. i. cap. 22. Eorum insuper, tanquam ab Hegemonio quodam scriptorum, mentionem facit Heraclianus Chalcedonensis episcopus, ut supra dictum est. Denique Archelai nostri operum fragmentum contineri in veteri Catena Græcorum Patrum in Evangelium Joannis, quæ habetur in scripto Cæsareæ bibliothecæ codice, testis est Lambecius lib. iii. Comm. de eadem bibliotheca codice XL. quod utique ex hujus disputationis actis desumptum fuisse non dubito. (Vid. calcem Act.)

Præterea ex eorundem actorum textu varia argumenta erui possunt, quibus eorum antiquitas, atque synceritas demonstratur. Archelaus enim cap. xxvii. et xxxviii. varios hæreticos enumerans, neminem Sabellio recentiorem appellat, quem Sixti II. temporibus, qui anno Christi CCLVII. et CCLVIII. Romanam ecclesiam rexit, a Dionysio Alexandrino hæreseos accusatum fuisse constat ex Eusebio in Historia Ecclesiastica lib. vii. cap. 6. Meminit quoque obsidionis Carrarum, cui præsentem se fuisse testatur cap. xxiv. quæ nulla alia videtur esse posse, quam illa, quæ sub Valeriano Augusto contigit, cum scilicet a Persis expugnata fuit; vel alia sub Gallieno, cum ab Odenatho Orientis rege Persis erepta in Romani Imperii ditionem iterum redacta fuit, Trebellio Pollione teste in Gallieno cap. x. et xii. Eorum insuper mentionem facit cap. lii. qui per parentum traditionem Scythiani hæretici Apostolorum temporibus viventis notitiam habuerant, sibique nonnulla de ejus hæresi narraverant. Quin et varii antiqui mores, in hisce actis memorati, de eorumdem synceritate nos dubitare non sinunt. Nam in ipso Actorum exordio dicitur nonnullos ex Romanarum Legionum militibus, Marcelli misericordiæ exemplo commotos, deposito militiæ cingulo, Christianæ fidei nomen dedisse, quod antiquissimis ecclesiæ temporibus a Christianis militibus, ne Paganorum commercio, et superstitionibus macularentur, factum fuisse, testis est Tertullianus de Corona militis cap. xi. aliique in nostris ad eum locum notis laudati. Marcellum quoque ait, hospitia in Christianorum peregrinantium usum per vias regias construxisse, quæ a Carris in Persidem ducebant, quod itidem ab antiquis Christianis, qui sedulam hospitalitati operam dabant, fieri consuevisse aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum apostatam, ubi Imperatorem hunc diversoria, et hospitia per orbem Romanum, Christianorum exemplo ædificari mandasse testatur, ut Paganorum superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Narrat insuper Archelaus cap. liv.

Manetem in carcere positum, discipulos suos misisse *ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur*, eisque, Christianorum se nuncios esse simulantibus, sacrorum codicum copiam factam fuisse. At id sub Ethnicis tantum Imperatoribus facere oportebat, quorum temporibus Christifideles summa religione curabant, ne sacrosanctæ legis libri ad Ethnicorum manus pervenirent, ac propterea non ubique, sed certis quibusdam in locis, Sacri codices vendi consueverant. Corrigendus autem Epiphanius, qui in Manichæorum hæresi cap. v. ait, Manetem discipulos suos ad inquirendos Sacros libros misisse, antequam in carcerem truderetur; nam in mox laudato Archelai disputationis loco diserte dicitur, id a Manete factum fuisse, quo tempore in carcere detinebatur.

Nec ex sacris tantummodo, verum etiam ex prophanis, quibusdam rebus, quarum in hisce actis mentio fit, eorundem fides adstruitur. In iis quippe legimus Manetem, cum a Marcello literis accitus Carras venit, baculum ex ebeno in manibus gestasse, quod ab Alytarchis factitatum olim fuisse testatur Jo. Maleles in Chronico recens in Anglia edito pag. 376. Calisthenes quoque spurius scriptor a Doctissimo Ducangio in Glossario mediæ et infimæ græcitatis laudatus, verbo Ἑλλῆνος, de Psammeticho ita scribit, Καὶ ἰσολίσι ἑαυτὸν σολὴν προφήτου, κατίχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ῥάβδον ἑλλίνην, ubi Æsopus ejusdem Callisthenis interpres, qui versionem suam Constantio Constantini Magni filio dicavit, male Tamarisci virgam vertit; unde patet hujusmodi baculo eos uti consuevisse, qui publica aliqua dignitate decorabantur, quique doctrinæ laudem affectabant. Incessum quoque Imperatorum, dum publice cum protectoribus, signis, draconibus, labaris, ducibus, principibus, et præfectis urbem aliquam ingrederentur, exacte describit cap. xxxvii. Denique de multiplici sigillorum, et clavium usu apud veteres non pauca tradit cap. xiv. et xxvi, quibus similia prorsus in Ethnicorum Scriptorum monumentis occurrunt, ut in nostris ad ea notis ostendimus. Ex quibus omnibus satis superque demonstratur acta ista genuina, et antiquissima esse, nec eorum fidem ulla ex parte nutare.

Illud tamen dissimulare non possum acta ista disputationis Archelai cum Manete, quæ ex Vaticano Casinensis codicis apographo primi edimus, integra nequaquam videri, sed pluribus in locis a veteri librario mutilata. Siquidem Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi vi. pag. mihi 147. quædam Manetis argumenta cum Archelai responsionibus recitat, quæ in nostra editione non reperiuntur; nec dici posse videtur, Cyrillum Archelai dictorum sensum, non vero ipsamet Archelai verba laudasse, cum simile quidpiam in nullo nostræ editionis loco legatur, ac præterea verba illa, quæ Cyrillus refert, ita concepta sint ut ab ipsomet Archelao prolata fuisse videantur. Sed et conjecturæ

nonnullæ ex nostra eorundem actorum editione peti possunt, quibus idipsum ulterius confirmatur. Nam in eorundem cap. xii. hæc habentur, *Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis replevit, et in Archelai domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die advenavit Manes,* et quæ sequuntur. At vero nil in antecedentibus narratur, quod ea, qua Manes advenit, die factum fuerit. Præterea in cap. xxv. hujus disputationis Archelaus ait, *Nonne David ex ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter ore leonis, quod ait, de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit.* At vero in antecedentibus non legimus hæc unquam a Manete dicta fuisse. Quin et in cap. xxxviii. verba illa, *Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo,* et quæ sequuntur usque ad finem capitis, nullam cum præcedentibus connexionem habere videntur. Denique in horum actorum capite ultimo, post narratam Manetis necem, hæc legimus, *Quibus postea agnitis Archelaus adjecit ea priori disputationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi, in prioribus exposui.* Videntur autem hæc verba esse Hegemonii illius, qui ut superius diximus, eadem acta compilavit, et in Græcum sermonem transtulit. Sed in nostra editione, quo loco ea de re sermo habeatur, non invenio, quia fortasse in Casinensi codice præfatio deficit, in qua Hegemonius compilationis suæ rationem reddebat: nisi quis verba illa, *In prioribus exposui,* de his accipienda esse censeat, quæ proxime de Manetis morte narravit. Jure itaque merito suspicari potest, eum, qui Casinensem codicem ante quingentos, et amplius annos exaravit, magna actorum disputationis hujus prolixitate pertæsum, multa omisisse, multaque breviasse, quorum tamen epitomen apud Epiphanium haberi arbitror, quem ex integris Archelai disputationis actis suum Manichæorum hæreseos confutationem potissimum hausisse, editionem nostram cum ejus scriptis conferenti clare patebit.

Quod ad eorum editionem attinet, vetusti adeo monumenti partem reperit in perantiquo codice Boblensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur, Emericus Bigotius diligentissimus Italicarum bibliothecarum perscrutator, eamque clarissimo Valesio communicavit, qui in calce suarum notarum ad Socratem, et Sozomenum, fragmenta illa edidit. Continent autem tum cuncta illa, quæ ex eadem disputatione suis inseruit scriptis Epiphanius, tum alia nonnulla ab eodem omissa: quæ tamen ne decimam quidem totius operis partem complent. Et tanti quidem apud Bigotium fuit pars illa disputationis Archelai, ut eam cum Fabricio recudere cogitaverit, apposito Græco Epiphanii textu, ut ex utriusque comparatione, genuina illorum fragmentorum lectione restituta, quivis colligere posset, quanti faciendæ sint antiquæ latinæ versiones, et quantum utilitatis ex illis re-

dundet, ut idemmet ait in præfatione ad Palladii Dialogum de vita S. Joannis Chrysostomi prope finem, sed postea hanc curam iis relinquere satius duxit, qui novam editionem operum S. Epiphanii aggressuri essent, aut qui Socratis historiæ cum notis Doctissimi Valesii rursus edendæ operam susciperent. Et hactenus quidem nil aliud ex Archelai disputatione publicam lucem aspexit. Cum autem Sacri Loci reverentia ductus, Casinum venissem, et ab antiquissimis temporibus conditam ibi a doctissimis æque ac sanctissimis Cœnobiarchis bibliothecam perlustrassem, inter alia non pauca inedita adhuc vetera monumenta, Archelai integram cum Manete disputationem in sexcentorum, et amplius annorum codice reperi, quam bona reverendissimi quondam Abbatis, nunc vero archiepiscopi Rossanensis Andreæ Deodati viri humanissimi, atque amicissimi venia, cum nonnullis aliis veterum scriptis in Vaticanæ bibliothecæ ornamentum transcribi curavi, operam, favoremque suum humanissime præstante Domno Augustino Collicello a Neapoli, tunc temporis bibliothecæ illius præfecto. Non possum tamen hic silentio præterire quantum diligentissimi alterius bibliothecarii Erasmi Gattolæ a Cajeta humanitati debeam, qui nunquam meis votis defuit, plurimosque in meorum studiorum profectum labores ultro subivit, præsertim in emaculanda hac disputatione Archelai, cujus apographi plurima loca mendis incubantia, cum archetypo codice contulit. Sed ut ad Archelaum redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichæos opere, ad nefariæ eorundem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed et Photii patriarchæ CP. libros iv. adversus Manichæos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita, magnique facienda veterum auctorum scripta appendicis loco subjungere decreveram: sed doctissimorum virorum consilio factum est, ut in antecessum acta ista in primo collectionis nostræ tomo ederentur. Habes itaque, erudite lector, integram Archelai cum Manete disputationem bona fide ex apographo Casinensis codicis, quod in Vaticana bibliotheca servatur, editam, brevibusque notis criticis illustratam, atque ubi per ingenium tuto licuit, emendatam; sunt enim in eo codice librarii sphalmata plurima, quæ sine alterius codicis ope emendare periculosum conatum esse, probe sciunt, qui in vetustis scriptis edendis occupantur. Sed fortasse hoc opus, Deo dante, correctius recudere fas erit cum aliis veterum Scriptorum adversus Manichæos lucubrationibus ad calcem nostræ Manichæorum historiæ, si aliquod aliud exemplar inter lustrandum bibliothecarum nostrarum loculos occurrat, aut in aliis Europæ bibliothecis repertum, mihi communicare, eruditos viros non pigeat.

Cæterum magnum ex Archelai nostri verbis catholicæ fidei præsidium, atque ornamentum accedit. Nam dum Manetis hæ-

resim validissimis argumentis oppugnat, ejusque originem, atque incrementa consectatur, non modo eam funditus subvertit, et quam impios habuerit auctores, ostendit; sed et pleraque catholicorum dogmata illustrat, atque confirmat. Elegans est inter alia locus de instituta ab Apostolis, quam usque nunc servamus, ecclesiæ hierarchia, hisce verbis in cap. li. conceptus, *Sed et optimos architectos ei fundamentum nostrum, id est, ecclesiæ, Paulus posuit, et legem tradidit, ordinatis ministris, et presbyteris, et episcopis, in ea describens per loca singula, quo modo, et qualiter oporteat ministros Dei, quales, et qualiter fieri presbyteros, qualesque esse debeant, qui episcopatum desiderant, quæ omnia bene nobis, et recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina.* Palmaria quoque sunt in hisce actis loca, in quibus humani arbitrii libertas adversus recentiores hæreticos adstruitur, ut videre est cap. xv. et xix. Pulcherrima sunt, maximeque notanda verba illa cap. xxxii. ubi sic ait: *Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare &c. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, et in perversum declinaverint, sine dubio legem Judicii ferent.* Romanarum quoque antiquitatum studiosi plura in hoc opere invenient scitu haud indigna, quorum pleraque superius commemoravimus, ubi de ejusdem sinceritate tractavimus. Denique hinc etiam discere possumus quousque Romani Imperii limites Parthorum, seu Persarum ditionem versus, tunc temporis protenderentur, aliaque nonnulla de locis in eorundem collimitio sitis, deque Romanorum militum numero, qui apud Carras castra servabant; de his enim rebus sparsim agitur in primis quinque capitibus hujus operis, ac præterea in ejusdem cap. lii. liv. et lv. Plura eruditi inter legendum observabunt, nos enim alio properamus.

Deinceps hæc præfatus est ANDREAS GALLANDIUS, hujus Disputationis post Zacagnium Fabricium Mansiumque editor, in Prolegomenis tomi tertii *Bibliothecæ* suæ *Patrum*, cap. xvii. p. xlv.

' Ne muneri nostro deesse omnino videamur, iis quæ Zacagnius huc usque satis diligenter edisseruit, addere nonnulla opportunum existimamus. Et primum quidem ad sedem Archelai episcopalem quod attinet, in aliam a Zacagnii sententia cum Lequienio V. C. abire libet (*Lequien.* Or. Chr. tom. ii. pagg. 1002. et 1163.). Cascharorum enim, non Charrarum, ecclesiæ præfuisse Archelaum, non solum docent Acta disputationis quam sanctus ille præsul habuit cum Manete (*Archel.* Act. cap. 1.);

sed testantur etiam Epiphanius (*Epiph.* Hær. lxvi. num. 5. et 7.), Socrates (*Socrat.* Hist. Eccl. lib. i. cap. 22.) et Photius (*Phot.* lib. i. adv. Manich.) : ut propterea jure arguat doctissimus Assemanus (*Asseman.* Bibl. Orient. tom. i. pag. 555.) statuendum, in unico Actorum loco (*Archel.* Act. cap. iii.) librariorum potius errore *Charram* scriptum fuisse, quam existimandum mendosam esse lectionem *Caschar* initio eorumdem Actorum, et apud modo laudatos præstantes auctores, Epiphanium, Socratem et Photium. Atque hæc plane diversa est a Charris sive Haran, provinciæ Osrhoenes civitate altera haud procul ab Euphrate posita : nec longe abest Babylone et Seleucia, non Amidensi metropolitæ subjecta, sed proxime Seleuciensi catholico, ut constat ex pontificali Chaldæorum apud Morinum (*Morin.* de Sacr. Ordin.) et Assemanum (*Assem.* l. c.) ; ubi jubetur, *ut statim ab obitu catholici, mittatur ad episcopum Caschar, si in vivis est, ut pote principem primariumve præsulem patriarchalis provinciæ, qui dexteram patriarchæ tenet, custosque illius sedis est post ejus obitum.* Quod nimirum accipiendum, ex quo Caschar sub Sapore rege in Persarum potestatem venit. Probo enim imperante Romanæ ditionis erat, quo tempore Manes e Persidis finibus fugiens, in Cascharorum pago quem Diodoridem appellabant (*Archel.* Act. cap. xxxix.), congressum illum de religione habuit cum Archelao. Hæc ferme Lequienius.

Porro eamdem sententiam de Cascharensi Archelai sede pluribus nuper comprobavit V. C. Augustinus Antonius Georgius Eremita Augustinianus in præstanti opere quod *Alphabetum Tibetanum* inscripsit; ubi etiam, quod rei caput est, Actorum ejusdem Archelai sinceritatem adversus Beausobrium luculenter evicit, suam his verbis disputationem concludens (*Georg.* Alphab. Tibet. pag. 363. edit. Rom. 1762. 4.) : *Teneamus* CASCHAR *in Mesopotamia Kathajæ : et ecce vinculum, dum datæ fidei memor esse velit Beausobrius, quo arcte constringitur ad Acta sancti episcopi Archelai tamquam pretiosa Christianæ antiquitatis monumenta amplectenda; quæ tamen paullo ante lacerabat.* Nimirum ad ea respicit auctor, quæ habet Beausobrius in hæc verba (*Beausobr.* Hist. de Manich. et du Manich. tom. i. pagg. 191, 192.) : " J'ai " bien prouvé que la dispute n'a point été en Mésopotamie. " Mais si nous la plaçons dans le Turquestan, elle pourra se " soutenir. C'est là que l'hérésiarque se retire, selon les Orien- " taux ; c'est là qu'il y a une Cascar qui n'est point soumise aux " Perses, et où il pourra plaider sa cause en toute sureté. C'est là " qu'il y a des Chrétiens, des Evêques, qui ne peuvent manquer " de s'élever contre un hérétique, qui détruit les principaux ar- " ticles de la foi Chrétienne ..... Je n'y avois pas pensé. Il " faut rétablir cette dispute, que j'ai tant attaquée. Il n'y a " qu'à la bien placer ..... Donnons au lecteur l'édification de " voir, qu'une Histoire si ancienne est véritable dans le fond."

Ceterum eo ipso anno quo prodit Alphabetum Tibetanum, vir alter eruditissimus eorumdem Actorum integritatem contra præfatum Beausobrium strenue propugnasse comperitur (*Travasa*, Stor. crit. delle Vite degli Eres. tom. v. pag. 215. et seqq.).

Illud præterea cum viro docto animadvertere interest, §. iii. illius fragmenti Actorum disputationis Archelai, quod ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi vi. desumtum iisdem Actis subjicitur, Hierosolymitano potius episcopo quam Cascharensi esse fortasse tribuendum. Sic enim ille (*Toutée* opp. S. Cyrilli Hieros. p. 105. n. (c)): "Tametsi hæc, inquit, ab initio paragraphi iii. usque ad finem, Archelai verbis Cyrillus dicere videatur; quum ibi subjiciat, *Hujusmodi aliisque pluribus dictis evertebatur draco: talibus Archelaus Manem conflictationibus prosternebat*; unde Zacagnius hæc omnia ad calcem disputationis Archelai tamquam partem ejus veram appinxit: nihilominus in hoc loco Archelai verba desinere, et cetera, ab his verbis, *Si autem* &c. usque ad finem, a Cyrillo parenthesis vice, Archelai rationibus adjecta censemus. Saltem dubitari non potest quin verba ταῦτα τὰ μυστήρια inferius posita, Cyrilli sint non Archelai, duabus rationibus quæ omne punctum adferunt. I. enim ait, mysteria quæ nunc audienti e Catechumenorum sorte egresso exponit, licitum non esse Gentilibus aperire; atque in his mysteriis nominat sanctissimæ Trinitatis doctrinam. Atque ut hæc apprime conveniunt Cyrilli auditoribus, e Catechumenorum statu in fidelium nomen ac gradum translatis, *Catech.* v. §. 1. quibus mysterium Trinitatis *Catech.* iv. planissime aperuerat; ita non conveniunt Maneti, qui Cyrillo teste *Catech.* vi. §. 21. neque Christianus umquam, neque ab ecclesia rejectus fuerat, nedum Catechumenus aut Catechumenorum gradum supergressus, atque ita ecclesiæ filius factus esset, *Procatech.* §. xiii. Nam Catechumenos re vera ab ecclesia rejici probat Lucifer, qui in libro *De non conveniendo* &c. Constantium imperatorem vocat *hominem excisum e corpore sanctæ ecclesiæ.*

Ait. II. quæ nunc mysteria sine involucris exponit, nefas esse coram gentilibus proloqui. Atque in Gentilium auditorio loquebatur Archelaus, ut ex §. i. fragmenti Cyrilliani colligitur. Illi igitur affingetur contradicens oratio, qua neget se coram ethnicis loqui, quos tamen disceptationis judices habeat; affirmetque se ea mysteria explicare, de quibus quæstio nulla erat. Quum itaque verba, ταῦτα τὰ μυστήρια, certissime sint Cyrilli, eaque cum superioribus necessaria connexione devinciantur; necessario parenthesis initium in hoc loco collocavimus. Nec morari nos debet parenthesis longitudo: nam digressiones et parentheses longiores Cyrillo non inusitatæ. Vid. *Catech.* xvi. §. 14. *Hom. in Paral.* §. viii. usque ad xi. Præterea hæ unius Scripturæ loci secundum diversas sententias explicationes, ejus sunt ingenii, ut videre est *Catech.* xvii. §§. 9. et 10. *Catech.* xiii. §. 21.

cet. Demum quam postremo loco tradit hujus loci interpretationem, nempe infirmos oculos veritatum, quas capere non possunt, fulgore obtundi, continetur in ea ratione quam reddidit *Procatech.* §. xii. cur Catechumenis mysteria celentur; quia videlicet noceret ipsis rerum quas nondum capere possunt, cognitio." Hactenus vir ille doctus.

Restituimus varias in primis lectiones, quas ad capita li—lv. Disputationis Archelai cum Manete, ex Regio-Alexandrino codice descriptas ad suæ editionis calcem rejecit Zacagnius, hac præfatiuncula usus (Collect. Monument. vet. pag. 709.): " Quum post editam, inquit, Archelai disputationem inter Re- " gio-Alexandrinos Vaticanæ bibliothecæ codices reperissem " apographum cujusdam vetusti codicis, qui olim ad monaste- " rium sancti Salvii, Ambianensis fortasse episcopi et martyris, " pertinuit; et in eo codice una cum sancti Augustini Commo- " nitorio adversus Manichæos inter ejusdem epistolas edito, ha- " berentur excerpta quædam ex Actis disputationis Archelai a " cap. li. usque ad cap. lv. operæ pretium censui varias ex eo- " dem apographo lectiones edere, quum ipsorum ope quædam " Archelai loco restituantur." Hæc ille. Ejusmodi autem varias lectiones, haud sane contemnendas, aliud agens præteriit Fabricius, vir cetera diligens, in suo *Spicilegio sanctorum Patrum sæculi* III. operum Hippolyteorum adnexo: at illas scite intexuit reliquis editoris notis doctissimus auctor Supplementi ad Concilia Veneto-Labbeana (*Mansi* Supplem. ad Concil. tom. i. pagg. 113. seq.). (*Var. Lectt. circiter* 50. *tantum.*) Præterea fragmentum Disputationis Archelai ex Cyrilli Hierosolymitani Catechesi vi. desumtum atque iisdem Actis sub finem adjectum, contulimus cum novissima editione Parisiensi BB. Cyrilliana, versionemque recensuimus, et cl. editoris notas subjecimus.

Hæc GALLANDIUS. Cum vero Fabricius in *Bibliothecæ Græcæ*, vol. vii. pag. 276. ed. novæ, scripsisset, colligere Zacagnium, in epitomen redegisse Archelai Acta Hegemonium, atque illius modo Epitomes latinam veterem versionem ad nos pervenisse, exinde quod in hac non leguntur, quæ ex Archelai disceptatione cum Manete profert Cyrillus Hieros. et quod duobus locis auctor horum Actorum ab Archelao se distinguit ac diversum innuit; ea quæ sequuntur, cel. Keilius notavit ad Fabricianum opus. " His ipsis," inquit, " aliisque pluribus de causis omnem " Actorum fidem atque auctoritatem infringere studuit Beausobr. " *Histoir. de Manich.* lib. I. cap. xii. et xiii. p. 129. sq. et *Bibl.* " *Germ.* t. xlii. p. 34. sq. qui narrationem istam fabulam esse " judicat, quarto sec. a Græculo quodam ex veris partim fictisque " rumoribus, partim ex ingenio etiam contextam; cujus senten- " tiæ ut fautores nactus est Lardner. qui (*De Fide Hist. Evang.*

" p. 375. sq. ed. Germ.) novis adeo eam argumentis confirmare " studuit, Baumgartenium in *Nachr. von merkw. Buch.* vol. ii. " p. 444. atque Semlerum in *Introduct. ad Polem. Baumgart.* t. i. " p. 270. aliosque plures, ita adversarios etiam habuit Aug. " Ant. Georgium in *Alphab. Tibet.* pag. 342. sq. et in *Præf.* " part. I. præmissa pag. xli. atque Travasam in *Stor. Crit. delle* " *Vite degli Eres.* t. v. p. 215. sq. Mediam vero inter utrosque " viam, quam Moshemius ex parte jam præiverat in *Comment.* " *de rebus Christ. ante Constant. M.* pag. 729. ingressus est Chr. " Guil. Franc. Walchius in *Histor. der. Kezcrey,* vol. i. pag. 718. " sq. dum disputationem quidem aliquam ab Archelao cum Ma- " nete habitam fuisse, hæc vero acta pro genuinis disputationis " illius actis minime habenda esse defendit." Hæc Keilius, qui ad pag. quoque 324. ejusd. *Biblioth. Fabric.* addidit, Beausobrii sententiam de horum Actorum πολεμία multis refellere studuisse Petr. Thom. Cacciari in *Exercitationibus in univ. S. Leonis M. Opera, de hær. Manich.* lib. I. cap. xiii. pag. 90. sq. quem librum dolere se ait Keilius serius demum ad manus suas pervenisse, quam ut eo in superioribus uti potuisset. Ipsa vero Moshemii verba, ad quæ digitum intendit vir doctissimus, huc afferre mihi visum est. " —— Satis quidem Beausobrius luculenter ostendit, esse quæ- " dam in his Actis, de quorum veritate jure optimo dubites : at " non, opinor, testatum fecit, numquam ejusmodi Archelai et " Manetis disputationem contigisse. Certe hoc neque ex erro- " ribus nonnullis Historicis, quos scriptor sive admisit, sive ad- " misisse videtur, neque ex veterum et recentiorum quorumdam " de his Actis silentio firmiter effici potest. Majora vero non " habet vir doctissimus argumenta, qui excellenti quidem inge- " nio præditus, verum justo proclivior erat ad veterum scripto- " rum Christianorum fidem infirmandam, et conjecturis suis ni- " mis sæpe fidebat. Quidquid id est, magnæ tamen antiquitatis " commendationem hæc *Acta* habent, et quod nec ipse adversa- " rius eorum diffiteri velit, multa continent, aut valde probabi- " lia, aut vero consentientia." Hucusque Moshemius. Hæc aut talia interea Assemanus *Biblioth. Orient.* tom. i. p. 556. " Pho- " tius Cod. 85. testatur Hegemonium quendam Disputationem " Archelai adversus Manetem perscripsisse. Quibus verbis hoc " tantum significatur, Archelaum Disputationem fecisse, et He- " gemonium literis consignasse." Sed hunc Hegemonium autumaverat demum Cavius Archelai Syro sermone sua componentis Græcum interpretem fuisse. Caschar denique, quæ urbs Mesopotamiæ censetur, in finibus Babyloniæ sita, Archelai sedem fuisse, reperias non tantum apud Assemanum Zacagnio et Cavio de hac re contradicentem, sed et apud Mamachium *Orig. et Antiquit. Christianis,* tom. ii. lib. ii. cap. 4. p. 95. et Paulinum a S. Bartholomæo *India Orientali* pag. 4—10.

TESTIMONIA VETERUM

DE HAC ARCHELAI DISPUTATIONE,

A ZACAGNIO COLLECTA.

SANCTUS Cyrillus Hierosolymitanus in Catechesi vi. p. 145. ex edit. Prevotii Græco-Latina, (p. 104. ed. Touttei,) Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ὅπλον δικαιοσύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος, καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον ἑλληνικὸν συσησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι, Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος &c. *Fugit e carcere* (Manes) *et in Mesopotamiam venit; verum obstitit ei armis justitiæ Archelaus episcopus, et sub philosophis eum Judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne si Christiani Judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus,* &c. ut infra p. 102. hujus tomi, quibus absolutis, statim subdit, Τοιούτοις καὶ ἄλλοις πλείοσιν ἀνετρέπετο ὁ δράκων, τοιαύταις συμπλοκαῖς καὶ πάλαισε τὸν Μάνην ὁ Ἀρχέλαος. φεύγει πάλιν, κἀντεῦθεν, ὁ ἐκ τῆς φυλακῆς φυγών· καὶ τὸν ἀνταγωνιστὴν διαδράσας, ἔρχεται ἐπὶ κώμην εὐτελεστάτην, κατὰ τὸν ὄφιν, τὸν ἐν παραδείσῳ καταλιπόντα τὸν Ἀδὰμ, καὶ τῇ Εὔᾳ προσελθόντα· ἀλλ' ὁ καλὸς ποιμὴν Ἀρχέλαος, τῶν προβάτων προνοῶν, ἀκούσας τὴν φυγὴν, εὐθέως δρομαῖος ἐπὶ τὴν τοῦ λύκου ἐπέγετο ζήτησιν. Μάνης δὲ ἰδὼν ἐξαίφνης τὸν ἀντίδικον, ἐξεπήδησε, καὶ ἔφυγεν. *Talibus aliisque pluribus sermonibus evertebatur draco, talibus Archelaus conflictionibus Manem prostravit. Iterum idem fugit et hinc, qui de carcere aufugerat; et elapsus adversario, venit ad vilissimum quendam pagum, ad instar serpentis, qui relicto Adam in paradiso, ad Evam accessit. Sed bonus pastor Archelaus, ovium saluti providens, audita fuga, cursu citato, ad lupum requirendum festinat. Manes autem statim atque adversarium conspexit, exiliit inde, atque aufugit.*

S. Epiphanius in hæresi lxvi. num 7. post allatam Manetis ad Marcellum epistolam, hæc habet, Συμβέβηκε γὰρ Ἀρχέλαον τὸν τῆς πολέως ἐπίσκοπον οἰκαδε ἅμα αὐτῷ συνεῖναι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Μανιχαίε μετὰ χεῖρας εἴληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος. ὁ δὲ Ἀρχέλαος γνοὺς τὴν αἰτίαν, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀναγνοὺς, ἔδρυχε τοὺς ὀδόντας, ὥσπερ λέων ὠρυόμενος, καὶ ζῆλον Θεοῦ ἀναλαβών, ἐπειρᾶτο ὁρμῆσαι μᾶλλον ἕως αὐτοῦ, καὶ χειρώσασθαι τὸν τοιοῦτον, ὡς ἐπίλυτον ἐκ βαρβάρων, ὅθεν κἀ ὡρμᾶτο, πρὸς ἀφανισμὸν τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων ἐπαναστάντα. *Ac tum forte contigit, ut eodem die, quo illam a Manicheo epistolam Dei*

servus accepit, Archelaus urbis episcopus una cum illo domi esset. Qui re omni perspecta, dentibus fremens, rugientis leonis instar, ac divino quodam ardore percitus, ad Manichæum potius proficisci cupiebat, hominemque e Barbaris, unde is ortus erat, advenientem, et ad humani generis perniciem insurgentem capere. Et paulo post num. viii. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος Ἀρχέλαος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ μετὰ τὸν λόγον, καὶ τὸ ζηλωτικὸν τῆς πίστεως, ἐβουλεύετο, εἰ ἦν δυνατὸν, ἐξ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὥσπερ πάρδαλιν, ἢ λύκον, ἤ τι ἕτερον τῶν θηρίων ἀγρεύσας, θανάτῳ παραδοῦναι, ἵνα μὴ λυμανθῇ τὰ θρέμματα τοιούτου θηρὸς, ἐφ' ὁδοῦ τὴν εἴσοδον κατανοῶν. *At Archelaus episcopus præter doctrinam, fidei insuper ardore præditus, author erat, ut, si fieri posset, homo ille, pardi instar, ac lupi, vel cujusvis alterius bestiæ, interceptus, morti traderetur, ne ejusmodi feræ incursione pecora læderentur, cum illius ingressum cognosceret.* Et infra post enumeratos a Turbone Manetis errores num. x. Ὡς δὲ ταῦτα ἦν οὕτως, ἡ ἐν καταλήψει γεγένηται ὑπὸ τοῦ Ἀρχέλαου εἰς τὴν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος, ἑτοιμότατος, ὑπάρχων διὰ τὴν πρὸς Θεὸν πολυποίκιλον γνῶσιν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ δι' ἣν προεντεθείκειτο παρὰ τοῦ Τύρβωνος ἀκριβῶς μεμαθηκὼς τῆς περὶ τὸν ἄνδρα γοητείας τὰ πάντα, ἰδὲ ὁ Μάνης παρεγένετο μεθ' ὧν εἶχε μεθ' ἑαυτῶ ἀνδρῶν. ἐξ αὐτῆς οὖν, ἡ εὐθὺς παρέρχονται εἰς συζήτησιν δημοσίᾳ, ἐν αὐτῇ τῇ Καχάρῃ, πρότερον εἰς τὴν αὐτῶν ἀντιβολὴν τοῦ ζητήματος αἱρησάμενοι ὁμοῦ κριτὰς Μάρσιπόν τινα ὀνόματι, καὶ Κλαύδιον, ἡ Αἰγιαλέα, ἡ Κλεόβουλον, τὸν μὲν τῶν ἐκτὸς λόγων φιλόσοφον, τὸν δὲ ἰατροσοφιστὴν, τὸν δὲ φύσει γραμματικὸν, καὶ τὸν ἄλλον σοφιστήν· ἡ πολλῶν ῥημάτων εἰρημένων ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τοῦ τε Μάνη τὰ τῆς μυθώδους διδασκαλίας προβαλλομένου, καὶ τοῦ Ἀρχελάου, ὥσπερ ἀριστεύοντος ὁπλίτου, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτῶ δυνάμει καθαιροῦντος τὰ βέλη τῶν διεναντίας, τὸ πέρας τὸ ἧττον ἀπενεγκαμένου τοῦ Μάνη, καὶ κρινάντων τῶν κριτῶν, τὸ βραβεῖον εἶναι τῇ ἀληθείᾳ. *Hæc igitur cum ita se haberent, et Archelaus penitus omnia cognosset, ut de quæstione illa disputare posset; cumque ad id esset instructissimus, partim quod a multiplici divinarum rerum scientia paratissimus erat, partim quod a Tyrbone perdoctus ante fuerat, et omnes nefarii hominis præstigias accurate didicerat; ecce tibi cum suorum comitatu Manes accessit. Quare subinde, nulla interjecta mora, publicam collationem instituunt in oppido ipso Caschara, ut ante omnia controversiam illam agitarent. Ad id vero concertationis arbitros deligunt, Marsipum quendam, et Claudium, et Ægialeum, et Cleobulum, quorum primus ethnicæ sapientiæ, secundus medicinæ professor, tertius grammaticus, postremus erat sophista. Multa in ea disputatione ultro citroque jactata sunt; cum hinc Manes fabu-*

las suas proponeret, inde Archelaus, velut egregius miles, adversarii tela vi sua, ac virtute discuteret. Postremo victus est Manes, ac de Judicum sententia veritati victoria cessit. Et post pauca num. xi. Ἐντεῦθεν ὁ Μάνης ἀποδράσας &c. ἀναχωρήσας δὲ ἔρχεται εἰς κώμην τινα τῆς Καρχάρων εἰς Διοδωρίδα καλουμένην, ἐν ᾗ Τρύφων τις ἐπισκέψατος κατ' ἐκεῖνο καιρὸ ἐτύγχανε τῶν αὐτόθι πρεσβύτερος· παρ' ᾧ ὁ Μάνης γενόμενος, πάλιν ἐκύκα καυχώμενος, καὶ λαβὼν τὸν ἄνδρα ἀγαθὸν μὲν τὰ ἄλλα, καὶ θαυμαστὸν τῇ θεοσεβείᾳ, πενιχρὸν δὲ τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις, ὡς ὑπέλαβεν, οὐκ ἴσχυσεν ἐπιτωθάζειν τῷ τοῦ Χριστοῦ δόλῳ. *Secundum hæc Manes fuga sibi consuluit* &c. *Inde igitur discedens Diodoridem (pagus is est in Carcharis) sese contulit: ubi Tryphon quidam erat vir optimus, ac tum loci illius presbyter. Ad hunc Manes divertens, rursum miscere omnia, ac se arroganter efferre, nactus hominem alioqui bonum, et excellenti pietate præditum, sed orationis præsidio destitutum. Verum ne sic quidem, uti speraverat, illudere Christi servo potuit.* Et post pauca: Ἐντεῦθεν πάλιν βουληθέντος διαλέξασθαι πρὸς Τρύφωνα τὸν πρεσβύτερον, καὶ αὐτῷ ἐν πολλοῖς ἀντιπόντος, γράψαντός τε τῷ Ἀρχελάῳ &c. *Sed cum Manes iterum cum Tryphone presbytero congredi vellet, qui sibi in plerisque contradixerat, ille rem omnem per literas Archelao significat.* Et post pauca: Ὁ δὲ ἀπέστειλεν αὐτῷ δύο λόγους ἐν προχείρῳ καταλαβέσθαι τῷ Μάνῃ, ἐκδέξασθαι δὲ τὴν αὐτοῦ παρουσίαν αὐτῷ ἐσήμανεν· ὁ Μάνης δὲ ἐν τῇ μέσῃ κώμῃ προῆλθεν ὀρθριαίτερον, προσκαλούμενος ἐν τῷ συνάρξασθαι, προκαλεῖσθαι τὸν Τρύφωνα εἰς λόγους ἥκειν. καὶ τοῦ Τρύφωνος ἐνδαλλομένου, ἀποκριθέντος δὲ αὐτῷ πρὸς ἕπος ὧν ᾔτησε κατὰ τὴν ἐκ Θεοῦ δοθεῖσαν αὐτῷ σύνεσιν, καὶ προβήσαντος τὸν ἀπατεῶνα, ἠρέμα πως· ἐν ᾧ ἑαυτῷ ἐνεδολαίζεν, ἀνακύπτει ὁ Ἀρχέλαος ὥσπερ ἰσχυρὸς οἰκοδεσπότης τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενος, καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐπελθὼν τῷ συλᾶν ἐπιχειροῦντι ἐνεβριμεῖτο. εὐθὺς δὲ ὡς εἶδεν ὁ Μάνης τὸν Ἀρχέλαον, ὑποχορισικῶς καθ' ὑπόκρισιν ἔφη· ἔα με πρὸς Τρύφωνα διαλέγεσθαι· ὑπερβαίνει γάρ με τὸ σὸν ἀξίωμα διὰ τὸν ἐπίσκοπον. ὁ δὲ καὶ μετὰ ἐλέγχους τοῦ λόγου μείζονα αὐτὸν ὑποκριτὴν ἀποδείξας, ἀπεφίμωσεν. τῶν δὲ ὑπ' ἐκείνου προτεθέντων λόγων τὰς ἐπιλύσεις ποιησάμενος, αὖθις εἰς αἰχύνην αὐτὸν κατέστησε, μηκέτι δυνάμενον διαίρειν στόμα. οἱ δὲ λαοὶ ζῆλον πάλιν ἀναιληφότες, ἐπειρῶντο τὸν ἀλιτήριον διαχωρίσασθαι. ὁ δὲ ἀποδρὰς τοὺς δήμους, καὶ εἰς τὸν προαρημένον κάστελλον Ἀραβίωνος πάλιν ἀφῖκται. *Archelaus his acceptis literis, duos ad eum libros mittit, quos in promptu, facilique comprehenderet, contra Manem conscriptos. Cæterum ut adventum suum præstolaretur admonuit. Interim Manes medium in pagum summo diluculo prodiens, Tryphonem ad disputandum provocat. Qui cum se stitisset, et ad omnia, quæ quæsierat,*

singillatim pro ea, quam a Deo acceperat, sapientia respondisset, atque impostorem lenius agitaret, apud se nonnihil hæsitans; repente Archelaus nec opinato conspectus est, qui tanquam acerrimus paterfamilias, suorumque studiosissimus, audacter in prædonem fremens incurrit. Quem ut Manes aspexit, simulata blanditia; sine me, inquit, cum Tryphone contendere; tu enim me, cum sis episcopus, dignitate superas. Archelaus vero, ex eo, quod jam illius dogma confutatum erat, multo, quam verbis exprimi posset, simulandi callidiorem esse docuit, osque illi prorsus occlusit. Tum quæ ab illo proposita fuerant dissolvens, novum ei pudorem incussit, cum ne hiscere quidem amplius auderet. Sub hæc populus, ardentibus rursum animis, scelestum illum opprimere conatus est. Quorum ille manus effugiens ad castellum Arabionis reversus est.

Notandum tamen est, Epiphanium perperam Tryphonem vocare presbyterum illum, qui cum Manete disputavit; nam in Actis disputationis Archelai, a nobis primum editis, Diodorus diserte appellatur.

Idem Epiph. num. xxi. Ἤδη δὲ ἀνδράσι μεγάλοις θαυμαστῶς κατ' αὐτῆ ἀντιῤῥήσεις τοῦ ἐλέγχου πεποίηνται· Ἀρχελάῳ μὲν τῷ ἐπισκόπῳ, ὡς προείρηται. *Jam a magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt editæ, velut ab Archelao episcopo, ut antea dictum est.* Et num. xxv. Κατὰ λέξιν δὲ καθεξῆς ὑποτάξω ἁρμοτλόντως τὸ αὐτῆ φρόνημα ἀπὸ τῶν Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν πεπραγματευμένων ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίᾳ, ὡς αὐτὸς ἀπεκάλυψε Τύρβωνι, εἷς τῶν αὐτῆ μαθητῶν, περὶ ἃ ἄνω ἐπεμνήσθην. ἐπερωτησάντων τοίνυν τῶν περὶ Ἀρχέλαον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Μάρκελλον, Τύρβωνα περὶ τῆς τοῦ Μάνη διδασκαλίας, ὁ Τύρβων ἀπεκρίνατο λέγων, ἅτινα ἐκ τοῦ βιβλίου παρεθέμην, καὶ ἔστιν τάδε. *Sed nunc illius dogma ad verbum, uti consentaneum est, adscribam, ex Archelai opere, quod adversus eundem illum edidit, ex iis quæ a Tyrbone discipulo illius acceperat, de quo mentionem ante fecimus. Nam cum Archelaus episcopus, et Marcellus de Manis dogmatibus Tyrbonem interrogassent, hæc ille ipsa respondit, quæ nos ex eo libro descripsimus, suntque ejusmodi.* Sequuntur excerpta ex actis disputationis Archelai cum Manete, quæ græce, et latine habentur in editione nostra cap. vii.

Idem Auctor in libro de Mensuris et Ponderibus num. xx. iterum meminit Archelai, ejusque disputationis cum Manete.

Sanctus Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. lxxii. *Archelaus episcopus Mesopotamiæ librum disputationis suæ, quam habuit adversus Manichæum, exeuntem de*

Perside, Syro sermone composuit; qui translatus in græcum, habetur a multis. Claruit sub Imperatore Probo, qui Aureliano, et Tacito successerat.

Heraclianus Chalcedonensis episcopus in libris adversus Manichæos, apud Photium in bibliotheca codice xcv. (lxxxv.) Ἀνατρέπει δὲ τὸ παρὰ Μανιχαίοις καλούμενον εὐαγγέλιον, καὶ τὴν γιγάντειον βίβλον, καὶ τοὺς θησαυρούς. Καταλέγει δὲ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμόνιόν τε τὸν τὰς Ἀρχελάου πρὸς αὐτὸν ἀντιλογίας ἀναγράψαντα· καὶ Τίτον &c. *Evertit vero id, quod Manichæi appellant evangelium, et Giganteum librum, atque Thesauros. Recenset insuper eos, qui ante se in Manichæorum impietatem calamum strinxerunt, Hegemonium nimirum, qui disputationem Archelai adversus ipsum Manetem perscripsit; et Titum* &c.

Socrates lib. i. Hist. Eccles. cap. 22. post absolutam Manetis historiam, sic inquit, Ταῦτα δὲ ἡμεῖς οὐ πλάσαντες λέγομεν· ἀλλὰ διαλόγου Ἀρχελάου τοῦ ἐπισκόπου Καχάρων, μιᾶς τῶν ἐν Μεσοποταμίᾳ πόλεων, ἐντυχόντες συνηγάγομεν. αὐτὸς γὰρ Ἀρχέλαος διαλεχθῆναι αὐτῷ φησὶ καὶ τὰ προγεγραμμένα εἰς τὸν βίον αὐτοῦ ἐκτίθεται. *Atque hæc nos haudquaquam commenti sumus; sed ex disputatione quadam Archelai Cascharorum urbis in Mesopotamia episcopi, a nobis lecta, excerpsimus. Hic enim Archelaus ait, se cum Manichæo ipso disputasse, et ea, quæ superius a nobis relata sunt de illius vita commemorat.*

Petrus Siculus in Historia Manichæorum pag. 25. 35. et 37. ea cuncta ad verbum refert, quæ supra ex Cyrillo Hierosolymitano, S. Epiphanio de Mensuris et Ponderibus, et ex Socratis Historia Ecclesiastica, de Archelao, ejusque cum Manete disputatione modo retulimus.

Photius patriarcha Constantinopolitanus [qui extat editus, ut monuit Gallandius, in Biblioth. Coislin. Montfauc. p. 356.] in libro i. adversus Manichæos suis temporibus repullulantes, hæc habet, Φυγὰς (ὁ Μάνης) καταλαμβάνει τὴν Μεσοποταμίαν, κἀν σπείρειν πάλιν ἀπάρχεται τὰ τῆς ἀποστασίας ζιζάνια. ὁ δὲ τῶν Χαρχάρων ἐπίσκοπος, Ἀρχέλαος αὐτῷ ὄνομα, ἀνὴρ ἱερὸς, καὶ περὶ λόγους τούς τε θείους, καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους περιδέξιος, ἑλληνικὸν ἀθροισάμενος ἀκροατήριον, ἵνα μὴ δόξῃ, Χριστιανῶν κρατούντων, φιλοτιμίᾳ λαμβάνειν τὰ νικητήρια ἡ ἀλήθεια, πρὸς τὸν τῆς μανίας ἐπώνυμον, τὸν τῆς εὐσεβείας ἀνακινήσας λόγον, οὕτω κατήχυνε, καὶ διήλεγξε τὸν τρισαλιτήριον, ὡς αὐτίκα καταφυγεῖν ἐκεῖθεν, καὶ μηδὲ φυὴν λαβεῖν τὰ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ σπέρματα· ἀλλ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς, καταλαμβάνει κώμην τινὰ τῶν εὐτελεστάτων, κἀκεῖ πάλιν ὑποθάλπειν ἐμηχανᾶτο, καὶ παραδεικνύειν τὸ οἰκεῖον

δυσσέβημα. ἀλλ' ὁ θερμὸς τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν Ἀρχέλαος, οὐ τὴν τυχοῦσαν τῶν προβάτων ποιέμενος πρόνοιαν, οὐκ ἐνερράθυμει διώκειν τὸν πικρότερον λύκιν τὸ ποίμνιον διασπαράσσειν ἐπανιςάμενον. *E carcere fugiens* (Manes) *Mesopotamiam venit, ibique hæreseos suæ zizaniam iterum spargere cœpit. At Carcharorum episcopus, cui nomen Archelaus, vir sacer, et multa in sermonibus de divinis, humanisque rebus dexteritate præditus, coacto ethnicorum auditorio, ne si Christiani judicassent, veritati victoriam, judicum favore, cessisse videretur, usque adeo miserrimum illum redarguit, tantoque pudore suffudit, ut statim fugam arripuerit, et ejus hæreseos semina, antequam nascerentur, oppressa fuerint. Porro inde fugiens Manes, ad vilissimum quendam oppidum pervenit, ibique rursus fovere, atque evulgare suam impietatem machinabatur; sed acerrimus pietatis propugnator, et revera pastor Archelaus, qui sedulam ovium curam gerebat, eundem lupo sæviorem in Christi gregem, ut eum disperderet, irruentem persequi nequaquam cessavit.* Et infra, Ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος, ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποςασίας ἔξαρχος, ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ, καὶ Γαλλιηνοῦ, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος, τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγὼν (ᾠδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν ἃ τῆς ἱςορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν) καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς, ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου, Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ Ἔφορος ἦν, πολλοὺς μὲν, καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπῃτήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς, εἰς Διοδωρίδα Καρχάρων κώμην παραδύεται. ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρὶ, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμὸν, ἐντυχὼν, τὰ ἴσα ὑπέςη· πολὺν ἀλλὰ καὶ αὐτός τε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκείσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν, ὀξὺς γὰρ ἦν, καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον, καταλαμβάνει τὸ χωρίον, καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχανίας, καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτῷ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε, καὶ ἀνεσκεύαζε, καὶ προὐτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι. *Hic itaque Manes tam impiæ hæreseos auctor nono anno Valeriani, et Galieni, qui Romanum obtinebant imperium, ex Persarum carceribus fugiens (nil enim vetat, quominus in narrationis serie superius prætermissa recenseamus) cum in Mesopotamiam venisset, ab admirabili viro Archelao (erat autem sacer iste vir Carcharorum ejusdem regionis urbis episcopus) ejus impietas egregie abundanterque confutata est. Inde ob ignominiam, quam ex necopinato passus est, fugiens, ad Diodoridem Carcharorum regionis oppidum clam accessit, ubi in Tryphonem* (male, vocabatur enim Diodorus) *quendam sacrum probatumque virum, et in presbyterii gradu*

positum incidens, non minorem ignominiam pertulit. Quin et ipse Archelaus Manetem illuc advenisse cognoscens, erat enim vir acer, et pietatis zelo succensus, ad idem oppidum accessit, et deceptorem illum ad consilii inopiam redactum, et confusione, quam maxime vitabat, perfusum, iterum iis rationibus, quibus exosa ejus dogmata subvertit, et cunctis deridenda, atque detestanda proposuit, fugam arripere coëgit.

[*Auctor Anonymus libelli Synodici* c. xxviii. *qui, sicut testis proxime post adductus, a* Fabricio *additus est.*

Σύνοδος θεῖα καὶ ἱερὰ μερικὴ συναθροισθεῖσα ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ ὑπὸ Ἀρχελάου ἐπισκόπου Καρχάρων καὶ Διοδώρου ἱερέως, κατὰ Μάνεντος τοῦ ἐρεβώδους καὶ Διοδωριάδου πρεσβυτέρου, ἥτις πολυτρόπως τούτους ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε. *Synodus divina et sacra particularis collecta in Mesopotamia ab Archelao Carcharorum episcopo et Diodoro sacerdote contra Manem infernalem et Diodoriadem presbyterum, quæ multis modis confutatos hosce abdicavit.*

Historia Hæreseos Manichæorum, e Codice Regio Taurinensi.

[a] *Scythianus* quidam fuit ex genere Saracenorum, a quo hæresis Manichæorum orta est, qui adversus veram rectamque fidem quatuor libros conscripsit, quorum unum vocavit *mysterium*, secundum *capitulorum*, tertium *evangelium*, quartum vero *Thesaurum* appellavit, et habuit discipulum nomine *Terebintus*, qui discipulus, mortuo *Scythiano*, [b] sumens memoratos quatuor libros, nec non et pecuniam non parvam, quoniam [c] fuit *Scythianus* valde ditissimus erat. Ergo, ut memorabimus, *Terebintus* devenit in Persida, et a quadam vidua solitaria susceptus est, quæ sola secreta ejus scire potuit. Hic elatione tumidus dicebat se de virgine natum, et ab Angelo in montibus enutritum, qui etiam, mutato sibi nomine, *Buddam* se pro *Terebinto* appellavit. Sed cum quadam die in solario ascenderet, ab immundo spiritu exinde dejectus, repente spiritum reddidit. Tum vidua, quæ eum susceperat, pro morte ejus pecuniæ cupiditate gavisa puerum sibi pro senectutis solatio [d] comparavit, nomine *Curbitius*, quem et litteris non mediocribus erudivit; post cujus mortem non solum libros, quos *Terebintus* reliquerat, sed et

[a] MS. *Scitianus* [b] *sumebat.* [c] hoc *fuit* delendum esse arbitror. [d] MS. *comparabit.*

pecuniam [e] *Curbicii* sumens, Trembi[f] discipulos adquisivit, quorum unus *Thomas*, alius *Abda*, tertius est *Hermas*. Hos ad prædicandum libros, quos *Scythianus* conscripserat, mittebat, [g] quibus plurimæ provinciæ in memorata secta irretitæ sunt. Tamen et ipse *Curbicius* post mortem viduæ, immutato sibi nomine *Manen* se pro [h] *Curbicio* nuncupavit, qui aliquando a rege Persarum comprehensus, tali sententia damnatus est, ut hircorum more discoriatus, uter ejus ad portam penderet, carnes vero ejus volucribus cœli ad escam proficerent. Hæc ita esse melius nosse cupientes Archelaum legant.]

Petrus Lambecius lib. iii. Bibliothecæ Cæsareæ codice XL. ait in eo codice contineri anonymi cujusdam auctoris epitomen expositionis variorum Sanctorum Patrum, aliorumque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum, in Evangelia secundum Matthæum, Lucam, et Joannem, et subdit, *Cæterum quod ad auctores antiquos in margine ibi annotatos, ex quorum operibus epitome ista collecta est, attinet, ii ordine alphabetico sunt hi, Apollinaris episcopus Laodicenus, S. Archelaus Cascharæ in Mesopotamia episcopus* &c. [Hoc Archelai Fragmentum ex eodem codice manuscripto addere jam licuit.]

Ex recentioribus de Archelao scribunt Ludovicus Ellies du Pin in nova Ecclesiasticorum Scriptorum Bibliotheca, et Gulielmus Cave in Ecclesiasticorum Scriptorum Historia literaria.

[e] [for. *Curbicius.*] [f] Videtur legendum *tres.* [g] MS. *per quibus.*
[h] MS. *Curbicium.*

ACTA
DISPUTATIONIS ARCHELAI EPISCOPI,
QUI FLORUIT CIRCITER AN. CHRISTI 278, ET MANETIS HÆRESIARCHÆ.

Vet. Versio Latina.

THESAURUS verus, sive disputatio habita in [a] Carchar civitate Mesopotamiæ, judicantibus [b] Manippo, et Ægialeo, et Claudio, et Cleobolo. In qua urbe Mesopotamiæ erat quidam vir, Marcellus nomine, qui vita, et studiis, et genere, prudentia quoque, et honestate valde clarus habebatur; facultatibus etiam copiosus, et quod omnium maximum est, religiosissime Deum timens, et his quæ de Christo dicebantur, semper cum timore auscultans, nec quicquam omnino boni erat, quod illi viro deesset; unde et honore plurimo ab universa civitate colebatur, plurimisque ipse civitatem suam frequenter largitionibus remunerabatur, pauperibus tribuens, afflictos relevans, tribulatis auxilium ferens. Sed ne infirmitate verborum virtutibus viri derogemus potius, quam digna proferamus, hæc dixisse sufficiat; ad opus quod propositum est, veniam. Quodam in tempore cum Archelao episcopo captivorum multitudo fuisset oblata a militibus, qui ibi castra servabant, septem millia numero, et septingenti, non mediocris eum sollicitudo constrinxerat, eo quod pro salute ipsorum aurum a militibus posceretur; qui cum dissimulare non posset, pro religione et timore Dei vehemen-

ZACAGNII NOTÆ.

[a] Hæc eadem urbs infra cap. 3. *Charra* vocatur, non *Carchar*, aut *Caschar*, ut Epiphanius habet. Quare disputatio ista habita fuisse videtur apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem. Vide plura in præfatione nostra, ubi de Archelao. [At vid. Gallandi, supra p. 130. et 131. vid. et p. 134.]

[b] *Μάρειππος* vocatur apud Epiphanium in Hæresi Manichæorum num. 10.

ter æstuabat, et tandem ad Marcellum properans, rei gestæ negotium exponit. Verum, ut hæc audivit vir piissimus Marcellus, nihil omnino moratus, ingreditur domum, præparans pretia captivorum, quantacunque poposcissent qui deduxerant vinctos, et continuo, reseratis bonorum suorum thesauris, pietatis pretia militibus, nec numero aliquo, nec discretione ulla [c] distinguit, ut magis dona, quam pretia viderentur. At illi admirati et amplexi tam immensam viri pietatem, munificentiamque, et facti stupore permoti, exemplo misericordiæ [d] commonentur, ut plurimi ex ipsis adderentur ad fidem Domini nostri Jesu Christi, [e] derelicto militiæ cingulo; alii vero, vix quarta pretiorum portione suscepta, ad propria castra discederent, cæteri autem parum omnino aliquid, quantum viatico sufficeret, accipientes abirent.

II. His itaque gestis lætus Marcellus erat valde, et accito uno ex captivis, Cortynio nomine, perquirebat ab eo causam belli, vel quo casu ipsi inferiores extiterint, ac vinculis captivitatis innexi sint. At ille, loquendi sibi potestate permissa, ita exorsus est. Nos, Domine mi Marcelle, viventi Deo credimus soli. Est autem nobis mos hujusmodi Patrum nostrorum in nos traditione descen-

[c] Forte, *distribuit.*

[d] Forte, *commoventur.*

[e] Abhorruisse a militia Christianos primitivæ ecclesiæ, ne Paganorum commercio, atque superstitionibus macularentur, notius est ex Tertulliano de Corona Militis cap. 11. quam ut pluribus demonstrari opus sit. Sed ad illustrandum hunc disputationis Archelai cum Manete locum, plurimum facit, quod ibidem ait Tertullianus. *Plane si quos militia præventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fidelissimorum, quem Christus probat, et quem Petrus catechizat; dum tamen suscepta fide, atque signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum, ne quid adversus Deum committatur, quæ nec ex militia permittuntur; aut novissime perpetiendum pro Deo, quod æque fides pagana condixit.* Concilium Nicænum can. 12. *Quicunque vocati per gratiam, primum quidem impetum monstraverunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita ut quidam et pecunias tribuerent, et beneficiis militiam repeterent, hi decem annis post triennii tempus, quo inter audientes erunt, in afflictione permaneant.* Vide Lupum et Beveregium in eundem canonem.

dens, quique a nobis observatus est usque ad hunc diem, per annos singulos extra urbem egressi, una cum conjugibus ac liberis, supplicamus soli, et invisibili Deo, imbres ab eo satis nostris ac frugibus obsecrantes: quod cum tempore, ac more solito celebraremus, immorantes jejunos vesper obtexit, et gravabant nos duo omnium difficillima, jejunium, et vigiliæ. Circa medium vero noctis invidus nobis, et importunus somnus obrepsit; et cervicibus degravatis ac laxis, [f] demerso capite, frontem genibus elidit. Hoc autem factum est, quoniam tempus aderat, ut Dei judicio pœnas pro meritis penderemus; forsitan enim peccantes ignorabamus, aut etiam agnoscentes non desinebamus. In illa igitur hora subito militum nos multitudo circumdat, ut æstimo, putantes nos pro insidiis consedisse, aut omnino usum vel studium habere prœliorum; et nulla conventus nostri causa penitus explorata, bellum nobis denunciant, non sermone, sed gladio, et homines, qui injuriam facere cuiquam non didicimus, sine ulla misericordia [g] missibilibus vulnerant, hastis confodiunt, mucronibus jugulant. Et interfecerunt quidem ex nobis ad mille trecentos viros, vulneraverunt autem quingentos. Cum vero dies inclaruit, qui superfuerant ex nobis, huc perduxerunt captivos, nec sic quidem aliquid nobis misericordiæ concedentes: agebant enim nos ante equos, hastilium verberibus stimulatos, et equorum frontibus impulsos. Et perduravit quidem, si cui vires fuerunt tolerandi, plurimi vero ante ora dominorum crudelium concidentes, animas exhalabant; pendentes uberibus parvulos suos matres, defatigatis ac dimissis onere brachiis, humi decidere sinebant, agitatæ insequentium minis; omnis vero senilis ætas victa laboribus, ac resoluta per inediam, corruebat in terram. Superbi vero milites hoc tam cruento collabentium spectaculo, tanquam voluptate aliqua, fruebantur, cum alios deficientes sterni solo cernerent, in aliis sitis ar-

[f] Forte, *dimisso*.

[g] Barbara vox pro, *missilibus*.

doribus fatigatis, intuerentur etiam vocis meatum, arescente linguæ glutino, præpediri; alios vero viderent, conversis post terga oculis, expirantium parvulorum suorum ingemiscentes exitiis, cum illi infelicissimas matres vagitibus inclamarent, illæ vero prædonum acerbitatibus agitatæ, quibus solis libere uti licebat, gemitibus responderent: quarum si quæ tenerius propriis indulgerent visceribus, interitus sortem sponte sibi parem cum filiis præsumpserunt; si quæ vero habere aliquid tolerantiæ potuerunt, captivæ huc usque perductæ sunt. Triduo itaque exacto, cum ne noctibus quidem aliquam requiem cepissemus, ad locum hunc perducimur, in quo post hæc jam quid gestum sit, melius ipse nosti.

III. His auditis vir piissimus Marcellus plurimum in lacrymas profusus est, misertus tantos et tam varios casus; sed nihil moratus, cibos præparat, fatigatis per semetipsum ministeria exhibens, imitatus patrem nostrum [1] Abraham patriarcham, qui quondam angelis a se hospitio susceptis, non vernaculis imperavit vitulum deferre de gregibus; sed ipse senior impositum humeris pertulit, ac per semet præparatos cibos propriis manibus angelis apposuit. Simili et Marcellus functus officio, denos præcipit per convivia reclinari, septingentisque omnibus extructis mensis, cum ingenti lætitia reficiebat universos, ita ut qui superesse potuerant oblivionem caperent laborum, ac totius mali efficerentur immemores. Cum autem quintus decimus transigeretur dies, Marcello cuncta affatim ministrante captivis, placuit eis omnibus remeandi ad propria tribui facultatem, præter eos, quos vulnerum cura retinebat, quibus competens adhibita medela; ad sua cæteros abire præcepit. Sed his omnibus majora addidit Marcellus pietatis officia; cum plurima namque suorum manu progressus est ad sepelienda corpora in itinere peremptorum, et omnia quæcunque invenire potuit, ut dignum erat,

[1] Genes. xviii.

tradidit sepulturæ: quo munere impleto, ad [h] Charram rediit, atque exinde recuperata sanitate, vulneratos ad patriam remeare permittit, largissimo ad iter viatico præparato. At vero facti hujus opinio ad reliqua Marcelli bene gesta immensum cumulum contulit: per universam enim regionem illam ingens fama discurrit de pietate Marcelli, ita ut plurimi ex diversis urbibus videndi, atque cognoscendi viri cupiditate flagrarent, et maxime hi, quibus ferre penuriam usus ante non fuerat, quibus omnibus vir egregius indulgentissime ministrabat, Marcelli veteris imitatus exempla, ita ut omnes dicerent hoc viro nullum pietate præstantiorem. Sed et viduæ universæ in Domino credentes ad eum concurrebant; cum imbecilli quoque ex eo sibi auxilium certissimum præsumebant, nec non et orphani omnes ab ipso nutriebantur, domusque ejus peregrinorum, et pauperum hospitium dicebatur: super omnia vero hæc, fidei curam egregie ac singulariter retinebat, ædificans cor suum super immobilem petram.

IV. [i] Igitur cum diversis in locis fama de eo sæpissime spargeretur, etiam Stranga fluvio superato, Persarum in regionem eum pertulit admirandum, in qua demorabatur Manes quidam, qui ad se hujuscemodi viri opinione perlata, plurima secum ipse volvebat, quemadmodum eum doctrinæ suæ posset laqueis irretire, sperans assertorem dogmatis sui fieri posse Marcellum. Præsumebat enim universam se occupare posse provinciam, si prius talem virum sibimet subdere potuisset; in quo duplici cogitatione animus æstuabat, utrumnam ipse ad eum pergeret, an litteris eum primo tentaret adoriri; verebatur enim, ne forte improviso et subito ingressu malum sibi aliquod nasceretur; ad ultimum versutioribus consiliis parens,

[h] Habita est itaque hæc disputatio apud Carrhas celeberrimam Mesopotamiæ urbem, cujus episcopus erat Archelaus, uti supra adnotavimus.

[i] Hinc incipit pars hujus operis edita a Valesio ex codice Bobiensi, qui nunc in Ambrosiana bibliotheca servatur.

scribere decrevit: accitumque unum ex discipulis, [k] Turbonem nomine, qui per Addam fuerat instructus, tradita epistola, abire jubet, ac perferre Marcello; [l] quique acceptam eam huic, cui a Mane fuerat præceptum, pertulit, omni itinere diebus quinque transacto. Veloci etenim usus est cursu, in quo plurimum supradictus Turbo laboris, et molestiæ pertulit: si quando enim [m] veluti peregrinans ad hospitium pervenisset, [n] quæ quidem diversoria hospitalissimus Marcellus instruxerat, cum a servatoribus hospitiorum interrogaretur, unde, et quis, vel a quo missus esset, aiebat, sum quidem [o] Mesopotamensis, de Perside autem venio, a Manichæo magistro Christianorum missus. At illi [p] ignotum sibi nomen non libenter amplexi, Turbonem etiam ipsis hospitiis detrudebant, ne aquæ quidem ipsius ad bibendum facultate concessa; quæ cum singula quotidie, atque horum nequiora perferret ab his, qui per singula loca mansionibus, atque hospitiis

[k] Codex Bobiensis legit, *Adda Turbonem.* Fuit autem Adda unus ex discipulis suis, cui Orientem hæresi inficiendum Manes demandavit, ut infra cap. 11. dicitur.

[l] Codex Bobiensis, *quippe,* mala lectio.

[m] Idem codex, *ad vesperam veluti peregrinus.*

[n] Idem codex, *quæ quidem ipsa diversoria.* Hinc autem apparet quam sedulo hospitalitati operam dederint primitivæ ecclesiæ fideles, Pauli præcepto in epistola ad Hebræos cap. xiii. vers. 1. obsecuti. Tertullianus de Præscriptionibus adversus Hæreses cap. 20. *Sic omnes* (ecclesiæ videlicet) *prima et apostolicæ; dum una omnes probant unitatem, dum est illis communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis; quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Nota sunt, quæ de Christianorum erga Peregrinum hospitem officiis refert Lucianus in libro de ejusdem morte. Sed et quod de diversoriis atque hospitiis, per regias vias in Persidem ducentes, a Marcello constructis, hic legimus, id aliis in locis, ac ubique ferme a Christianis factum fuisse, aperte colligitur ex Gregorii Nazianzeni invectiva I. in Julianum Apostatam, ubi Imperatorem hunc ad Christianorum imitationem diversoria et hospitia per orbem Romanum ædificari mandasse testatur, ut Gentilium superstitionibus majorem laudem, venerationemque conciliaret. Vide plura apud Priorium de Literis Canonicis cap. 5. et seqq. et Thomasinum de Tesseris hospitalitatis cap. 26.

[o] Codex Bob. *Mesopotamenus.*

[p] Codex Bobiensis, *ignoratum.*

præerant, nisi ad ultimum Marcello se portare literas indicasset, peregrinus Turbo mortis pertulisset exitia.

V. Acceptas igitur Marcellus literas resolvit, ac legit, præsente Archelao civitatis episcopo, quarum exemplum hoc est.

Μανιχαῖος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἅγιοι, καὶ παρθένοι, Μαρκέλλῳ τέκνῳ ἀγαπητῷ, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ δεξιὰ τοῦ φωτὸς διατηρήσει σε ἀπὸ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ, καὶ τῶν συμπτωμάτων αὐτοῦ, καὶ παγίδων τοῦ πονηροῦ, ἀμήν.

Τὴν μὲν περὶ σὲ ἀγάπην μεγίστην οὖσαν αἰσθητεὶς, λίαν ἐχάρην· τὴν δὲ πίστιν οὐκ οὖσαν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἠχθέσθην· ὅθεν πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν ἀνθρώπων γένους ἀποσταλεὶς, φειδόμενός τε τῶν ἀπάτῃ καὶ πλάνῃ ἑαυτοὺς ἐκδεδωκότων, ταῦτα τὰ γράμματα πρὸς σὲ ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἀποστεῖλαι, πρῶτον μὲν πρὸς σωτηρίαν τ[s] σεαυτοῦ ψυχῆς· ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ἅμα σοι τυγχανόντων,

[q] *Manichæus Apostolus Jesu Christi, et qui mecum sunt omnes sancti, et virgines, Marcello filio carissimo gratia, misericordia, pax a Deo patre, et Domino nostro Jesu Christo, et dextera lucis conservet te a præsenti seculo malo, et* [r] *a ruina ejus, et a laqueis maligni.*

Dilectionem quidem tuam immensam sentiens, vehementer gavisus sum, fides vero, quia non sit [s] juxta te recta ratione, moleste tuli; propter quod ad emendationem generis humani [t] missus sum, et subveniens his, qui se seductionibus, atque erroribus tradiderunt, hæc [u] scripta ad te necessarium duxi transmittere; primo quidem ad salutem animæ tuæ,

[q] Hanc epistolam cum Marcelli responsione integram refert Epiphanius in Manichæorum hæresi n. 6. ex quo græca desumpsimus.

[r] Codex Bobiensis, *a ruinis ejus, et de laqueis*, Sic et Epiphanius.

[s] Idem codex, *juxta rectam rationem.* Sic et Epiphanius.

[t] Idem codex, *missus sum subveniens.* Epiphanius, *missus et subveniens.*

[u] Idem codex, *hæc scripta necessarium duxi.*

[x] πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτόν σε ἔχειν τὸν λογισμὸν, ὡς οἱ τῶν ἁπλουστέρων καθηγέμονες διδάσκουσι λέγοντες, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ φέρεσθαι, καὶ μίαν ἀρχὴν εἰσηγούμενοι, οὐ διακρίνοντες, οὐδὲ διαιροῦντες ἀπὸ τοῦ φωτὸς τὸ σκότος, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ κακοῦ καὶ φαῦλα, καὶ τὸν ἔξωθεν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἔνδον, ὡς προείπομεν, ἀλλὰ κιρνῶντες καὶ ἐγκαταμιγνύντες θάτερον θατέρῳ, οὐ πανόνται. σὺ δὲ, ὦ τέκνον, μὴ ἴσα τοῖς πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων ἀλογίστως, καὶ ἁπλῶς ἀμφότερα, ὡς ἂν τύχοι, ἐνώσῃς, μηδὲ τῷ τῆς ἀγαθωσύνης Θεῷ ἀνατίθεσο· ἀρχὴν γὰρ, καὶ τέλος, καὶ τὸν τούτων πατέρα τῶν κακῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρουσιν, ὧν τὸ τέλος κατάρας ἐγγύς. οὔτε γὰρ [c] ἐν

deinde et eorum qui tecum sunt; [x] uti ne indiscretos animos geras, sicut simpliciorum [y] magistri docent dicentes, malum, et bonum ab eodem subsistere, et unum initium introducentes, neque quidquam perscrutantes, vel discernentes [z] a luce tenebras, et bonum a malo, et exteriorem hominem ab interiori, sicut prædiximus; sed confundere ac permiscere alterum alteri non cessant. Tu vero, o fili, ne similiter ut multi hominum, irrationabiliter et simpliciter utraque indiscreta [a] permisceas, neque bonitatis Deo inferas contumeliam. Initium enim et finem, et horum patrem malorum ad [b] Deum referunt, [z] *quorum finis est maledicto proximus.* Non enim [c] his,

[x] Hinc patet recte in græco Epiphanii textu emendasse Petavium, πρὸς τὸ μὴ ἀδιάκριτον nam prius, μὴ, deerat.

[y] Codex Casinensis, *magistri dicentes.* Sed aliam lectionem exprimit etiam Epiphanius.

[z] Male idem codex, *a luce, a tenebris.*

[a] Codex Casinensis, *permiscens.* at Bobiensis, *permisceas neque bonitatis Dei inferas.* Epiphanius, *permisceas, neque ad bonitatis Deum referas. Initium enim,* &c. Præterea Casinensis legit paulo post, *Initium et finem.* Nos autem ex utroque codice, atque Epiphanio hunc locum emendavimus.

[b] Bobiensis codex, *Dominum.*

[c] Casinensis habebat, *in his.* Vide tamen an leviter emendandum sit apud Epiphanium, οὔτε γὰρ τοῖς εἰρημένοις ἐν εὐαγγελίοις.

[z] Hebr. vi. 8.

τοῖς εἰρημένοις εὐαγγελίοις παρ' αὐτῷ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύσιν, ὅτι οὐ δύναται δένδρον καλὸν καρπὸς κακὸς ποιῆσαι, οὐδὲ μὴν δένδρον κακὸν καλὸς καρπὸς ποιῆσαι. καὶ πῶς τὸν Θεὸν τὸν Σατανᾶ, καὶ τῶν κακῶν αὐτῷ πραγμάτων λέγειν τολμῶσι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν, θαυμάζειν μοι ἐπέρχεται. καὶ εἴθε μὲν ἄχρι τέτων ἔφθασεν αὐτῶν ἡ ματαιοπονία, καὶ μὴ τὸν μονογενῆ τὸν ἐκ τῶ κόλπων τοῦ πατρὸς καταβάντα Χριστὸν, Μαρίας τινὸς γυναικὸς ἔλεγον εἶναι υἱὸν, ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ τῆς ἄλλης δυσωδίας τῶν γυναικῶν γεγενῆθαι. καὶ ἵνα μὴ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς ἐπιστολῆς γράφων, εἰς μῆκος χρόνου διασύρω σου τὴν ἐπιείκειαν, οὐκ ἔχων τὰς φυσικὰς φράσεις, ἐπὶ τέτοις ἀρκεσθήσομαι. τὸ δ' ὅλον γνώσῃ παρόντος μου πρὸς σὲ, εἴγε τῆς σεαυτῷ σωτηρίας ἔτι φείδῃ, οὐδὲ γὰρ βρόχον τινὶ ἐπιβάλλω, ὡς οἱ

quæ dicta sunt in evangeliis Salvatoris nostri et Domini Jesu Christi credunt, quia [3] *non potest arbor mala bonos fructus facere, neque arbor bona malos fructus facere.* Quomodo Dominum Satanæ, et malorum ejus actuum factorem dicere audeant et conditorem, plurimum miror. Et atque utinam eo usque eorum vanitas pervenisset, et non unigenitum, [d] *qui de patris sinibus descendit*[4], Christum, Mariæ cujusdam mulieris esse dicerent filium, ex sanguine, et carne, ac reliquis mulierum spurcitiis generatum. Et, ut ne plurima per hanc epistolam scribam, atque in longitudinem temporis protraham patientiam tuam, cum mihi non adsit eloquentia naturalis, sufficit ista dixisse. Omnia autem cognosces, cum præsens fuero apud te; si tamen saluti tuæ [e] parcere, ac providere festinas;

[d] Codex Bobiensis, *qui patris finibus discessit.* Casinensis, *quidem patris finibus descendit.* Nos ex Epiphanio hunc locum restituimus.

[e] Casinensis, *parere.* Melior alia lectio Bobiensis codicis, ut patet ex Epiphanio.

[3] Matth. vii. 18. [4] Joan. i. 18.

τῶν πολλῶν ἀφρονέστεροι ποιοῦσιν. νόει ἃ λέγω, τέκνον τιμιώτατε.

non enim [5] *laqueum alicui injicio,* sicuti plurimi insipientium faciunt. Intellige quæ dico, fili [f] honorabilis.

VI. Hac epistola lecta, bajulum literarum Marcellus [g] obsequentissime fovebat hospitio, Archelaus vero ea quæ lecta sunt, non libenter amplexus, velut leo conclusus dentibus [h] infrendebat, auctorem epistolæ sibi desiderans dari; quem Marcellus suadebat quiescere, semet pollicens procuraturum præsentiam viri. Rescribere ergo Marcellus ad ea, quæ scripta sunt, statuit epistolam continentem hæc.

Μαρκελλος ἀνὴρ ἐπίσημος, Μανιχαίῳ τῷ διὰ ϕ ἐπιστολῆς δηλωμένῳ, Χαίρειν.

Τὴν μὲν ὑπὸ σοῦ γραφεῖσαν ἐπιστολὴν προσηκάμην. τὸν δὲ Τύρβωνα προσεδεξάμην κατὰ ϕιλοφρωσύνην ἐμήν, τῶν δὲ γραμμάτων τὸν νοῦν ἀδαμῶς ἔγνων, εἰ μὴ σὺ παραγενόμενος ϕράσῃς ἡμῖν καταλογάδην ἕκαστον, ὡς ὑπέχου διὰ τῆς ἐπιστολῆς. ἔρρωσθε.

Marcellus [i] *vir notus, Manichæo, qui sibi per epistolam indicatus est, salutem.*

Scriptam quidem a te epistolam sumpsi, et Turbonem solita mihi humanitate suscepi, sensum vero literarum nequaquam adverti; nisi forte tu præsens exponas nobis per verba, singula, [k] sicut promisisti. Vale.

Hanc epistolam signatam tradebat Turboni referendam ad eum, a quo prius ipse pertulerat: ille vero ad eum redire penitus reluctabatur, memor itineris laborum, et ro-

[f] Codex Bobiensis, *honorabilis. Vale,* quod verbum non habet Epiphanius.

[g] Codex Bobiensis, *obsequentissimo.*

[h] Codex Bobiensis, *infringebat.*

[i] Melior Petavii versio, *Vir illustris.*

[k] Codex Bobiensis, *sicut per epistolam promisisti. Vale. Hanc epistolam scriptam atque signatam tradebat Turboni ferendam.* Epiphanius pariter legit, *sicut per epistolam promisisti. Vale.*

[5] 1 Cor. vii. 35.

gabat alium pro se dirigi, abneganș ultra sibi [l] ad eum rediturum, aut communionem cum eo aliquam facturum. Marcellus vero, accito uno ex pueris suis, Callisto nomine, præcipit proficisci, qui nihil moratus, illico proficiscitur; et post triduum pervenit ad Manem, quem in castello quodam [m] Arabionis reperit, atque epistolam tradidit; qua ille perlecta, gavisus est, a Marcello invitatum se esse, ac sine mora iter invadit: Turbonis tamen remorationem non prosperam [n] præsagitus, et quasi consulto itinere ad Marcellum perrexit. Turbo vero de Marcelli domo prorsus non discedebat, nec ab Archelai episcopi confabulatione cessabat: valde enim studiose uterque de Manichæi studiis perquirebant, scire cupientes, qui sit, unde, vel quid verbi ferat. At ille universa dilucide enarravit, repetens et exponens de fide ejus hoc modo.

VII. Εἰ τὴν τοῦ Μάνη πίστιν θέλετε μαθεῖν παρ' ἐμοῦ, ἀκούσατε συντόμως. ἔστος δύο σέβει Θεοὺς ἀγεννήτους, αὐτοφυεῖς, ἀϊδίους, ἕνα τῷ ἑνὶ ἀντικείμενον, καὶ τὸν μὲν ἀγαθὸν, τὸν δὲ πονηρὸν εἰσηγεῖται, φῶς τῷ ἑνὶ ὄνομα θέμενος, καὶ τῷ ἑτέρῳ σκότος, καὶ τοῦ μὲν φωτὸς εἶναι μέρος τὴν ἐν ἀνθρώποις ψυχὴν, τοῦ δὲ σκότους τὸ σῶμα, καὶ τὸ τῆς ὕλης δημιούργημα. μῖξιν δὲ, ἤτοι σύγκρασιν [p] τοῦτον λέγει

VII. [o] Si fidem Manichæi discere a me vultis; breviter audite. Hic duos colit Deos innatos, ex semetipsis extantes, æternos, unum uni adversantem; et alterum quidem bonum, alterum autem malum introducit. Lux uni nomen imponit, et alteri tenebras. Et lucis quidem esse partem animam, quæ in hominibus est, tenebrarum autem corpus, et quæ ex materia est conditio. Permixtionem autem, vel conjunctionem [p] hoc modo dicit effectam, conferens ambos Deos

[l] Cod. Bobiensis, *ad illum reversurum, aut communionem cum eo aliquam fore.*

[m] Castellum hoc trans fluvium Strangam situm fuisse in medio Persarum et Mesopotamiæ, ait Epiphanius in hac hæresi num. 7.

[n] Codex Bobiensis, *præsagus.*

[o] Sequentia usque ad cap. 12. verbatim græce retulit Epiphanius num. 25.

γεγονέναι τὸν τρόπον, ἀπεικάζων τοὺς δύο τῷδε τῷ παραδείγματι. καθάπερ δύο βασιλεῖς ἀντιμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες ἀπαρχῆς ἐχθροὶ, καὶ ἀναμέρος ἑκάστῳ τὰ ἴδια ἔχοντος. κατὰ δὲ σύγασιν τὸ σκότος ἐπελθὸν ἐκ τῶν ὁρίων αὐτῆ προσεμαχήσατο τῷ Φωτί. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν Πατέρα τὸ σκότος ἐν τῇ γῇ αὐτῆ ἐπιδεδημηκὸς, [a] προβάλλειν ἐξ αὐτῆ δύναμιν, λεγομένην Μητέρα τ[s] ζωῆς, ᾗ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τὰ πέντε στοιχεῖα. εἰσὶ δὲ, ἄνεμος, φῶς, ὕδωρ, πῦρ, καὶ ὕλη. καὶ ταῦτα ἐνδυσάμενον, ὡς πρὸς κατασκευὴν πολέμου, κατελθεῖν κάτω, καὶ πολεμῆσαι τῷ σκότει. οἱ δὲ τοῦ σκότους

in hujuscemodi exemplum. Quemadmodum si duo reges sint adversum se pugnantes, qui ab initio fuerint inimici, habentes singuli suas portiones; acciderit autem ut tenebræ progredientes fines suos, bellum cum luce commiserint. Quod cum cognovisset bonus Pater, tenebras ad terram suam supervenisse, [q] produxit ex se virtutem, quæ dicitur mater vitæ, [r] qua virtute circumdedit primum hominem, quæ sunt quinque elementa, [s] idest, ventus, lux, aqua, ignis, et materia, quibus indutus, tanquam [t] ad paratum belli, descendit deorsum pugnare adversum tenebras. At vero tenebrarum

[p] Hinc patet apud Epiphanium legi debere, τοῦτον λέγει. cum prius esset, τότων.

[q] Codex Bobiensis, *produxit ex virtute*. Casinensis, *produxerit et esse virtutem*. Sed legendum ex Epiphanio uti emendatum est.

[r] Codex Bobiensis, *qua circumdedit*. Casinensis, *quæ virtute*. Sed ex Bobiensi, et Epiphanio emendavi, *qua virtute*.

[a] [Nonnulla deesse monet Petavius. Emendatio petenda est ex Epiphanio *Hær.* lxvi. n. 45. φέρει δὴ ἴδωμεν καὶ περὶ τῆς μητρὸς τῆς ζώης, ἥς φάσκει δυνάμεως προβεβλῆσθαι (τὸν πρῶτον ἄνθρωπον) καὶ αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῆς ζωῆς τόν τε πρῶτον ἄνθρωπον τὰ πέντε στοιχεῖα. Istis compositis, Turbonis verba hæc erant. γνόντα δὲ τὸν ἀγαθὸν πατέρα——προβάλλειν ἐξ ἑαυτοῦ δύναμιν μητέρα τῆς ζώης, καὶ αὐτὴν προβεβληκέναι τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, αὐτὴν δὲ τὴν μητέρα τῆς ζωῆς τόν τε πρῶτον ἄνθρωπον τὰ πέντε στοιχεῖα. Franciscus Florio in Opusc inscript. *De quodam Hegesippi Fragmento, et de Nonnullis SS. Patrum Locis Emendatis* Bononiæ editis an. 1793. p. 75.]

[s] Codex Bobiensis, *id est, lux, aqua, ignis, et materia*. Sed Epiphanius legit, *ventus, lux, aqua, ignis, et materia*. ut in codice Casinensi, qui veram exhibet hujus loci lectionem.

[t] Epiphanius legit, *ad apparatum belli*.

ἄρχοντες ἀντιπολεμοῦντες αὐτῷ, ἔφαγον ἐκ τῆς πανοπλίας αὐτοῦ, ὅ ἐστιν ἡ ψυχή. τότε δεινῶς ἐθλίβη ἐκεῖ κάτω ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὑπὸ τοῦ σκότους, καὶ εἰ μὴ εὐξαμένου εἰσήκουσεν ὁ Πατὴρ, καὶ ἀπέστειλεν ἑτέραν δύναμιν προβληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ, λεγομένην ζῶν Πνεῦμα, καὶ εἰ μὴ κατελθὼν δέδωκεν αὐτῷ δεξιὰν, καὶ ἀνήνεγκεν ἐκ τοῦ σκότους, πάλαι ἂν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος κατεχόμενος ἐκινδύνευσεν. ἔκτοτε οὖν κατέλειψε κάτω τὴν ψυχήν. καὶ διὰ τοῦτο Μανιχαῖοι ἐὰν συναντήσωσιν ἀλλήλοις, δεξιὰς διδόασιν ἑαυτοῖς σημείου χάριν, ὡς ἀπὸ σκότους σωθέντες. ἐν γὰρ τῷ σκότει πάσας τὰς αἱρέσεις εἶναι λέγει. τότε ζῶν Πνεῦμα, ἔκτισε τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸ φορέσαν ἑτέρας τρεῖς δυνάμεις, κατελθὸν ἀνήνεγκε τοὺς ἄρχοντας, καὶ [β] ἐσταύρωσεν ἐν τῷ στερεώματι, ὅ ἐστιν αὐτῶν σῶμα ἡ σφαῖ-

Principes, repugnantes ei, comederunt de armatura ejus, quod est anima. Tunc ibi vehementer afflictus est deorsum [u] primus parens homo a tenebris, et nisi orantem eum exaudisset Pater, et misisset alteram virtutem, quæ processerat ex se, quæ dicitur Spiritus vivens, et descendens porrexisset ei dexteram, et eduxisset eum de tenebris, olim primus homo detentus periclitaretur. Ex eo ergo animam deorsum [x] reliquit, et propterea Manichæi cum sibi invicem occurrunt, dant sibi dexteras hujus signi gratia, tanquam ex tenebris liberati; in tenebris enim [y] omnes hæreses esse dicunt. Tunc vivens Spiritus creavit mundum, et indutus alias tres virtutes, descendens eduxit [z] Principes, et crucifixit eos in firmamento, quod est ejus corpus sphæra; et rursum ipse vivens

[u] Codex Bobiensis, concinente Epiphanio, *primus homo.*

[x] Codex Bobiensis, *relinquit.* mala lectio, ut patet ex Epiphanio.

[y] Codex Bobiensis, *omnis hæresis esse dicitur.* Sed hanc lectionem rejicit Epiphanius.

[z] Hæc est hujus loci vera lectio, Epiphanio probata. Quam enim ex codice Bobiensi Valesius exprimit, corruptam esse nemo non videt; sic enim se habet, *descendens eduxit Principes Ieru, exiens in firmamentum, quod est,* &c. In græco Epiphanii est, *et stabilivit in firmamento, quod est ipsorum corpus sphæra.* Sed vide eundem Epiphanium cap. 48.

[β] [Lege ἐσταύρωσεν, crucifixit quemadmodum legit vetus interpres. Quin

a. Τότε πάλιν τὸ ζῶν Πνεῦμα ἔκτισε τοὺς φωστῆρας, ἃ ἐστι τῆς ψυχῆς λείψανα, καὶ ὅτως ἐποίησε τὸ στερέωμα κυκλεῦσαι. καὶ πάλιν ἔκτισε τὴν γῆν εἰς εἴδη ὀκτώ. ὁ δὲ Ὠμοφόρος κάτω βασάζει, καὶ ἐπὰν κάμῃ βασάζων, τρέμει, ϗ σεισμὸς αἴτιος γίνεται παρὰ τὸν ὡρισμένον καιρόν. τότε ἕνεκα τ῀ Υἱὸν αὐτ῀ ἀπέστειλεν ὁ ἀγαθὸς Πατὴρ ἐκ τῶν κόλπων εἰς τὴν καρδίαν τῆς γῆς, καὶ εἰς τὰ ταύτης κατώτατα μέρη, ὅπως αὐτῷ τὴν προσήκουσαν [e] ἐπιτιμίαν δῷ. καὶ ὁσάκις ἂν σεισμὸς γένηται, ἢ τρέμει κάμνων, ἢ ἀντιφέρει εἰς τὸν ἕτερον ὦμον. τότε τοίνυν καὶ ἡ ὕλη ἀφ' ἑαυτῆς ἔκτισε τὰ φυτὰ, καὶ συλωμένων αὐτῶν ἀπὸ

Spiritus creavit luminaria, quæ sunt [a] reliquiæ animæ, et fecit ea [b] firmamentum circumire, et iterum creavit terram, [c] et sunt octo. Est autem Omophorus deorsum, id est, qui eam portat in humeris; et cum laboraverit portans, intremiscit: et hæc est causa terræ motus præter constitutum tempus. Hac de causa filium suum misit benignus pater [d] de sinibus suis in cor terræ, et in interiores ejus partes, [e] quo illum, ut par erat, coërceret; quotiens enim efficitur terræ motus, trementeeo ex labore, vel de humero in humerum transferente pondus, efficitur. Tunc ergo et ipsa materia creavit ex se plantas, vel

etiam Epiphanius *Hær.* lxvi. n. 48. Manetem refellens hæc ait, *εἰ τῶν ἀρχόντων συγχάνει σῶμα τὸ στερέωμα, ἐν πόνῳ ἄρα ταυρῷ προσίστηξι τὰς ἀρχόντας, ποτὲ μὲν γὰρ λέγεις αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι πεπῆχθαι, ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ στερέωμα σῶμα τῶν αὐτῶν ὀρίζῃ.* et infra clarius, *μετὰ τὸ ἰσταυρωκέναι ἄρχοντας ἐν τῇ σφαίρᾳ.* Demum, (cap. viii. p. 159.) *τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ ζῶντος πνεύματος ἀνεπιχθέντας καὶ ταυρωθέντας.* FLORIO ibidem.]

[a] Ita et Epiphanius. Male apud Valesium, *reliquæ animæ.* Vide eundem Epiphanium ibid. cap. 49.

[b] Et hic male codex Bobiensis, *in firmamento circuire,* ut patet ex Epiphanio.

[c] Epiphanius habet *εἰς εἴδη ὀκτώ. Creavit terram octuplici specie. Omophorus autem,* hoc est, bajulus, *infra sustinet.* Sed latinus noster interpres legit, *εἰσὶ δὲ,* vel, *εἰσὶ δή.*

[d] Codex Bobiensis, *de finibus in cor terræ.* Sic legit et Epiphanius.

[e] Idem codex, *quod illum, ut pareret, coërceret.* Prava lectio. Hinc autem patet Petavium apud Epiphanium pro *ἐπιθυμίαν,* recte emendasse *ἐπιτιμίαν.*

τινων Ἀρχόντων ἐκάλεσε πάντας τοὺς τῶν ἀρχόντων πρωτίστους, καὶ ἔλαβεν ἀπ' αὐτῶν ἀνὰ μίαν δύναμιν, καὶ κατεσκεύασε τὸν ἄνθρωπον, τὸν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ πρώτου ἀνθρώπου ἐκείνου, καὶ ἔδησε τὴν ψυχὴν ἐν αὐτῷ. [g] αὕτη ἐστὶ τῆς συγκράσεως ἡ ὑπόθεσις.

VIII. Ὅτε οὖν εἶδεν ὁ Πατὴρ ὁ ζῶν θλιβομένην τὴν ψυχὴν ἐν τῷ σώματι, εὔσπλαγχνος ὢν καὶ ἐλεήμων, ἔπεμψε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἠγαπημένον εἰς σωτηρίαν τῆς ψυχῆς. διὰ γὰρ ταύτην τὴν πρόφασιν, καὶ τὴν τοῦ Ὠμοφόρου, ἀπέστειλεν αὐτόν. καὶ ἐλθὼν ὁ Υἱὸς μετεσχημάτισεν ἑαυτὸν εἰς ἀνθρώπου εἶδος, καὶ ἐφαίνετο τοῖς ἀνθρώποις ὡς ἄνθρωπος, μὴ ὢν ἄνθρωπος, καὶ οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν γεγεννῆσθαι. ἐλθὼν οὖν ποιεῖται τὴν δημιουργίαν πρὸς

germina, quæ cum [f] furatæ essent a quibusdam Principibus, convocavit omnes Principes primarios, et sumpsit ab eis singulas virtutes, et fecit hominem hunc secundum speciem primi hominis illius, [g] et junxit animam in eo.

VIII. Cum autem vidisset Pater vivens affligi animam in corpore, [h] quia est miserator et misericors, misit Filium [i] suum dilectum ad salutem animæ; hac enim causa, et propter Omophorum misit eum. Et veniens Filius, transformavit se in speciem hominis; et [k] apparebat quidem hominibus ut homo, cum non esset homo, et homines [l] putaverunt eum natum esse. Cum ergo venisset, machinam quandam [m] concin-

[f] Codex Casinensis, *furatæ essent convocavit.* Nos Bobiensem codicem et Epiphanium secuti sumus.

[g] Male codex Bobiensis, *et vexit animam in eo.* quam lectionem non sequitur Epiphanius: subditurque apud eundem, *et hæc est commixtionis ratio.* quæ verba de suo fortasse addidit Epiphanius.

[h] Codex Bobiensis, *qui est.*

[i] Ita cod. Bobiensis, et Epiphanius. Casinensis non habet *dilectum.*

[k] Uterque codex, *et parebat.* Sed nos Epiphanii lectionem prætulimus.

[l] Codex Bobiensis, probante Epiphanio, *putabant eum natum esse.* Casinensis male, *naturam esse.*

[m] Codex Bobiensis, *concinnatam.* Epiphanius habet, *Veniens igitur opus quoddam ad animarum salutem molitus est, et machinam construxit, cados duodecim habentem, quæ a sphæra conversa mortuorum animas sursum evehit.*

σωτηρίαν τῶν ψυχῶν, καὶ μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥ τις ὑπὸ τῆς σφαίρας περιφερομένη, ἀναμᾶται τῶν ὑπισχνούντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει, καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, ᾗ ἔτως πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ' ἡμῖν προσαγορευόμενος· πλοῖα γὰρ, ἅτινα πορθμεῖα εἶναι λέγει τοὺς δύο φωστῆρας. εἶτα ἐὰν γεμισθῇ ἡ σελήνη, μεταπορθμεύει εἰς ἀπηλιώτην, ᾗ ἔτως ἀπόκρυσιν πάσχει, τὸ γόμου ἐλαφρυνομένη· καὶ ἔτω πληροῖ τὸ πορθμεῖον, ᾗ πάλιν ἀπογομοῖ ἀνιμωμένων ὑπὸ τῶν κάδων τῶν ψυχῶν, ἄχρις οὗ τὸ ἴδιον αὐτοῦ μέρος σώσει [s] τῆς ψυχῆς. τῆς γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ Πατρὸς οὐσίας πᾶσαν ψυχὴν, καὶ πᾶν κινούμενον ζῶον μετέχειν λέγει. τῆς οὖν σελήνης μεταδιδούσης τ

navit ad salutem animarum; id est, rotam statuit, habentem duodecim urceos, [n] quæ rota per hanc sphæram vertitur, hauriens animas morientium, quasque luminare majus, id est, sol radiis suis [o] adimens purgat, et lunæ tradit, et ita adimpletur lunæ [p] discus, qui a nobis ita appellatur. Naves enim vel translatorias cymbas esse dicit duo ista luminaria, et cum repleta fuerit luna, transfretare animas, ad subsolanam partem, et ita [q] apocrusin, detrimentum, patitur, cum onere fuerit relevata: et [r] iterum repleri cymbam, et rursus exonerari, dum hauriuntur per urceos animæ, usquequo partem suam propriam liberet [s] animarum. De substantia autem boni Patris omnem animam, atque omne animal, quod movetur, partem trahere confirmat. Cum igitur luna onus,

[n] Codex Bobiensis, *quæ per hanc sphæram hauriens animas viventium.* Mala lectio, ut ex Epiphanio apparet.

[o] Epiphanius, λαβὼν, *assumens.*

[p] Codex Bobiensis, *discursus*, pessima lectio.

[q] In codice Casinensi, *apocrisin*, scribitur; sed nos locum restituimus ex codice Bobiensi, in quo *apocrusin*, recte legitur, licet in aliis hic depravatissimus existat. Ἀπόκρυσιν autem Alexandro Aphrodisiensi, et Tralliano dicitur facere luna, cum decrescit, seu senescit, ut notum est.

[r] Epiphanius οὕτω, *et ita repleri.*

[s] Idem Epiphanius, τῆς ψυχῆς, *animæ*; sed ex hujus antiqui interpretis versione debet emendari.

τῶν ψυχῶν τοῖς αἰῶσι τοῦ Πατρὸς, παραμένουσιν
στύλῳ τῆς δόξης, ὃς καλεῖται ἀὴρ ὁ τέλ[illegible] ὁ δὲ
τος στύλος ἐστὶ φωτὸς, ἐπειδὴ γέμει ψυχῶν τῶν κα-
ρομένων. αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία, δι' ἧς αἱ ψυχαὶ σώζον-
ι δὲ τὸ ἀποθανεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐστὶ πάλιν αὕτη·
ένος τις ὡραῖα κεκοσμημένη, πιθανὴ πάνυ συλᾶν
ιρεῖ τοὺς ἄρχοντας, τοὺς ἐν τῷ στερεώματι ὑπὸ τοῦ
ς Πνεύματος ἀνενεχθέντας καὶ σωρωθέντας, φαι-
ι δὲ τοῖς ἄρρεσι θήλεια εὔμορφος, ταῖς δὲ θηλείαις
ις εὐειδὴς καὶ ἐπιθυμητός· καὶ οἱ μὲν [y]Ἄρχοντες ὑπό-
δωσιν αὐτὴν κεκαλλωπισμένην, οἰστρῆνται τῷ φίλτρῳ,
ὴ δυνάμενοι αὐτὴν καταλαβεῖν, δεινῶς φλέγονται τῷ
ιῷ πόθῳ τὸν νοῦν ἐξαρπαθέντες. ὅταν οὖν τρεχόν-

gerit, animarum, seculis
erit Patris, permanent [t]il-
columna gloriæ, quod vo-
[u] Vir perfectus. Hic au-
ir est columna lucis : re-
est enim mundarum ani-
n, et hæc est causa salu-
marum; mortis vero cau-
minibus est ista. Virgo
ım decora et exornata,
ıs valde, furto appetit
ipes, qui sunt in firma-
› a vivente Spiritu educti,

et crucifixi, quæ cum apparu-
erit, maribus fœmina decora
apparet; fœminis vero adole-
scentem speciosum et concu-
piscibilem demonstrat. Sed
Principes quidem, cum eam vi-
derint exornatam, [x] amore ejus
in libidinem moventur; et quia
eam apprehendere non possunt,
vehementer instigantur amoris
incendiis excitati, rapti sunt e-
nim [y] libidinis calore : cum e-
nim currentibus post eam anxii

gendum *illæ*, hoc est, animæ ex Epiphanio, licet uterque codex ha-
lla.

piphanius habet, *Aër perfectus*, unde colligitur latinum hujus operis ex-
: e græco expressum esse, et male interpretem legisse, *ἀνὴρ* pro *ἀήρ*;
lum autem esse, *Aër perfectus. Aër autem hic*, &c. ut græca cum latinis
ıiant, et aliquis inde sensus eruatur.

[elior in seqq. Epiphanii lectio, quæ sic latine sonat. *Amoris æstro agun-
mque eam assequi nequeant, extra mentem acti, præ amore, et cupiditate mi-
: modum exardescunt. Quum igitur, accurrentibus illis, virgo se ex illorum
: subduxerit, tunc*, &c.

[ale codex Bobiensis, *libidinis amoris calorem*; *cum ergo currentibus eis
m, virgo*, &c.

τῶν αὐτῶν, ἡ παρθένος ἄφαντος γένηται, τότε ὁ Ἄρχων ὁ μέγ[illegible]προβάλλει τὰς νεφέλας ἐξ αὐτοῦ, ὅπως σκοτίσῃ τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τὸν κόσμον. καὶ οὕτως ἐὰν θλίβῃ πάνυ, καθάπερ ἄνθρωπος ἱδρῶν ἀποκοπᾶται. ὁ δὲ ἱδρὼς αὐτοῦ ἐστιν ἡ βροχή. [a] ὁμοῦ καὶ ὁ θερισμὸς ἄρχων ἐὰν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, καταχέει λοιμὸν ἐφ' ὅλης τῆς γῆς, ὅπως θανατώσει τοὺς ἀνθρώπους. τὸ γὰρ σῶμα τοῦτο κόσμος καλεῖται πρὸς τὸν μέγαν κόσμον. καὶ οἱ ἄνθρωποι πάντες ῥίζας ἔχουσι, κάτω συνδεθείσας τοῖς ἄνω. ὁπόταν οὖν συληθῇ ὑπὸ τῆς παρθένου, τότε ἄρχεται κόπτειν τὰς ῥίζας τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὅταν κωπῶσιν αἱ ῥίζαι αὐτῶν, τότε ἄρχεται λοιμὸς γίνεσθαι, καὶ ὅτως ἀποθνήσκε-

effecti fuissent, Virgo subito nusquam comparuit. Tunc Princeps ille magnus producit nebulas ex semetipso, uti obscuret in ira sua omnem mundum, qui cum tribulatus fuerit plurimum, sicut homo sudat post laborem, ita et hic Princeps [z] sudat ex tribulatione sua, cujus sudor pluviæ sunt. [a] Sed et messis Princeps, si deceptus fuerit a Virgine, [b] effundit pestem super terram, ita ut morte afficiat homines; corpus enim hoc mundus vocatur, ad similitudinem magni hujus mundi, [c] et omnes homines, qui sunt deorsum, radices habent sursum colligatas. Cum ergo deceptus fuerit a Virgine, [d] tunc incipit excidere radices hominum, et cum excisæ fuerint radices eorum, efficitur pestilentia, et ita moriuntur. [e] Quod

[z] Idem codex, *sudat ei ex tribulatione*, prava lectio.

[a] Epiphanius habet ex versione Petavii, *Sic et Princeps alter, Messor appellatus, si Virginis illecebra capiatur, pestem in universam terram perdendis hominibus immittit.* In textu tamen græco, *Messis*, est non *Messor*. sed fortasse legendum θερισμῦ.

[b] Codex Casinensis, *effundit famem.* Bobiensis, *effundet famem.* Sed nos ex seqq. et ex Epiphanio, *pestem*, substituimus. Facile autem fuit veteri latino interpreti ob similitudinem vocum, λιμὸς, *fames*, et λοιμὸς, *pestis*, in hunc errorem incidere.

[c] Epiphanius habet, *et omnes homines radices habent infra cum superioribus connexas.*

[d] Codex Bobiensis, *tunc cum incipiet.* (In Græcis ἄρχεται pro ἄρξηται bis reposui.)

[e] Apud Epiphanium legitur, *Quod si superiores partes radicum præ labore quatiantur, terræ motus fit, atque consequitur, Omophoro quidem insimul concusso.*

σιν. ἐὰν δὲ τὰ ἄνω τῆς ῥίζης πόνῳ σαλεύσῃ, σεισμὸς γίγνεταί τε, καὶ ἐπακολουθεῖ, συγκινουμένου μὲν τοῦ Ὠμοφόρου· αὕτη ἡ αἰτία τοῦ θανατου.

IX. Ἐρῶ ὑμῖν καὶ τοῦτο, πῶς μεταγγίζεται ἡ ψυχὴ εἰς πέντε σώματα. πρῶτον καθαρίζεται μικρόν τι ἀπ' αὐτῆς, εἶτα μεταγγίζεται εἰς κυνὸς, ἢ εἰς καμήλου, ἢ εἰς ἑτέρου ζώου σῶμα. ἐὰν δὲ ᾖ πεφονευκυῖα ψυχὴ, εἰς κελεφῶν σῶμα μεταφέρεται. ἐὰν ᾖ θερίσασα εὑρεθῇ, εἰς μογιλάλους. τῆς δὲ ψυχῆς ἐστὶ τὰ ὀνόματα ταῦτα, νοῦς, ἔννοια, φρόνησις, ἐνθύμησις, λογισμός. οἱ ᾖ θερισταὶ, ὅσοι θερίζουσιν, ἐοίκασι τοῖς [f] Ἀρχουσι τοῖς ἀπαρχῆς εἰσιν εἰς τὸ σκότος, ὅτε ἔφαγον ἐκ τ[g] τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πανοπλίας. διὸ ἀνάγκη αὐτοὺς μεταγγισθῆναι εἰς χόρτον, ἢ εἰς φασή-

si superiores partes radicum validius concusserit, fit terræ motus, et insequitur Omophori concussio, et hæc est mortis occasio.

IX. Dicam autem vobis, quomodo et animæ in alia quoque corpora [f] transfunduntur. In hoc primo purgatur aliquid ex ea parum; deinde transfunditur in canem, aut in camelum, aut in alterius animalis corpus. Quod si [g] homicidium commisit, anima in elephantiacorum corpora transfunditur; quod si messem secuit, in mutos. Nomina autem animæ sunt ista, [h] mens, sensus, prudentia, intellectus, cogitatio. Messores autem, qui messem metunt, conferuntur Principibus, [i] qui ex materia orti, in tenebris sunt, ex quo manducaverunt de primi hominis armatura, propter quod necesse est eos transfundi in fœnum, aut

[f] Codex Bobiensis, *transferuntur.* mala lectio. Epiphanius habet, *quomodo anima in quinque corpora transfundatur. Primum*, &c.

[g] Codex Bobiensis, *homicidium admisit, anima in elephantorum corpora.* In Casinensi scribitur, *in elephantia eorum corpora*, quod procul dubio, *elephantiacorum*, legi debet. Epiphanius tamen habet, κιλιφῶν, *celephorum.* ignotum mihi animal.

[h] Petavius melius vertit apud Epiphanium, *Mens, notio, intelligentia, cogitatio, ratiocinatio.*

[i] Codex Bobiensis, *qui ex materia horti*, typographorum, ut videtur, errore. Apud Epiphanium legitur, *qui ab initio in tenebris sunt.*

[illegible]

in [k] faseolum, aut in hordeum, aut in olera, ut et ipsi deseccentur et demetantur: et qui mandacant panem, necesse est, ut et ipsi manducentur, panem efficiant. Qui occiderit pullum, et ipse pullus erit; qui murem, mus etiam ipse erit. Si quis vero est dives in hoc mundo, cum exierit de corpore suo, necesse est eum in corpus pauperis injici, [m] ita ut ambulet, et mendicet, et post hæc est in pœnas æternas. Cum ergo corpus hoc Principum sit, et materiæ, necesse est eum, qui plantaverit perseam, transire per multa corpora, usquequo [n] persea illa, quam plantaverat, concidat. Qui autem ædificaverit sibi domum, [o] dispergetur per omnia corpora. Si quis laverit se in aqua, animam suam [p] vulnerat; et qui non præsti-

[k] *Codex Bobiensis* male, *fasellum.*

[l] *Codex Bobiensis, necesse est, et ipsum mandacari panem effectum. Quod si occiderit pullum, et ipse pullus erit. Quis vero est dives.* Sed Epiphanius cum Casinensi codice convenit. Male autem in margine emendavit Valesius, *quisquis vero est dives.*

[m] *Codex Bobiensis, ut ambulet, mendicet.*

[n] Male in Casinensi codice legebatur, *per se ad illam.* Porro περσία, Petavius vertit, *Persica arbor.* Vide Epiphanium num. 9.

[o] *Codex Bobiensis, dispergitur.* Epiphanius habet ut codex Casinensis.

[p] In græco Epiphanii est *whoeu, frigore adstringit, congelat.* Latinus tamen interpres legisse videtur *wlhoeu.*

εἴ τις οὐ δίδωσι τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ εὐσέβειαν, κολαζήσεται εἰς τὰς γενεὰς, καὶ μετενσωματοῦται εἰς κατηχουμένων σώματα, ἕως οὗ δῷ εὐσεβείας πολλὰς, καὶ διὰ τοῦτο, εἴ τι κάλλιστον ἐν βρώμασι, τοῖς ἐκλεκτοῖς προσφέρουσι. καὶ ὅταν μέλλωσιν ἐσθίειν ἄρτον, προσεύχονται πρῶτον, ἵνα λέγοντες πρὸς τὸν ἄρτον, οὔτε σὲ ἐγὼ ἐθέρισα, οὔτε ἤλεσα, οὔτε ἔθλιψά σε, ἵνα εἰς κλίβανον ἔβαλον· ἀλλὰ ἄλλος ἐποίησε ταῦτα, καὶ ἤνεγκέ μοι, ἐγὼ ἀναιτίως ἔφαγον. καὶ ὅταν καθ' ἑαυτὸν εἴπῃ ταῦτα, λέγει τῷ κατηχουμένῳ, ηὐξάμην ὑπὲρ σοῦ, καὶ ἵνα ἀφίσαται ἐκεῖνος. ὡς γὰρ εἶπον ὑμῖν πρὸ ὀλίγου, εἴ τις θερίζει θεριοθήσεται. οὕτως ἐὰν εἰς μηχανὴν σῖτον βάλῃ, βληθήσεται καὶ αὐτὸς, ἢ φυράσας φυραθήσεται, ἢ ὀπήσας ἄρτον ὀπηθήσε-

terit electis ejus [q] alimenta, pœnis subdetur [r] gehennæ, et transformatur in catechumenorum corpora, usquequo faciat misericordias multas; et propterea si quid optimum est in escis, [s] offerunt illud electis: et cum voluerint manducare panem, orant primo, ista dicentes ad panem, neque ego te messui, neque molui, neque [t] tribulavi, nec in clibanum te misi; alius te fecit, et detulit te mihi, ego innocenter te [u] manduco. Et cum intra semetipsum hæc dixerit, [x] respondit ad eum, qui ei detulit, oravi pro te, et ille discedit ita. Sicut ergo dixi vobis paulo ante, si quis messuerit, demetetur, ita et si quis frumentum in molam miserit, etiam ipse mittetur in molam, aut si quis conspererit, conspergetur, [y] aut si pa-

[q] Apud Epiphanium scribitur, εὐσέβειαν, *pietatem.*

[r] Epiphanius, *per multas generationes, pœnas expendet.*

[s] Codex Bobiensis, *offerunt illud illis electis.* Casinensis, *offerre illud electis,* sed ex Epiphanio legendum ut edidimus.

[t] In græco Epiphanii ἔθλιψα, *subegi,* eo sensu, quo farinam subigere dicimus.

[u] Casinensis, *manduco et solvo.* Sed nos Bobiensis codicis, et Epiphanii lectionem expressimus.

[x] Codex Bobiensis, *respondet ad illum, qui detulit: oravi pro te. Si quis messuerit, demetetur,* &c. Epiphanius habet, *dicit catechumeno: oravi pro te, et ita ille discedit. Nam, sicut ego paulo ante dixi, si quis messuerit, demetetur.* Sed melior latini interpretis lectio.

[y] Codex Bobiensis, *ita et si quis panem.*

ται. καὶ διὰ τοῦτο ἀπείρηται αὐτοῖς ἔργον ποιῆσαι. καὶ πάλιν εἰσὶν ἕτεροι κόσμοι τινὲς, τῶν φωστήρων δυνάντων ἀπὸ τούτου τοῦ κόσμου, ἐξ ὧν ἀνατέλλουσι. καὶ εἴ τις περιπατεῖ χαμαὶ, βλάπτει τὴν γῆν· καὶ ὁ κινῶν τὴν χεῖρα, βλάπτει τὸν ἀέρα· ἐπειδὴ ὁ ἀὴρ ψυχή ἐστι τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ἑρπετῶν. καὶ εἴ τις ἐν κόσμῳ ἐστὶν, εἶπον ὑμῖν, ὅτι τὸ σῶμα τοῦτο οὐκ ἔστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῆς ὕλης ἐστὶ, καὶ σκότος ἐστὶ, καὶ αὐτὸ σκοτωθῆναι δεῖ.

X. Περὶ δὲ τοῦ Παραδείσου, [e] ὃς καλεῖται κόσμος. ἔστι δὲ τὰ φυτὰ τὰ ἐν αὐτῷ, ἐπιθυμία, καὶ ἄλλαι ἀπάται, διαφθείρουσαι τοὺς λογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων. τὸ δὲ ἐν Παραδείσῳ φυτὸν, ἐξ οὗ γνωρίζουσι τὸ καλὸν,

nem coxerit, excoquetur; et propter hoc illicitum est apud eos opus facere. Et iterum dicunt esse [z] alios quosdam, præter hunc, quem videmus, mundos, quibus hujus mundi luminaria, cum hic occiderint, oboriuntur. [a] Et illi dicunt, si quis ambulat in terra, lædit terram, et [b] qui movet manum, lædit aërem, quia aër anima est hominum, et animalium, et volatilium, et piscium, et [c] repentium, et si quid est in hoc mundo: dixi enim vobis, quia [d] corpus hoc non est Dei, sed materiæ est tenebrarum, et ideo necesse est illud obscurari.

X. Paradisus autem, [e] qui vocatur mundus, et arbores, quæ in ipso sunt, concupiscentiæ sunt, et cæteræ seductiones corrumpentes [f] cogitationes hominum. Illa autem arbor, quæ est in Paradiso, ex qua agnoscitur bonum, ipse est

[z] Idem codex, *alios præter hunc, quem videmus, mundum.* (Anne legend. οὓς τινὰς, deleto ἐξ ὧν?)

[a] Codex Bobiensis, *et ibi dicunt.*

[b] Idem codex, *qui levat manum.*

[c] Idem codex, *reptantium. Et si quod.* (For. legend. in Græcis καὶ εἴ τι?)

[d] Codex Bobiensis, *corpus hoc non illud necesse est obscurari.* Sed mutilum hunc locum esse patet ex Epiphanio, qui cum Casin. cod. concordat. Nisi quod habet Epiphanius, *sed materiæ est, ipsumque corpus obscuritas est.*

[e] Hinc patet apud Epiphanium legi debere ὃς καλεῖται κόσμος. non autem, οὐ καλεῖται κόσμος.

[f] Codex Bobiensis, *cogitationem.* Epiphanius habet, *cogitationes hominum illorum. Arbor autem.* Sed melior videtur latini interpretis lectio.

αὐτό ἐστι ὁ Ἰησοῦς, [g] ἡ γνῶσις αὐτοῦ, ἡ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ ᾧ λαμβάνων, διακρίνει τὸ καλὸν, καὶ τὸ πονηρόν. ὁ μέν τοι κόσμος, ἐδ' αὐτός ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἡ ἀπὸ μέρους τῆς ὕλης ἐπλάσθη, καὶ διὰ τοῦτο πάντα ἀφανίζεται. ὃ ᾗ ἐσύλησαν οἱ [v] Ἀρχοντες ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, αὐτό ἐστι τὸ γεμίζον τ' σελήνην, τὸ καθαριζόμενον καθημερινὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου· καὶ ἐὰν ἐξέλθῃ ἡ ψυχὴ, μὴ γνοῦσα τ' ἀλήθειαν, παραδίδοται τοῖς δαίμοσιν, ὅπως δαμάσωσιν αὐτὴν ἐν ταῖς γεέννας τοῦ πυρὸς, καὶ μετὰ τὴν παίδευσιν μεταγγίζεται εἰς σώματα, ἵνα δαμασθῇ, καὶ ἕτω βάλλεται εἰς τὸ μέγα πῦρ, ἄχρι τ' [s] συντελείας. Περὶ ᾗ τ' [l] παρ' ὑμῖν Προφητῶν, ἔτως λέγει. Πνεῦμα εἶναι ἀσεβείας, ἤτοι ἀνομίας τοῦ σκότους, τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἀνελθόντος. καὶ διὰ τοῦτο

Jesus, et [g] scientia illius, quæ est in mundo; quam qui acceperit, discernit bonum a malo. Mundus autem nec ipse est Dei, sed [h] ex parte materiæ plasmatus, et ideo omnia exterminantur. Quod autem furati sunt Principes a primo homine, ipsum est, quod adimplet lunam, quod quotidie purgatur a mundo: [i] et si exierit anima, quæ non cognoverit veritatem, traditur Dæmonibus, ut eam dooment in gehenna ignis, et postea quam [k] correcta fuerit, transfunditur in alia corpora, ut dometur, et ita injicitur in illum magnum ignem usque ad consummationem. De Prophetis autem, qui [l] apud vos sunt, hæc dicit, spiritus esse impietatis sive iniquitatis tenebrarum il-

[g] Codex Bobiensis, *et scientia ejus.* Epiphanius, *γνῶσις cognitio*, vel etiam *scientia.* Hinc autem patet legendum esse apud eundem, *καὶ ἡ γνῶσις αὐτοῦ. ejusque cognitio.*

[h] Ita apud Epiphanium, et in Codice Bobiensi. At Casinensis, *ex materia.*

[i] Codex Bobiensis, *et si exierit, animamque non cognoverit veritas, tradetur.* Sed codicis Casinensis lectionem firmat Epiphanius.

[k] Codex Bobiensis, *correpta fuerit, transfundetur.* Casinensis, *correpta fuerit, transfunditur.* Nos tamen, *correcta fuerit*, edidimus ex Epiphanio.

[l] Hinc patet apud Epiphanium pro *ὑμῖν* non esse legendum *ἡμῖν*, ut Petavius in margine emendandum esse monuit; nam hæc Turbo videtur narrasse antequam hæresim deposuisset. Vide pag. seq. num. 8.

[m] πλανηθέντες οὐκ ἐλάλησαν. ἐτύφλωσεν γὰρ αὐτῶν ὁ [v]Ἀρχων τὴν διάνοιαν. καὶ εἴ τις ἀκολουθεῖ τοῖς λόγοις αὐτῶν, ἀποθνήσκει εἰς τὸς αἰῶνας, δεδεμένος εἰς τὴν βῶλον, ὅτι οὐκ ἔμαθε τὴν γνῶσιν τῦ Παρακλήτου. ἐνετείλατο δὲ τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτῦ μόνοις, ὰ πλέον ἑπτά ἐστι τ ἀριθμόν· Ἐὰν ταύσησθε ἐθίοντες, εὔχεσθε, καὶ βάλλετε ἐπὶ τ κεφαλῆς ἔλαιον ἐξωρκισμένον ὀνόμασι πολλοῖς, πρὸς στηριγμὸν τῆς πίστεως ταύτης. τὰ δὲ ὀνόματά μοι οὐκ ἐφανερώθη. μόνοι γὰρ οἱ ἑπτὰ τέτοις χρῶνται. καὶ πάλιν τὸ παρ'

larum, quæ ab initio [m] ascenderunt, a quibus decepti, non sunt locuti in veritate; excæcavit enim Princeps ille [n] mentes ipsorum; et si quis sequitur verba ipsorum, morietur in sæcula, [o] devinctus intra massam, quoniam non didicit scientiam Paracliti. Præcipit autem electis suis solis, [p] qui non sunt amplius quam septem numero, ut cum [q] desinerent manducantes, orarent, et mitterent oleum super caput, [r] exorcidiatum, invocatis nominibus plurimis, ad confirmationem fidei [s] hujus; nomina tamen mihi non manifestavit, [t] soli enim illi septem utuntur his nominibus. Et [u] iterum hoc, quod

[m] Codex Bobiensis, *ascenderunt, quibus deceptis.* Epiphanius, *et ob id aberrantes.* Male autem ibi expungendam esse negativam particulam censuit Petavius, eam enim antiquus latinus interpres retinet; qui tamen legisse videtur in græco textu οὐκ ἐλάλησαν ἐν ἀληθείᾳ.

[n] Codex Bobiensis, *mentem illorum.* Ita et Epiphanius.

[o] Codex Bobiensis, *devictus*, quod est contra græci textus sensum.

[p] Idem codex, *qui sunt.* mala lectio.

[q] Codex Bobiensis, *desinerint.*

[r] Oleum exorcidiatum ait, pro exorcizatum, contra quam veteres interdum scribere solebant; hic enim syllaba *za*, in *dia*, convertitur, illi autem præpositionem græcam διὰ, et *j* consonans vocalibus adjunctum in ζ mutabant; sic *Zabulus*, pro *Diabolus*, et similia. Vide Barthium in notis ad Phœbadium cap. 1. (De particula διὰ in ζὰ Æolicum mutata consulendas monet Gallandius Observatt. ad Hesych. v. ζαδάλλειν.)

[s] Codex Bobiensis, *ad confirmationem fidei. Hujus nomina.* Casinensis, *ad confirmationem fidei. Horum nomina.* Nos juxta fidem græci apud Epiphanium textus emendavimus, *ad confirmationem fidei hujus. Nomina tamen*, &c.

[t] Codex Casinensis, *soli autem.*

[u] Bobiensis codex, *iterum quod.*

[x] ὑμῖν τίμιον καὶ μέγα ὄνομα Σαβαὼθ, αὐτὸ εἶναι τὴν φύσιν τῆ ἀνθρώπου, καὶ πατέρα τ ἐπιθυμίας, ᾗ διὰ τοῦτο [z] ἁπλάριοι προσκυνοῦσι τὴν ἐπιθυμίαν, Θεὸν αὐτὴν ἡγέμενοι. Περὶ δὲ τῆ Ἀδὰμ πῶς ἐκτίσθη, λέγει οὕτως. ὅτι ὁ εἰπὼν, Δεῦτε, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν, ἣ καθ' ἣν εἴδομεν μορφὴν, [y]Ἄρχων ἐστὶν, ὁ εἰπὼν τοῖς ἑτέροις [y]Ἀρχουσιν, ὅτι δεῦτε, δότε μοι ἐκ τῆ φωτὸς, οὗ ἐλάβομεν, καὶ ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμῶν τῶν Ἀρχόντων μορφὴν, καθ' ἣν εἴδομεν, ὁ ἐστὶ πρῶτος ἄνθρωπος· καὶ ὅτως ἔκτισε τὸν ἄν-

[x] apud vos magnum, et honorabile [y] est nomen Sabaoth, ille dicit naturam esse hominis, et patrem concupiscentiæ; et propterea, inquit, [z] simpliciores adorant concupiscentiam, Deum eam putantes. De Adam vero quomodo creatus sit, [a] ita dicit, quia qui dicit; [6] *Venite, faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram* [b] secundum eam, quam videmus formam; Princeps est, qui hæc dicit ad collegas suos Principes, id est, venite, date mihi de lumine, quod accepimus, et faciamus secundum [c] nostram, qui Principes sumus, formam, et secundum eam, quam videmus, quod est primus homo,

[x] Hinc patet apud Epiphanium legendum non esse ἡμῖν, ut paulo ante monuimus.

[y] Codex Bobiensis, *esset*.

[z] Quid Manichæis ἁπλαρίων, vox significaret, Eruditis explorandum reliquit Petavius. Verum hoc nomine catholicos, quasi *simpliciores*, ut antiquus latinus interpres transtulit ab eisdem designatos fuisse ex anathematismis, quos olim apud Græcos publice emittebant Manetis asseclæ, ad catholicam fidem venientes probat Ducangius in Glossario mediæ, et infimæ Græcitatis. Male autem in Cæsareæ bibliothecæ scripto codice, ex quo eosdem anathematismos a clarissimo viro Jacobo Tollio humanissime descriptos habeo, pro ἁπλαρίων, scribitur ἁπλαναρίων. Meliori tamen vocabulo eos ἁπλωτίρους vocat Manes in epistola ad Marcellum superius relata.

[a] Idem codex, *ita dicit. Venite.* Sed hæc mera est librarii hallucinatio. Cæterum dolose corruptum fuisse a Manete hunc Geneseos locum additione vocis, *venite*, testis est Epiphanius num. 56.

[b] Idem codex, *et secundum.*

[c] Codex Bobiensis, *nostram, quæ.* lectio improbanda.

[6] Gen. i. 26.

ἀνθρωπον. τὴν δὲ Εὔαν ὁμοίως ἔκτισαν, δόντες αὐτῇ ἐκ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν, πρὸς τὸ ἐξαπατῆσαι τὸν Ἀδάμ, καὶ διὰ τούτων γέγονεν ἡ πλάσις τοῦ κόσμου, ἐκ τῆς τοῦ Ἄρχοντος δημιουργίας.

XI. Τὸν δὲ Θεὸν μὴ ἔχειν μέρος μετ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, μηδὲ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς σεσυλῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀρχόντων, καὶ γενέσθαι αὐτῷ θλῖψιν. τοῦτο χάριν πέμπει, καὶ συλᾷ ἀπ' αὐτῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ καθ' ἡμέραν διὰ τῶν φωστήρων τούτων, ἡλίου, καὶ σελήνης, ὑφ' ὧν ὅλος ὁ κόσμος καὶ πᾶσα ἡ κτίσις ἁρπάζεται. τὸν δὲ λαλήσαντα μετὰ Μωϋσέως, καὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν ἱερέων, τὸν Ἄρχοντα λέγει εἶναι τοῦ σκότους. ὥστε ἕν εἰσι, καὶ τὸ αὐτὸ οἵ τε Χριστιανοὶ, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐθνικοὶ, τὸν αὐτὸν Θεὸν σέβοντες. ἐν οἷς ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ ἐξαπατᾷ

et ita hominem creaverunt. [d] Evam quoque similiter fecerunt, dantes ei de concupiscentia sua ad decipiendum Adam, et per hæc factum est figmentum [e] mundi per conditionem Principis.

XI. [f] Deum vero non habere partem cum mundo, nec gaudere super eo, [g] quod ab initio [h] furtum passus sit a Principibus, et aborta fuerit ei tribulatio; hac de causa mittit, et furatur ab eis animam suam quotidie per luminaria hæc, id est, per solem, et lunam, per quos universus mundus, et omnis creatura [i] raptatur. Illum vero, qui locutus est cum Moyse, et Judæis, et Sacerdotibus, Principem dicit esse tenebrarum, et ideo unum atque idem sunt Christiani, et Judæi, et [k] Gentes, eundem Deum colen-

[d] Codex Bobiensis, *qui Evam.*

[e] Male Casinensis codex, *mundum.*

[f] Codex Bobiensis, *Dominum, vero non habere patrem cum mundo.* Typographi forsitan error.

[g] Codex Bobiensis, *propter quod.*

[h] Male codex Casinensis, *furcam.*

[i] Codex Bobiensis, *rapatur.* Valesius autem recte correxit, *raptatur.*

[k] Codex Casinensis, *Gentes unum Deum.* Codex autem Bobiensis, *Gentiles eundem Deum,* quam lectionem, consona cum esset græco apud Epiphanium textui, nos retinuimus.

αὐτὸς, ἐκ ὧν ἀληθείας Θεός. διὰ τοῦτο οὖν ὅσοι ἐπ' ἐκεῖνον ἐλπίζουσι τὸν Θεὸν, τὸν μετὰ Μωϋσέως λαλήσαντα, καὶ τῶν Προφητῶν, μετ' αὐτοῦ ἔχουσι δεθῆναι, ὅτι οὐκ ἤλπισαν ἐπὶ τὸν Θεὸν τῆς ἀληθείας· ἐκεῖνος γὰρ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν ἐλάλησε μετ' αὐτῶν. μετὰ δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ τέλει λέγει, καθὼς αὐτὸς ἔγραψεν, ὁ Πρεσβύτης, ὅταν προφανῇ αὐτοῦ τὴν εἰκόνα, τότε ὁ Ὠμοφόρος ἀφίησιν ἔξω τὴν γῆν, καὶ ἔτως ἀπολύεται τὸ μέγα πῦρ, καὶ ὅλον ἀναλίσκει τὸν κόσμον. εἶτα πάλιν ἀφίησι τὴν βῶλον μετὰ τοῦ νέου αἰῶνος, ὅπως πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν δεθῶσιν εἰς τὸν αἰῶνα. τότε δὲ ταῦτα γενή-

tes; in concupiscentiis enim suis seducit eos, quia non est Deus veritatis. Propter hoc ergo quicunque in illum Deum [l]sperant, qui cum Moyse locutus est, et Prophetis, cum ipso habent vinculis tradi, quia non speraverunt in Deum veritatis; ille enim secundum concupiscentias suas locutus est cum eis. Post hæc vero omnia ad ultimum dicit, [m]sicut ipse scripsit, senior cum manifestam fecerit ejus imaginem, tunc ipse Omophorus extra se terram derelinquit, et ita dimittitur magnus ille ignis, qui mundum consumat universum; deinde iterum [n]dimittunt animam, quæ objicitur inter medium novi sæculi, ut omnes animæ peccatorum [o]vinciantur in æternum. Tunc autem hæc fient, [p]cum statuta venerit dies.

[l] Male Codex Bobiensis, *superant*.

[m] Casinensis, et Bobiensis codices habent, *sicut ipse senior scripsit. Cum manifestam*. At nos ex Epiphanio unius vocis transpositione locum restituimus. Senior autem ille, hoc est, πρεσβύτερος, idem esse videtur cum eo, quem infra seniorem tertium vocat. Præterea codex Bobiensis, pro *fecerit*, habet *feceris*.

[n] Codex Bobiensis, *dimittitur anima, quæ objicior inter medium novi seculi*. Græca sonant, *deinde iterum glebam novo cum æone mittit, ut omnes peccatorum animæ in æternum vinculis constrictæ teneantur*. Unde autem tanta inter textum græcum, et latinam versionem diversitas oriatur, ignoro.

[o] Codex Bobiensis, *vincantur*, quam lectionem mendosam esse græcus apud Epiphanium textus evincit.

[p] Codex Bobiensis, *cum ista tota venerit*; *probationes*, &c. Sed apud Epiphanium est, *cum statua venerit*.

σεται, ὅταν ὁ ἀνδριὰς ἔλθῃ. αἱ δὲ προβολαὶ πᾶσαι, ὁ Ἰησοῦς, ὁ ἐν τῷ μικρῷ πλοίῳ, καὶ ἡ Μήτηρ τῆς ζωῆς, καὶ οἱ δώδεκα κυβερνῆται, καὶ ἡ παρθένος τὸ φωτὸς, καὶ ὁ Πρεσβύτης ὁ τρίτος, ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ πλοίῳ, καὶ τὸ ζῶν Πνεῦμα καὶ τὸ τεῖχος τὸ μεγάλου πυρὸς, καὶ τὸ τεῖχος τὸ ἀνέμου, καὶ τὸ ἀέρος καὶ τὸ ὕδατος, καὶ τὸ ἔσωθεν πυρὸς τὸ ζῶντος, πρὸς τὸν μικρὸν φλοιῆρα οἰκοῦσιν, ἄχρις ἂν τὸ πῦρ καταναλώσῃ τὸν κόσμον ὅλον, ἐν ποσοῖς ποτὲ ἔτεσιν, ὧν οὐκ ἔμαθον τὴν ποσότητα. καὶ μετὰ ταῦτα ἀποκατάστασις ἔσαι τῶν δύο φύσεων. καὶ οἱ [v]Ἄρχοντες οἰ-

[q] Probationes autem omnes Jesus est in modica navi, et Mater vitæ, et duodecim Gubernatores, et Virgo lucis, et Senior tertius. Unde [r] et majori in navi vivens spiritus adhibetur, et murus illius ignis magni, et murus venti, et aëris, [s] et aquæ, et interioris ignis vivi, quæ omnia in luna habitabunt, usquequo totum mundum ignis absumat: in quot autem annis, numerum non didici. Et post hæc restitutio erit duorum [t] luminarium, et Principes habitabunt in infe-

[q] Hic locus mire in Bobiensi etiam codice est depravatus, in quo sic legitur. *Probationes autem omnes, Jesus est in modica navi, et Mater vitæ, et duodecim Gubernatores, et Virgo lucis, et Senior tertius. Unde et major in navi vivens Spiritus adhibetur, et murus ignis illius magni, et murus venti et aëris, et aquæ interioris ignis vivensque. Omnia in luna habitabunt usquequo totum mundum ignis absumat, in quem autem annorum, numerum non didici.* Videtur autem antiquus interpres non bene intellexisse quibusdam in locis vim græci textus, cujus verba apud Epiphanium ita latine sonant ex versione nostra. *Cunctæ vero propagationes, seu prolationes potestatum ex bono Deo, nempe, Jesus, qui in minori navigio manet, et vitæ Mater, et Gubernatores duodecim, et Virgo lucis, et Senior tertius, qui in majore navigio residet, et vivens Spiritus et ingentis ignis murus et murus venti, et aëris, et aquæ, et interioris ignis viventis; hæ inquam omnes propagationes, seu prolationes, apud minus luminare habitant, quousque ignis universum mundum absumat, id quod certo annorum spatio continget, quorum numerum nescio.* Sed de his Manichæorum ineptiis commodior nobis agendi locus erit in Manichæorum historia.

[r] Codex Casinensis, *majore navi*. Legendum autem, *majori in navi*. Græci enim textus apud Epiphanium hic est sensus.

[s] Codex Bobiensis, *et aquæ interioris ignis vivensque*. Casinensis, *eaque interioris vivi*. Nos ex græco textu latinum correximus.

[t] Codex Casinensis, *luminariorum*. Græca sonant, *duarum naturarum*.

κήσεσι τὰ κατώτερα μέρη ἑαυτῶν, ὁ δὲ Πατὴρ τὰ ἀνώτερα, τὸ ἴδιον ἀπολαβών. ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν διδασκαλίαν παρέδωκε τοῖς τρισὶν αὐτοῦ μαθηταῖς, κελεύσας ἕκαστον εἰς [z] κλίματα ὁδεύειν· καὶ ὁ μὲν [y] Ἄδδας τὰ τῆς Ἀνατολῆς μέρη ἔλαχεν, ὁ δὲ Θωμᾶς τὴν Σύρων γῆν κεκλήρωται, Ἑρμείας δὲ ἄλλος τὴν εἰς Αἴγυπτον πορείαν ἐποιήσατο. καὶ μέχρι σήμερον ἐκεῖσε διατρίβουσι, τὴν τοῦ δόγματος ὑπόθεσιν σῆσαι θέλοντες.

rioribus [u] partibus suis: Pater autem in superioribus, quæ sua sunt recipiens. Hæc est omnis doctrina, quam tradidit tribus discipulis suis, et jussit eos in tres mundi [x] plagas proficisci. [y] Adda partes sortitus est Orientis; Thomas vero Syrorum terras suscepit; Hermas vero ad Ægyptum profectus est, et usque in hodiernum, ibi degunt, dogmatis hujus gratia prædicandi.

XII. [z] Hæc cum Turbo dixisset, vehementer accendebatur Archelaus; Marcellus vero non movebatur, Deum expectans, [a] auxilium veritati suæ futurum: Archelao autem erat cura pro populo, tanquam pastori pro ovibus, cum luporum parantur insidiæ. Igitur Marcellus Turbonem muneribus plurimis [b] replevit, et in Archelai [c] episcopi domum residere præcepit. Eadem autem ipsa die adventavit Manes, adducens secum juvenes, et virgines electos [d] ad viginti duo simul; et primo omnium Turbonem [e] re-

[u] Hic lacuna est in codice Bobiensi, in quo etiam *recipies*, perperam legitur.

[x] Hinc patet recte Petavium in græco hujus loci textu pro κλήματα, ut perperam legitur in Basileensi Epiphanii operum editione, substituisse κλίματα.

[y] Codex Bobiensis, *ex quibus Adda*. Cæterum ex codice Bobiensi, et Epiphanio Casinensem supplevimus, in quo nulla Thomæ mentio.

[z] Huc usque Epiphanius.

[a] Codex Bobiensis, *auxilio*.

[b] Codex Bobiensis, *donavit*.

[c] Vox, *episcopi*, deest in Bobiensi.

[d] Codex Bobiensis, *ad duodecim*.

[e] Codex Bobiensis, *requirit*.

quirebat pro foribus Marcelli, quem cum non invenisset, ad Marcellum ingreditur salutandum. Quo ille viso, admiratus est primo habitus indumenta; habebat enim calceamenti genus, quod [f] quadrisole vulgo appellari solet; pallium autem varium, tanquam [g] aërina specie; in manu vero validissimum baculum tenebat ex ligno [h] ebelinó; Babilonium vero librum portabat sub sinistra ala; [i] crura etiam braccis obtexerat colore diverso, quarum una rufa, alia velut prasini coloris erat: [k] vultus vero ut senis Persæ [γ] artificis, et bellorum ducis videbatur. Igitur Marcellus statim ad Archelaum mittit, qui cum verbo citius affuisset, invehi in eum animo urgebatur ex ipso habitu, ac specie ejus, [l] et maxime quidem, quod et quæ Turbone referente cognoverat; secretius factum apud semetipsum retractaverat, et diligenter præparatus advenerat. At vero prudentissimus Marcellus omni contentionum studio sublato, utrumque audire [m] decernit, invitatis viris primariis civi-

[f] Codex Bobiensis, *trisolium*. Persas altis calceis usos fuisse ait Strabo lib. 15.

[g] Mire corruptus est hic Bob. cod. legit enim, *aër inaspici enim. Manus vero.*

[h] Codex Bobiensis, *ebilino*. Baculum ex ebeno gestasse Prophetas, hoc est, sacrarum rerum interpretes ex Callisthene probat Ducangius in Glossario verbo Ἐβίλινος.

[i] Hic lacuna est in codice Bobiensi.

[k] Casinensis, *vultus erat*.

[γ] [Ad hæc verba præstat in medium proferre quæ animadvertit Philippus Buonarruotius V. C. in Opere Italici inscripto, *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro*, edito Florentiæ 1716. pag. 69. Quum, inquit, hujus Disputationis Acta e Græco sint translata, hæc verba *artificis* et bellorum ducis, quæ cum præcedentibus minus recte cohærent, versa videntur ab interprete qui exemplari mendoso usus fuerit, quique sic legerit, ὡς δημιουργῷ καὶ στρατηγῷ, quum fuisset legendum, ὡς δημάρχου καὶ στρατηγῷ: quæ proinde verba hoc pacto vertenda essent, ut pro artificis legatur *principis populi* sive *tribuni*, et pro *bellorum ducis* legatur *magistratum gerentis*, juxta vim vocis στρατηγὸς, quæ quidem non tantum militare munus, sed etiam civile innuit. Idque confirmari potest auctoritate Plauti in *Curculione* Act. II. Scen. iii. vs. 6, 7. ubi utraque hæc vox, cum aliis muniis civilibus jungitur. *Nec strategus— nec demarchus* cet. GALLANDI.]

[l] Codex Bobiensis non habet, *quidem*.

[m] Codex Casinensis male, *cernit*.

tatis ; ex quibus judices elegit, religione gentiles, quatuor numero, quorum hæc sunt nomina, Manippus [n] grammaticæ artis, et disciplinæ rhetoricæ peritissimus, Ægialeus archiater nobilissimus, et literis apprime eruditus, Claudius et Cleobolus duo fratres egregii [o] rhetores. Fit ergo magnificus conventus, ita ut domus Marcelli, quæ erat immensa, repleretur ex his, qui ad audiendum fuerant [p] vocati : et cum in conspectu omnium constitissent ii, qui adversum se dicere proponebant, tunc illi electi judices excelsiores omnibus consederunt, atque Manæ dicendi initium datum est. Silentio igitur facto, [q] primum aggressus est hoc modo.

XIII. [r] Ego, Viri fratres, Christi quidem sum discipulus, apostolus vero Jesu ; pro nimia autem humanitate Marcelli adesse festinavi, ut qualiter oporteat observare modum divinæ religionis eum edoceam : ne sicut muta animalia, quæ intellectu carent, nec quid agunt advertunt, ita etiam Marcellus, qui nunc se velut deditium doctrinæ Archelai subjugavit, ad ultimum damno animæ feriatur, cum præparandæ divini cultus observantiæ ultra non habuerit facultatem. Scio autem et certus sum, quod [s] emendato Marcello, etiam vos omnes salvi esse poteritis ; ipsius enim judicio suspensa pendet urbs vestra : quod si ab unoquoque vestrum abjiciatur vana præsumptio, et ea quæ dicentur a me, veri amore audiantur, futuri seculi hæreditatem, cælorum regna capietis. Sum quidem ego Paraclitus, qui ab Jesu mitti prædictus sum, [7] *ad arguen-*

[n] Codex Bobiensis, *grammaticus et disciplinæ rhetoricæ artis peritissimus, et Ægidius.* Horum autem Judicum primum, Gentilium philosophiæ professorem, secundùm Medicum, tertium grammaticum, quartum rhetorem facit Epiphanius num. 10. (Κλεόβουλος exhibet Epiphanius.)

[o] Codex Casinensis, *rectores.*

[p] Codex Bobiensis, *convocati.*

[q] Codex Casinensis, *plurima.*

[r] Huc usque Valesius edidit ex codice Bobiensi.

[s] In codice Casinensi, *enim dato.*

[7] Joan. xvi. 8.

dum mundum de peccato, et de [t] *injustitia.* Sicut et qui ante me missus est Paulus, [s] *ex parte scire, et ex parte prophetare* se dixit, mihi reservans, quod perfectum est, ut hoc quod ex parte est, destruam. Tertium ergo testimonium accipite, apostolum me esse Christi electum; et si vultis mea verba suscipere, invenietis salutem; nolentes autem, vos æternus ignis absumere habet. Sicut enim Hymenæus et Alexander [9] *traditi sunt Satanæ, ut discerent non blasphemare;* ita et vos omnes pœnarum Principi trademini, pro eo quod manus injecistis in patrem Christi, cum eum dicitis causam esse omnium malorum, et conditorem injustitiæ, et totius iniquitatis creatorem, ex eodem fonte dulcem et amaram producentes aquam: quod fieri aut intelligi nulla ratione possibile est. Cui enim oportet credi? magistris vestris istis, qui carnibus vescuntur, et affluentissimis deliciis perfruuntur, aut Salvatori Christo Jesu dicenti, sicut scriptum est in Evangeliorum libro, [1] *Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere?* Et alio in loco, patrem diaboli, *mendacem, et homicidam ab initio* esse confirmat. [u] Rursum desiderium fuisse tenebris, ut insequerentur illud, quod de luce initio fuerat prolatum verbum; et inimicum hominem zizaniorum seminatorem, [2] et principem seculi mundi hujus Deum, qui hominum mentes excæcat ut in evangelio Christi deserviant. Bonus est iste Deus, qui suos homines salvari non vult? Et, ut ne multa alia revolvam, et spatium temporis obteram, veræ doctrinæ [x] diffe-

[t] Videtur hic locus a Manete, vel ab imperito librario corruptus; nam in sacro textu, *justitia*, scribitur contrario sensu. Varia autem Sacræ Scripturæ loca dolose interpolasse, atque corrupisse Manetem diserte Archelaus asserit infra cap. 53. et ex Epiphanio colligitur in ejusdem hæresi num. 56.

[u] Videtur respicere Manes ad illa Joan. i. 5. *Et tenebræ eum non comprehenderunt.*

[x] In codice, Casinensi *disserens* legitur.

[s] 1 Cor. xiii. 9.

[9] 1 Timoth. i. 20.

[1] Mat. vii. 18. Joan. viii. 44.

[2] Mat. xiii. 25. Eph. vi. 12.

rens tempus, hæc dixisse sufficiat, et ad propositum redeam, ut competenter ostendam istorum absurdam esse doctrinam, nec quicquam Deo, et Patri Domini nostri Salvatoris adscribendum, sed malorum nostrorum causam accipere Satanam: in ipsum etenim rejiciendum, quod omnia hujuscemodi mala ab ipso generentur. Sed et ea, quæ in prophetis, et lege scripta sunt, ipsi nihilominus adscribenda sunt; ipse est enim, qui in prophetis tunc locutus est, plurimas eis de Deo ignorantias suggerens, et tentationes, et concupiscentias. Sed et devoratorem eum sanguinis, et carnis ostendunt; quæ omnia ad eum pertinent Satanam, et ad prophetas ejus, quæ transformare voluit in patrem Christi, et scribere pauca quædam vera, ut per hæc etiam cætera, quæ sunt falsa, crederentur. Unde bonum nobis est ex omnibus, quæ usque ad Joannem scripta sunt, nihil omnino suscipere, a diebus vero ejus evangelizatum regnum cælorum solum amplecti: semetipsos enim irriserunt, ridicula et ludicra introducentes, exiguis quibusdam verbis in lege adumbratis, ignorantes quia malis si admiscerentur bona, malorum corruptione etiam, quæ bona sunt, exterminantur. Et si quidem est quisquam, qui possit ostendere, legem recti tenentem esse, debet custodiri; sin autem malam ostendero, interimenda est et abjicienda, quippe quæ [y] mortis [1] ministerium continet informatum, quæ vultus Moysi gloriam, contegens, destruxit. Non est igitur sine periculo cuiquam vestrum pariter cum lege et prophetis Novum [z] Testamentum, tanquam unius sint utraque, docere, quippe cum renovet de die in diem Salvatoris nostri eruditio:

[y] Hic unus ex illis Sacræ Scripturæ locis esse videtur, quos Manes, Archelao teste in cap. 53. hujus disputationis, ad suam fulciendam hæresim corrupit: nam diversum sensum præ se ferunt Pauli verba, ad quæ respicit, tam in vulgata editione, quam apud Archelaum nostrum infra cap. 43.

[z] Ita codicis Casinensis lectionem correximus, in quo scriptum est, *novum testimonium, tum tanquam.*

[1] 2 Cor. iii. 7.

illa vero veterascens et senescens prope exterminium fiat. Quod manifestum est his, qui discretionem habere possunt; quia sicut arboris cum senuerint rami, vel truncus fructum ultra non affert, sed abscinduntur, et membra corporum, cum corrupta fuerint, amputantur: corruptionis enim virus ex membris per omne corpus infunditur, et nisi artificis diligentia remedium morbus acceperit, corpus omne vitiatur; ita ergo et recipientes legem, nisi cognoveritis cujus sit, animas cum salute perdetis. [4] *Lex enim, et prophetæ usque ad Joannem Baptistam*, a Joanne vero lex veritatis, lex promissionum, lex cælorum, lex annuntiatur humano generi nova. Equidem donec non erat qui verissimam scientiam Domini nostri Jesu vobis ostenderet, peccatum non habebatis: nunc autem et videtis, et auditis, [a] et in inscitias ire vultis, ut legem, quæ destructa est et relicta, [b] sicut Paulus, qui apud vos probatissimus habetur, ait in quadam epistola sua hoc modo, [5] *Si enim quæ destruxi, hæc iterum reædifico, prævaricatorem me constituo.* Hoc autem dicit, gentiles eos judicans, propter quod sub elementis mundi essent, priusquam veniret plenitudo fidei, credentes in lege, et prophetis [6].

XIV. JUDICES DIXERUNT, Si quid adhuc manifestius habes dic de doctrinæ tuæ modo, et fidei titulo. MANES DIXIT, Ego duas naturas esse dico, unam bonam, et alteram malam, et eam quidem, quæ bona est, in quibusdam partibus habitare; malam vero esse tam mundum hunc, quam omnia, quæ in eo sunt, quæ quasi ergastula in parte maligni posita sunt, sicut ait Joannes, [7] *Totus mundus in maligno est positus:* et non in Deo. Propterea duo loca esse diximus, unum bonum, et alium, qui extra eum est, ut in his spatium habens, posset in se suscipere creaturam mundi. Si enim dicimus monarchiam unius naturæ, et

[a] Locus corruptus: forte, *et inficias.* (immo *edisris* pro *audisris* legend. vid. Joan. xv. 24.)

[b] Deest fortasse, *observatis*, vel quid simile.

[4] Luc. xvi. 16. [5] Gal. ii. 18. [6] Ibid. iv. 3. [7] 1 Joan. v. 19.

omnia Deum replere, et nullum esse extra eum locum, quis erit creaturæ susceptor? ubi gehenna ignis? ubi tenebræ exteriores? ubi fletus? In ipso dicam? Absit; alioquin etiam ipse in his pariter cruciabitur. Non ista sentiatis quicunque salutis vestræ curam geritis? exemplum enim vobis dicam, ut plenius intelligatis. Unum vas est mundus; [c] quod Dei substantia totum hoc vas replevit, quomodo jam potest in ipso vase aliquid amplius reponi? Si repletum est, quomodo suscipiet quod ponitur, nisi evacuetur de vase pars aliqua? Aut quo proficiet, quod evacuabitur, cum locus non sit? Ubi terra? ubi cælum? ubi abyssus? ubi stellæ? ubi sedes? ubi Potestates? ubi Principes? ubi tenebræ exteriores? quis est qui horum posuit fundamenta, et ubi? Non potest aliquis dicere, nisi forte blasphemet. Quomodo autem et condere potuit creaturas non subsistente materia? si enim de non extantibus, consequetur [d] has visibiles creaturas meliores esse, et omnibus virtutibus plenas. Quod si malitia est, et mors in eis, et corruptio, et si quid bono contrarium est; quomodo ex alia natura factas esse eas dicimus? Si vero consideretis quomodo generentur filii hominum, invenietis non esse Dominum hominis creatorem; sed alium, qui et ipse ingenitæ est naturæ, cujus conditor nullus, nec creator, nec factor est, sed sola malitia sua talem eum protulit. Est igitur vobis hominibus commixtio cum uxoribus vestris de hujuscemodi occasione descendens. Cum quis vestrum carnalibus aliisque cibis fuerit satiatus, tunc ei concupiscentiæ oboritur incitatio, et ita generandi filii fructus augetur, ut non ex virtute aliqua, nec ex philosophia, nec ex alio ullo intellectu; sed ex sola ciborum satietate, et libidine, et fornicatione. Et quomodo mihi quisquam dicet, quia ad imagin[illegible] Dei factus est pater noster Adam, et ad similitudinem, et similis est ei, qui fecit eum? Quomodo omnes, qui ex eo generati sumus, simi-

[c] (for. *quod si*, ut sæpe infra.) [d] In codice Casinensi est, *consequentem*.

les ei sumus? imo vero e contrario plurimæ nobis sunt formæ, diversi vultus ferentes effigiem? Quod quam verum sit demonstrabo vobis in parabolis. Intuemini mihi aliquem volentem [d] thesaurum, aut aliquid aliud signare, et accepta cera, vel luto velle vultus sui signaculum, quod gerit, exprimere; quod si alius quoque vultus sui figuram similiter expresserit, numquid simile signaculum apparebit? Nequaquam; etiamsi vos nolitis, quod verum est, confiteri. Quod si non sumus similes in signaculo, sed est in nobis differentia; quomodo non probatur Principum nos, et materiæ esse facturam, [e] secundum enim ipsorum formam, et similitudinem, et imaginem etiam nos existimus formæ diversæ. Quod si eam, quæ ex initio facta commixtio est, et qualiter facta sit, vultis ediscere, edicam.

XV. JUDICES DIXERUNT, Non prius quæritur quomodo facta sit prima commixtio, nisi prius detur ratio, duo esse principia naturalia. Cum enim claruerit duo

[d] Antiquos anulis omnia signasse, quæ a domesticorum, et servorum rapinis vindicare satagebant, arcas, armaria, amphoras, penum, aliaque furto ac rapinæ obnoxia, res notissima est antiquitatis Romanæ et Græcæ studiosis, deque ea post alios late agit Kirchmanus de Anulis cap. 10. Anuli ad hoc facti, *signatorii*, et *sigillatorii*, et a Vopisco in Aureliano, *sigillaritii* nuncupantur; quin et *signacula*, ut Archelai disputationis interpres vertit, dici posse scite tradit Salmasius de subsignandis testamentis cap. 19. Cera autem in hanc rem usos fuisse veteres late probat Vossius de Idololatria lib. iv. cap. 91. De creta, quam *lutum*, idem Archelai interpres vocat, testis est Servius in lib. iv. Æneidos ad illa verba; Longæva Sacerdos, ubi Sibillæ apud Cumas agenti, ab Erythræis epistolam missam fuisse refert, *creta antiquo more signatam*. Meminit Herodotus in Euterpe γῆς σημαντρίδος, *terræ signatricis*, et Cicero orat. 4. in Verrem epistolæ *cretula* signatæ Cujus autem generis esset hæc terra ex eodem Cicerone liquet in Or. pro Flacco, ubi sic ait. *Hæc quæ a nobis prolata laudatio obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere est omnibus nota nobis, qua utuntur omnes non modo in publicis, sed et in privatis literis.* Pinguis enim, lenta, et glutinosa est creta illa. Denique de proprii vultus imagine in anulis interdum representata locus est Plauti in Pseudolo scen. 1. *Ea causa miles hic reliquit symbolum, Expressam in cera ex anulo suam imaginem.* Cæterum thesauri sigillo obsignati mentio est apud Theodoretum in orat. 5. de providentia haud procul ab initio, ubi de apibus.

[e] In codice Casinensi erat, *sed Deum enim*, nullo sensu, nos ex ingenio, ut editum est, correximus.

esse ingenita, tunc etiam reliqua fidem capient, etiam si para aliqua non accommodaverit assensum: judicandi enim nobis potestate permissa dicemus, quod nostræ opinioni claruerit. Demus tamen, et Archelao dicendi facultatem ad hæc, ut quæ ab utroque dicta fuerint comparantes, pro veritate possimus ferre sententiam. ARCHELAUS DIXIT, Tametsi ingentis audaciæ, et blasphemiæ plena est intentio adversarii. MANES DIXIT, Audite Judices, [f] quid dixerit, adversarii? Ergo duæ res sunt. ARCHELAUS DIXIT, Insaniæ magis quam prudentiæ videtur mihi plenus iste, qui mihi hodie controversiam movet, quia dixero *adversarii;* sed ablata tibi est in modico sermone objectio: [§] tametsi quidem ex hoc arbitratus es me affirmaturum duas esse naturas. Ingentem doctrinam ferens ades; neutrum enim eorum, quæ asseris, stat. Potest enim is qui non natura, sed proposito adversarius est, amicus effectus, non esse adversarius, et ita cum alter e nobis alteri acquieverit, unum atque idem uterque apparebit; quæ causa indicat creaturas rationabiles libero arbitrio esse permissas, unde et conversiones recipiunt, et [h] ideo ingenitæ naturæ esse non possunt. Quid ergo ais? duæ istæ naturæ inconvertibiles sunt, an convertibiles, aut una eorum convertitur? At vero Manes remoratus est non inveniendo responsum; intuebatur enim quod ex utroque concluderetur retractans; quia si dicam converti eas, respondebit mihi illud, quod in evangelio scriptum est de arboribus; quod si negem esse convertibiles, permixtionis statum, et causam necessario [i] expetet. Interea aliquando respondit Manes, inconvertibiles quidem sunt utræque,

[f] Forte, *quod dixerit*, vel, *quia dixerit.*

[§] In hunc locum restituimus; nam in codice legebatur, *tam si quidem ex hoc arbitratus est te affirmaturum.* Sed supra vocem *tam*, quædam incola litteræ *e*, similis apparebat, quam particulæ *et*, compendium esse putavimus.

[h] Forte, *et ideo duæ ingenitæ naturæ esse non possunt.*

[i] In codice Casinensi erat, *expetit.*

quantum [k] spectat ad contraria, convertibiles vero, quod spectat ad propria. ARCHELAUS DIXIT, Videris mihi delirus esse, et obliviscens propositionum tuarum; sed ne eorum quidem, quæ [l] didicisti, verborum virtutes, vel qualitates agnoscere. Neque enim conversio quid sit agnoscis, neque quid sit ingenitum, aut quid dualitas, non quid præteritum, vel quid præsens, quidve futurum sit, sicut ex his, quæ a te nunc dicta sunt, adverti. Inconvertibilem enim esse affirmasti utramque naturam, quantum ad contraria [m] spectat; convertibilem vero, quantum ad propria. Ego vero dico, quia qui in propriis vertitur, non excedit a se, sed est in eisdem, quibus semper est inconvertibilis; qui vero recipit convertibilitatem, hic extra propria effectus, devenit in aliena.

XVI. JUDICES DIXERUNT, Convertibilitas illum, cui accidit, transfert in alium; ut si dicamus, Judæus, si velit fieri Christianus, aut si Christianus velit esse Gentilis, hæc species est convertibilitatis, et causa. Neque vero si Gentilis, cum in omnibus propriis suis maneat, ac Diis suis hostias offerat, templisque ex more deserviat, donec perseverat in propriis, ac proficit, numquid dici potest esse conversus? Quid igitur dicis? recipiunt convertibilitatem an non? Et immorante Mane, ARCHELAUS AIT, Si quidem [n] convertibiles esse dicit utrasque naturas, quid est, quod impediat, uti ne unum atque idem eas esse opinemur? Si enim inconvertibiles sunt, non est in his naturis, quæ similiter inconvertibiles sunt, et similiter ingenitæ, ulla discretio, neque altera ex his bona agnoscitur, aut mala. Quod si convertibiles sunt, scilicet provenire potest et bonum effici malum, et malum bonum. Si enim

[k] In eodem codice tam in hoc commate, quam in sequenti, perperam legitur *expectat*.

[l] Forte, *dixisti*.

[m] Et hic male legitur in codice Casinensi, *expectat*.

[n] (For. *inconvertibiles*.)

hoc provenire possibile est, quare non unum dicamus ingenitum, quod intelligere magis dignum est juxta rationem veritatis? Intueri enim oportet, quomodo malus ille fuerit ab initio, aut in quos malitiam exercuerit ante mundi constitutionem. Cum cælum nondum extitisset, et nondum terra subsisteret, non homo, non animal, in quos exercebat malitiam? quem opprimebat injuste? quem spolians occidit? Quod si suis eum dicas extitisse malum, sine dubio ergo ostenditur illum bonæ esse naturæ. Si vero et illi omnes mali sunt, quomodo potest Satanam, et Satanas ejicere? Sed conclusus [o] sermone convertis, ut dicas, bonus vim passus est a malo. Sed nec hoc quidem est tibi sine periculo dicere, ut lucem victam esse confirmes; quod enim vincitur, vicinum habet interitum. Quid enim ait sermo divinus? [6] *Quis enim potest introire in domum fortis, et diripere vasa ejus, nisi illo sit fortior.* Quod si hominibus eum malum extitisse dixeris, et ex eo malitiæ suæ indicia demonstrasse; ergo ante hoc bonus fuit, et convertibilitatem recipit ex eo, quod [p] creati hominis causa invenitur extitisse malitiæ. Sed postremo dicat quod est malum, ne forte nomen solum defendat, aut adstruat. Quod si non nomen mali, sed substantia; fructus nobis malitiæ et nequitiæ hujus exponat, quoniam non agnoscitur unquam arboris natura sine fructu [7].

XVII. MANES DIXIT, Constet apud te prius, quia est radix alia malitiæ, quam non plantavit Deus, et tunc tibi dicam fructus ejus. ARCHELAUS DIXIT, Non hoc veri expetit ratio; neque enim assentiar tibi radicem esse malæ arboris illius, de cujus fructibus nunquam ullus gustaverit. Tanquam si velit aliquid quis emere; nisi prius gustando discat, utrum arida sit species, aut liquida, pecuniam non profert; ita neque ego tibi assentiar esse arborem malam et pessimam, nisi prius qualitas fructuum ejus fuerit mani-

[o] Forte, *sermonem convertis.*
[6] Marc. iii. 27.
[p] Forte, *creatio hominis.*
[7] Mat. vii. 18.

erit, qui post hominem, qui factura est, malus effectus est? Sed ex hominis [p] tempore a se creati, cur malus ostendatur? Quid in eo concupivit, si omne corpus suæ facturæ erat, quid zelatus est? Qui enim zelatur, aut concupiscit, meliora, et aliena concupiscit. Si ergo [q] ex eo homo est, mala natura demonstratur, quomodo suus fuit, sicut frequenter ostendi, homo? Si enim suus erat homo, malus erat etiam ipse, tanquam talis arboris fructus; mala enim arbor, sicut ais, malos fructus facit. Cum omnes enim mali essent, quid desideravit, aut unde initium malitiæ ostendit, si ex tempore plasmati hominis malitiæ ejus homo causa est? Lege autem ac precepto sibi dato, homo poterat nequaquam obtemperare serpenti, et his quæ ab eo dicebantur; cui si non obtemperasset homo, qua ex causa malus fuisset? Quod si ingenitum est malum; et quomodo interdum homo fortior illo invenitur? Obtemperans enim mandato Dei frequenter vincet omnem malitiæ radicem; et ridiculum est, si iste qui factura est, fortior inveniatur ingenito. Cujus autem est lex et mandatum, illud dico, quod homini datum est? Sine dubio confitebitur Dei esse. Et quomodo potest dari lex alieno? aut inimico quis potest dare præceptum? Aut ille, qui accipit præceptum, quomodo potest adversus Diabolum, id est, adversus creatorem suum pugnare, tanquam si filius patri, cum beneficiorum debitor sit, irrogare velit injurias? Ita in hac parte inutilitatem hominis designas, si per legem et mandatum adversus eum, qui plasmaverit, dicat, atque eum vincere conetur. In tantum enim stoliditatis progressum esse ipsum Diabolum putabimus, quod adversum se hominem fecisse non senserit, nec animadverterit quid futurum esset, nec providerit quid sequeba-

[p] Prima facie hic locus videbatur esse corruptus, sed modica vocum transpositione clare sensus ejus constabit, ut sit; sed ex tempore hominis a se creati, hoc est, quo hominem ipse creavit, cur malus ostendatur.

[q] (For. *ex quo*, et *ostendis* pro *ostendi*.)

tur; cum etiam in nobis, qui factura sumus, sit aliqua vel parva scientia, inest et aliquid prudentiæ, et existimationis nonnunquam certæ? Et quomodo ingenito ne exiguum quidem providentiæ fuisse credimus, neque existimationis, aut intellectus; sed brutissimus sensu, et obtusissimi cordis, et naturæ pecoris invenitur, secundum assertionem, videlicet, tuam. Quod si ita est; quomodo homo, qui ingenio, atque scientia non parum pollet, ab eo, qui ignarus omnium atque hebes sensu est, potuit accepisse substantiam? Quomodo hujuscemodi auctoris opus esse hominem audebit aliquis confiteri? Quod si homo anima est, et corpus, et non solum corpus sine anima, quæ sine se subsistere non possunt; quare ea inimica sibimet dices et contraria? Videtur enim mihi Dominus noster Jesus Christus de his dixisse per parabolas, [9] *Nemo potest vinum novum in utres veteres mittere, alioquin rumpentur utres, et vinum effundetur.* Sed vinum novum in utres novos mittendum est; quoniam quidem idem Dominus est utris, et vini; nam etsi diversa substantia sit, sed dominatione, et observantiæ usu ex his duabus una persona subsistit. Non enim animam dicimus substantiæ unius esse cum corpore, sed habere unumquodque qualitatem suam; et tanquam ad unum genus, atque unam speciem hominum, uter, ac vinum comparatur, ita ab uno Deo hominem editum ratio expetit veritatis: gaudet enim anima corpore, et diligit, et colit illud, nihilominus etiam corpus gaudet ab anima se vivificatum. Quod si maligni opus dicat esse quis corpus, cum sit et corruptibile, ac vetustum, atque deterrimum, non potest ferre spiritus virtutem, nec animæ commotionem, et ejus splendidissimam creaturam. [1] Sicut enim si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit, ita etiam corpus, si præclarissimo operi, animæ adsociatum fuerit, interiret. Similiter et si quis inferat lucernæ lumen in locum tenebrosum, fu-

[9] Matth. ix. 17. [1] Matth. ibid. 16.

gantur continuo tenebræ, nec apparent; ita intelligendum est, anima corpori inserta, continuo tenebras effugatas, et unam jam effectam esse naturam, atque unum hominem in unam speciem constitutum, et ita conveniet consonanter vinum novum esse missum in utres novos, et assumentum panni rudis assutum non esse veteri vestimento. Sed ex hoc ostendere possumus consonantiam esse virtutum in utraque, id est, corporis, atque animæ substantiâ, in qua ait scripturarum Doctor maximus Paulus, [2] *Deum in corpore, sicut voluit, unumquodque membrum posuisse.*

XIX. Quod si tibi id difficile videtur intellectu, nec acquiescis his dictis, saltem exemplis tibi affirmabo. [3] Intuere hominem templum esse quoddam, sicut scriptum est; spiritus autem, qui in ipso est, referat ejus formam, qui inhabitat templum; neque ergo templum constitui potest, non agnito prius habitatore templi, neque inhabitator collocatur, si templum non sit extructum. Cum ergo utrunque una ac pariter dedicetur; quomodo in his inimicum aliquid aut contrarium inveniri potest, et non potius ab amicis, atque idem volentibus utrunque videtur effectum? Et ut scias, quoniam et amicitia, et genere conjuncti sunt, [p] qui scit et audit, *Faciamus hominem*, et reliqua, respondit. [q] Hic enim, qui templum extruit, interrogat illum, qui informat simulacrum, mensurasque etiam magnitudinis, ac latitudinis, vastitatisque perquirit, ut ita fundamentorum spatia describat; neque enim in vanum quis templum extruit, nisi mensuras collocandi didicerit simulacri. Similiter igitur perquiritur modus corporis, atque mensura, ut possit apte in eo anima collocari ab artifice omnium Deo. Quod si dicat quis inimicum esse eum, qui plasmaverit corpus, [r] Deus, qui creator est animæ meæ, quomodo non, dum alteri invidet, alterius

p (For. *qui scitum exaudit.*)

q Forte, *Sic enim qui templum extruit.* In codice enim erat, *extruis.*

r In codice Casinensi, *Deum.* (for. reponend. *Deo.*)

[2] 1 Cor. xii. 18. [3] 1 Cor. iii. 17. et 2 Cor. vi. 16.

operi irrogavit infamiam, ut aut ille, qui templum extruit, angustum faciat, ita ut capere non possit quod collocatur? aut ille qui simulacrum fecit, quomodo non grave aliquid pertulit, et ponderosum, quo intromisso, templum continuo concideret? Secundum hoc, quod novimus esse inimicorum studia, contemplemur hæc, si non ita se habent; sin autem oportet omnia iisdem mensuris, eadem æquitate disponi, similique gloria efferri; quid adhuc de hoc dubitamus? Addimus tantum, si placet, etiam illud exemplum, similis videtur esse homo navi, quæ instructa ab artifice, atque in mare deducta est, quamque navigare impossibile est sine gubernaculis, quibus regi et flecti possit in quæcunque loca voluerit gubernator ejus. Et quia eodem artifice indigeat corpus gubernaculorum, quo et totius navis, nulli dubium est; sine gubernaculis enim otiosum erit omne navis opus, corpus illud immensum. Ita ergo animam corporis gubernacula dicimus, reguntur autem utraque arbitrii atque animæ libertate, quo velut gubernatore utimur; [s] quæ cum per conjunctionem unum effecta, consonantiam officii sui continent ad omne opus, quodcunque ex semetipsis efficiunt, uni auctori et conditori testimonium ferunt.

XX. His auditis, turbæ, quæ aderant, vehementer gavisæ sunt, ita ut pene manus injicerent in Manem, quos vix Archelaus cohibens et reprimens, conquiescere fecit. JUDICES DIXERUNT, Sufficienter ostendit Archelaus hominis et corpus, et animam unius esse factoris, eo quod consonare in conjunctione non possit opus unius, si propositum artificis a se dissentiret alterius. Quod si dicatur unum explicare utrumque minime valuisse, infirmitatem ostendit artificis; quia et si dicat quis animam boni Dei esse, otiosum opus invenitur hominis, nisi etiam corpus acceperit. Quod si rursum corpus mali Dei dicatur esse figmentum, otiosum nihilominus erit, si animam non ac-

[s] In codice Casinensi est, *quæ cum conjunctionem.*

ceperit: quæ utique nisi commixtione, atque sibi invicem fuerit inserta cum corpore, homo nec erit, nec dicetur. Unde multis exemplis approbavit Archelaus, totius hominis unum atque eundem esse factorem. ARCHELAUS DIXIT, Scire te non dubito, Manes, hoc; quod generantis aut creantis filius dicitur ille, qui [t] natus est, et creatus. Quod si malignus hominem finxit, pater ejus esse debet secundum naturam. Et cui ergo dicebat Dominus Jesus, docens orare homines, [4] *Sic dicite cum oratis, Pater noster, qui es in cœlis?* Et iterum, [u] *Orate patrem vestrum, qui est in occulto* [5]*?* De Satana autem dixit vidisse se eum, [6] *Sicut fulgur cadentem de cœlo.* uti ne quisquam audeat dicere, quod ipsum nos docebat orare; neque enim descenderat Jesus, ut homines conjungeret et reconciliaret Satanæ, quin potius conterendum eum sub pedibus fidelium suorum tradidit. Sed ego beatiores istos dicam esse Gentiles, qui multos quidem introducunt Deos, unanimes tamen, atque amicos eos confitentur; hic vero duos introducens, inimicitias inter eos, discordemque sententiam non erubescit astruere. [x] Quod si simulatos sub hujuscemodi conditione [y] introducerent Deos, ludum jam gladiatorium inter eos erat videre, innumeras habentes naturas, diversasque sententias.

XXI. Jam vero de interiore, atque exteriore homine quid me necesse est dicere, cum Salvatoris voce dicatur ad eos, qui camelum glutiunt, et deforis hypocritæ sunt, blandimentis atque adulatione circumdati, ad quos Jesus ait, [7] *Væ vobis Scribæ, et Pharisæi hypocritæ, quare, quod deforis est catini, et calicis lavatis; quod autem intus est,*

[t] In eodem codice legitur, *natus est creatus.*

[u] Melius in Vulgata, *Ora Patrem tuum in abscondito.*

[x] In codice Casinensi, *Quod simulatos.*

[y] In Casinensi codice est, *introduceret.* Sed hic de Gentilibus loqui palam est, quare legendum, *introducerent.*

[4] Mat. vi. 9. Luc. xi. 2.

[5] Mat. vi. 9.

[6] Luc. x. 18.

[7] Mat. xxiii. 26. Luc. xi. 39.

immunditia plenum est? Aut nescitis, quia qui fecit, quod foris est, et quod de intus est, fecit? Nunquid de catino, et de calice loquebatur? Nunquid vitriarius erat, qui hæc dicebat, aut figulus, ex luto fingens vasa? Nonne de corpore, atque anima evidentissime loquebatur? Quoniam quidem [8] Pharisæi aneti, et cimini decimas expectantes, quæ erant graviora legis relinquebant, [z] et his quæ extrinsecus erant, adhibentes diligentiam, contemnebant ea, quæ ad salutem animæ pertinebant; [9] expectabant etiam salutationes in foro, et primos [a] discubitus in cœnis, quos sciens Dominus Jesus perditos esse, dicebat eis, quia his solis rebus, quæ deforis erant, adhiberent diligentiam, et ea quæ intrinsecus erant contemnerent, velut aliena; ignorantes quoniam qui corpus fecerat, ipse fecit et animam. Et quis ita lapideus est, et stolidus, ut non ad omnia ei iste sermo sufficiat? Cui sermoni consonans Paulus ait, interpretans ea, quæ in lege scripta sunt, hoc modo: [t] *Non infrænabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo?* [b] *Aut propter nos utique dicit?* Sed quid immoramur ulterius? adjiciam tamen pauca de pluribus. Si duo sunt ingenita, et his loca certa decernimus, dividitur Deus, si intra certum locum est, et non ubique diffunditur, et erit multo inferior loco, in quo est, ([c] majus enim quod continet semper eo, quem continet) et efficitur Deus ejus magnitudinis, cujus est locus, in quo continetur, sicut homo, si sit in domo. Deinde ratio requirit, quis est, qui inter eos diviserit, aut quis eis certos terminos statuerit, et invenitur jam uterque multo inferior [d] virtutis hu-

[z] In eodem codice, *ex his.*

[a] Hic mire depravatus est codex Casinensis, legit enim, *primos discipulos subitos in cœnis, quod scientes Dominus.* Nos eum ex sacro textu restituimus.

[b] Melius vulgata, *An propter nos.*

[c] In Casinensi, *malus*, nullo sensu.

[d] (For. Græcismus est. Confer p. 193. l. 2. et p. 205. l. 2.)

[8] Mat. xxiii. 23. [9] Luc. xx. 46. Mat. xxiii. 6. Marc. xii. 38.

[t] 1 Cor. ix. 9.

manæ. Lysimachus enim et Alexander totius mundi imperium tenuerunt, omnesque nationes barbaras, atque omne genus hominum subjicere potuerunt, ita ut non esset alius Imperator per illud tempus præter ipsos sub cælo. Et quomodo audebit quisquam dicere, non ubique esse Deum, qui est lumen verum indeficiens, cujus est regnum sanctum, et sempiternum, [d] ceu nequissimi istius impietas, qui nec [e] æqualem quidem cum hominibus potestatem omnipotenti Deo tribuit.

XXII. JUDICES DIXERUNT, Lumen in tota domo lucere scimus, et non in una aliqua parte, sicut et Jesus dicit quia [2] *Nemo lucernam accendens ponit sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.* Si ergo lumen est, necesse est illud (si tamen Jesus creditur) mundo universo lucere, et non per partes; [f] a quo si universum obtinet mundum, ubi jam ingenitæ tenebræ, nisi forte accidentes intelligantur? ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem multo melius a vobis intelligitur sermo Evangelicus, quam ab isto, qui se Paraclitum esse profitetur, quem ego magis Parasitum, quam Paraclitum dixerim, dicam ego quomodo acciderint tenebræ. Cum lux esset ubique diffusa, mundum cœpit Deus condere, initium a cælo, et terra sumens, in quo ita ratio evenit, ut medietas, quæ est terræ locus umbra obtectus, [g] objecta videlicet earum, quæ factæ sunt, creaturarum, inveniretur obscurus, ita ut res expeteret introduci lucem huic ipsi in medietate posito loco. Unde et in Genesi Moyses enarrans facturam mundi, nequaquam facit tenebrarum mentionem, aut quasi factæ sint, aut non factæ; sed ipse tacuit, his, qui possint advertere, derelinquens rationem hu-

[d] In codice Casinensi est, *eu*, quod legendum putavimus, *ceu*.

[e] Ita depravatum locum ex ingenio restituimus; nam in codice Casinensi scribitur. *Nec quæ vellem quidem.*

[f] Forte, *atqui*.

[g] In Casinensi codice, *obtectu*.

[2] Mat. v. 16.

jus intellectus; quæ quidem nec satis est ardua atque difficilis: cui enim non fiat manifestum, solem istum visibilem, cum ab oriente fuerit exortus, et tetenderit iter suum ad occidentem, cum sub terram ierit, et interior effectus fuerit ea, quæ apud Græcos sphæra vocatur, [h] quod tunc objectu corporum obumbratus non appareat? Sed obtecto eo, obstante terræ corpore, superducitur umbra, quæ ex se efficit tenebras, usquequo rursum, inferioris spatii cursu per noctem transacto, ad orientem revolvat, atque in locis solitis obortus appareat. Est ergo umbræ, atque noctis causa corporis terræ soliditas, quod etiam [i] ex suimet ipsius umbra homo intelligere potest. Ante cælum enim, et terram, atque omnes istas corporeas creaturas indeficiens lux manebat, cum nullum corpus existeret, quod umbram sui objectione generaret, et ideo nusquam tenebras, nusquam noctem fuisse profitendum est. Nam si, verbi gratia, placeat ei, cui potestas est omnium, plagam quæ ad occasum est, auferre de medio; non agente sole ad illam partem cursum, nusquam fiet vespera, aut tenebræ; sed erit sol semper in cursu, nec unquam occidet, et medium cæli axem pene semper tenebit, nec aliquando desinet apparere, et per hoc erit universus orbis terrarum clarissimo lumine radiatus, ex quo nec ulla ejus pars obumbrabitur, sed manebit ubique unius luminis æqualitas. Occidentali autem plaga statum suum servante, et sole cursum suum tribus mundi partibus ministrante, hi quidem, qui sub sole sunt, clarius videntur illuminari, ita ut pene dixerim, dormientibus adhuc iis, qui e diversa plaga consistunt, isti priores diei exordium sumant. Sicut autem ante eos, qui in parte occidua jacent, illis lumen exoritur, ita velocius obscuratur, et soli omnium, qui in orbis medietate consistunt, æqualitatem semper sentiunt lucis. Cum enim medium sol tenuerit cælum, nullus est

[h] In Casinensi est, *quod nunc oblectu.*

[i] Ita emendavimus scriptum codicem, qui habebat, *exuet ipsius umbra.*

locus, qui aut lucidior, aut obscurior esse videatur; sed omnes mundi partes [k] ex æquo et justo, solis fulgore luminantur. Si ergo, ut superius diximus, occiduæ plagæ pars auferatur e medio, ultra jam non obscurabitur pars, quæ ei adjacet. Et hæc quidem mihi simplicius dicta sint, cum possim et zodiacum circulum describere; [l] sed non intui nunc fieri ratus sum, propter quod de his silebo, et ad illud caput recurram, quod objecit adversarius, affirmans [m] omni nisu, tenebras esse ingenitas, quod et ipsum, quantum valuimus, jam confutatum est.

XXIII. JUDICES DIXERUNT, Si consideremus lucem fuisse ante conditionem creaturarum, et nihil fuisse objectum, quod ex se umbram generaret, necesse est lucem ubique fuisse diffusam, et omnia loca fulgore lucis illuminata, sicut ostensum est ex his, quæ a te nuper dicta sunt, in quibus veram esse rationem videntes, damus palmam allegationibus Archelai. Si enim divisionem accipiat universus mundus, veluti muro quodam per medium instructo, et ex una parte habitent tenebræ, ex alia vero lux, intelligitur nihilominus, quia ex eo, quod instructum est ædificium, umbra generata, acciderint tenebræ; et rursum nobis quærendum est, quis ædificaverit murum in medio duorum, si tamen ædificatum fateris, o Manichæe. Si vero illa ratio consideretur, quasi murus non sit instructus, rursus sine aliqua exceptione unus esse universus intelligitur locus, ac sub una potestate positus; unde ex omni parte tenebræ ingenitam naturam habere non possunt. ARCHELAUS DIXIT, Dicat mihi etiam hoc ad ea, quæ proposita sunt. Deo in regno suo posito, et maligno similiter in suo regno, quis inter medium ipsorum con-

[k] In codice Casinensi legitur, *ex ea quo.* et mox *fulgure.*

[l] Locus manifeste corruptus, cujus mihi emendatio non occurrit. (An reponend. *intuitu hoc* pro *intui nunc?*)

[m] In Casinensi erat, *omni nisi.* sed legendum, *omni nisu*, hoc est, omni conatu; formula dicendi huic interpreti usitata. Vide cap. 40. et præsertim cap. 47.

struxerit murum? Non enim potest dividere quid duas substantias, nisi quod sit [n] utriusque majus, sicut dicit in Genesis libro, quia [3] *divisit Deus inter lucem, et tenebras.* Talem esse aliquem necesse est et muri istius instructorem, murus enim terminos uniuscujusque demonstrat, sicut inter eos, qui rura incolunt, lapis solet portionem uniuscujusque dividere; quæ tamen res magis intellectum dat, quando hujuscemodi divisio fraternæ potius hæreditatis sit ratio. Verum nunc non est mihi de his dicendum, quanquam necessarium videatur; nam illud est, quod petimus, quis est, qui extruxerit murum ad designandum uniuscujusque terminum regni? Non dixerat; nolo moretur hic perfidus, sed jam confiteatur dualitatis suæ in unum refusam esse substantiam. Dicat quenquam, qui medium extruxerit murum? Quid agebat alter, altero instruente? Dormiebat, aut ignorabat, aut resistere non valuit, aut pretio concessit? Dic quid faciebat, vel quis est omnino, qui extruxit? Vos deprecor, Judices, quos Deus plenissime repletos intellectu misit nobis, judicate; quis ex duobus extruxerit, et quid agebat unus, cum alter extruxerat.

XXIV. JUDICES DIXERUNT, Dic nobis, o Manes, quis designaverit fines utriusque regni, quis murum fecerit medium? Pro magno enim Archelaus interrogationem haberi hujus sermonis exposcit. MANES DIXIT, Bonus Deus, et nihil habens commune cum malo, firmamentum posuit in medio, quo alienum a se esse [o] patefaceret malignum. ARCHELAUS DIXIT, Usquequo dignitate nominis mentiris? Deum etenim solummodo nomine appellas, et deitatem ipsius humanis infirmitatibus comparas. Aliquando ex non extantibus, aliquando ex subjecta materia, quæ quidem ante se fuerit, asseris extruxisse, ut ho-

[n] In codice Casinensi, *utrunque majus.*

[o] In codice Casinensi, *partum faceret.*

[3] Genes. i. 4.

mines solent extructores. Interdum etiam eum timidum, interdum et convertibilem dicis; Dei est enim agere quæ Dei sunt, hominis vero, quæ humana sunt. Si ergo Deus, ut ais, murum construxit, timidum se hic, et nihil fortitudinis se habere designat. Scimus enim semper eos, qui suspicantur ab extraneis sibi dolos intendi, atque hostium verentur insidias, ipsi solent urbes suas muris circundare; in quo et ignorantiam habent pariter, atque imbecillitatem sui ostendunt. Sed ne illud quidem a nobis reticendum est, quin potius in medium proferendum, ut et multa assertionum copia, machinationum adversarii diversitas destruatur, auxilium nobis ferente veritate. Concedimus structuram factam esse muri, quæ ad discretionem esset uniuscujusque regni: impossibile enim est sine hoc uno habere unumquenque proprium regnum; eodem vero modo impossibile est, et malignum egressum propriis finibus boni partes invadere, muri interdictione constante, nisi forte prius dejiciatur, sicut audivimus ab hostibus fieri atque etiam oculis nostris P nuper conspeximus. Cum Rex aliquis oppugnat turrim valido muro circundatam, adhibet primo ballistas, et jacula, securibus deinde portas excidere, atque arietibus muros conatur evertere; et cum obtinuerit, tum demum ingressus, quæ libuerit, agit, sive captivos placet cives adducere, sive cuncta subvertere, aut etiam, si placuerit, rogatus indulget. Quid ergo dicit iste? Non substantia, id est, proposito adversarius quis dejecit, quod interjectum fuerat munimentum? in præcedentibus enim professus est, quia supervenerint tenebræ ex propriis finibus in regnum Dei boni. Quis prius dejecit munitionem? Impossibile enim erat ingredi malum,

P Nota Archelai ætatem, et habitæ disputationis tempus; loqui autem hic videtur Archelaus de Carrhis a Persis sub Valeriano Augusto expugnatis, vel de eisdem iterum ab Odenatho orientis rege Gallieni Imperatoris temporibus in Romani Imperii ditionem redactis. Vide Trebellium Pollionem in Gallieno cap. 10. et 12. (*Bello Parthico ad Carrhas.* Frontonis Reliq. p. 106. ed. Niebuhr.)

munitione constante. Quid taces? Quid moraris tu, Manichæe? Etiamsi tu differas, aggrediar mea sponte. Si enim dixeris, quia Deus destruxerit, requiram quid eum moverit ad destruendum hoc, quod prius propter importunitatem maligni, et separationem ipse extruxerat? Quid iratus, aut quid damni perpessus, adversum se ipse pugnare contendit? Aut nunquid de maligni facultatibus aliquid concupivit? Quod si horum nihil in causa est Deo destruendi ea, quæ jamdudum ad alienandum a se, et separandum malum ipse construxerat, illud nec mirum putandum est, [q] quod ejus consortio fuerit delectatus; munitio enim, quæ missa fuerat propter hoc, ne ejus molestiam pateretur, idcirco destructa videbitur, quoniam non jam molestus, sed amicus fore putabitur. Quod si a maligno murum dicas esse destructum; quomodo possunt boni Dei opera a maligno superari? alioquin fortior Deo invenietur maligna natura. Quomodo et ipse, cum sit omnino totus tenebræ, luci supervenit, et comprehendit, Evangelista testimonium ferente, quia [4] *Lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehenderunt?* Quomodo cæcus armatur? Quomodo tenebræ adversus lucis regnum dimicant? Sicut enim hæc [r] illæsis oculis solis radios in se recipere non possunt; ita et hic ferre non valet regni lucis intuitum, sed manet semper extraneus, et alienus.

XXV. MANES DIXIT, [5] Non omnes capiunt verbum Dei, sed quibus datum est scire mysteria regni cælorum. [s] Et jam quidem scio qui sint nostri; [6] *Meæ* enim, inquit, *oves vocem meam audiunt.* Propter nostros ergo, quibus datus est veritatis intellectus, per similitudines dicam. Similis est malignus leoni, qui irripere vult gregi boni pas-

[q] In codice Casinensi, *putandum est consortio.* Sed, *si ejus consortio*, vel, *quod ejus consortio*, videtur legendum.

[r] In eodem cod. *illius oculis*, nullo sensu. (For. *hæ* pro *hæc* legend.)

[s] In Casinensi codice scribitur, *etiam quidem.* Sed legendum videtur, *et jam quidem.* sæpe enim in hoc codice junguntur verba, quæ disjungi debent.

[4] Joan. i. 5. [5] Mat. xix. 11. [6] Joan. x. 27.

toris; quod cum pastor viderit, fodit foveam ingentem, et de grege tulit unum hædum, et jactavit in foveam, quem leo invadere desiderans, cum ingenti indignatione voluit eum absorbere, et accurrens ad foveam, decidit in eam, ascendendi inde sursum non habens vires; quem pastor apprehensum pro prudentia sua in cavea concludit, atque hædum, qui cum ipso fuerit in fovea, incolumem conservavit. Ex hoc ergo infirmatus est malignus, ultra jam leone non habente potestatem faciendi aliquid, et salvabitur omne animarum genus, ac restituetur, quod perierat, proprio suo gregi. ARCHELAUS DIXIT, Si leonem maligno comparas, Deum vero pastori; oves atque hædum, dic, cuinam comparabimus? MANES DIXIT, Oves et hædus unius mihi videntur esse naturæ; in similitudinem autem ponuntur animarum. ARCHELAUS DIXIT, Animam ergo perditum dedit Deus, objiciens eam leoni in fovea. MANES DIXIT, Nequaquam, absit hoc; sed apprehensus est hoc ingenio, in futurum vero salvabit eam. ARCHELAUS DIXIT, Ridiculum jam istud est, Viri auditores, si agnum, quem retinebat in sinibus, pastor extimescens leonis ingressum, projecit eum devorandum, et dicitur quia in futurum salvabit eum. Quomodo non totum hoc ridiculo plenum est? Nam et in hoc etiam judicium adimitur. [t] Deus enim Satanæ animam tradidit, in perditionem ab eo assumendam. Quando enim pastor, [u] nonne David de ore leonis, vel ursi eruit ovem? Hoc dicimus propter *ore leonis*, quod ait; de ore leonis, aut de ventre ejus potest educere, quod jam ille devoravit. Sed dices mihi, Deus est, et omnia potest. Audi ergo ad hæc; cur igitur quod possit, non illud potius, asseris, quod po-

[t] Loquitur hic Archelaus, ex Manetis sententia, qui cum pastorem prævidentem, ac prænoscentem inevitabili leonis devorationi exposuisse hædum diceret, necessario consequebatur pastorem ipsum causam esse perditionis hædi, eique illius necem jure adscribi.

[u] Hic aliquid deesse videtur. Forte, *Quando enim pastor hoc fecit? Nonne David*, &c. (An interrogative legend. *de ore leonis, aut de ventre* &c.?)

terit propria virtute vincere leonem, [x] sive pura Dei potentia, et nunquam machinis quibusdam, et foveæ hædo, sive agno tradito? Dic mihi etiam illud, si pastori superveniat leo, non habenti oves, quid fiet? Ingenitus enim est, qui dicitur pastor, ingenitus quoque etiam leo. Cum ergo nondum esset homo, priusquam pastor haberet gregem, si supervenisset leo, quid fiebat, quia non erat leonis esca priusquam hædus esset? MANES DIXIT, Leo quidem nihil manducabat, exercebat tamen malitiam suam per quæcunque poterat invenire, discurrens per vertices montium; quod si aliquando ei etiam esca erat necessaria, capiebat ex bestiis, quæ erant sub regno suo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo unius sunt substantiæ bestiæ, quæ sunt in regno maligni, et hædi, qui sunt in regno boni Dei. MANES DIXIT, Absit; nequaquam; nihil commune est, neque ipsis ad invicem, neque his, quæ sua sunt. ARCHELAUS DIXIT, Unus atque idem est usus in esca leonis. Si enim ex propriis aliquando bestiis capiebat cibum, aliquando et de his boni Dei, nulla est in his differentia, quantum ad escas pertinet, et ex hoc apparet unius eas esse substantiæ. [y] Sed aliud alio longe differre ignorantiam pastori adscribimus, quia non aptam escam, quin potius alienam obtulit, vel projecit leoni. Aut forte rursus dissimulare volens, dices mihi, quia nihil leo ille comedebat. Illum ne igitur, qui comedere nesciebat, ipse ad comedendum animam provocavit, nec sola fovea ad decipiendum eum uti voluit, si tamen hoc dignum est facere Deum, et dolos exquirere? Et sicut Rex aliquis, bello sibi illato, nequaquam propria virtute confisus, sed imbecillitatis suæ timore perterritus, muris ipse urbis inclusus, vallum aliaque munimenta circundat, ac præpa-

[x] Ita corrigi debere videtur lectio codicis Casinensis, qui habet, *si et pura*. nisi malueris, *si est pura*.

[y] Locus iste videtur mendosus, nec quid sibi velit Archelaus clare intelligitur, nisi legamus, *Sed alium ab alio longe differre si dicamus, ignorantiam pastori adscribimus*.

rat, manui, ac viribus nihil fidens; si vero vir fortis sit, etiam porro a suis finibus in occursum hosti procedit, et agit omnia, usquequo vincat et obtineat adversarium.

XXVI. JUDICES DIXERUNT, Si ais pastorem hædum, sive agnum leoni projecisse, cum ille irruerat adversum ingenitum, actum est. Quem enim potest judicare pastor hædorum, atque agnorum, cum ipse inveniatur eis in delicto, [y] si causa traditus etiam agnus per infirmitatem pastoris resistere non valuit leoni, et consequens est, ut quodcunque fuerit leoni libitum, gerat; tanquam si Dominus unum e servis suis ejectum, vel per metum tradat adversario suo, quem rursus recipere suis viribus non valeat? Si vero casu aliquo provenerit eum recipi, qua tandem ratione tormenta ei poterit irrogare, si ad omnia, quæ ei imperabat inimicus, parebat, cum [z] eum ipsum tradiderit inimico, sicut leoni hædum? prænoscentem enim asseris esse pastorem. Verberatus enim agnus, et interroganti se pastori, cur in his leoni paruerit, respondet; tu me leoni tradidisti, nec restitisti adversus eum, sciens, et prævidens quæ mihi gerenda forent, cum ejus me necesse esset obtemperare præceptis. Et ne multa dicamus, neque Deus perfectus pastor ostenditur, neque leo alienos cibos percepisse demonstratur, et ideo ipsa veritate edocente claruit, his quæ ab Archelao dicta sunt, palmam nos debere conferre. ARCHELAUS DIXIT, Quoniam quidem de omnibus, de quibus disceptavimus, prudentia Judicum plenissimum terminum posuit, tacendum est de reliquis, et in tempus aliud reservandum. Sicut enim, [a] si quis serpentis conterat caput, in nullum jam reliqua corporis ejus membra deputanda sunt; ita dualitatis quæstione rejecta, sicut pro viribus ostendimus, reliqua quæ

[y] (For legend. *sive causa.*)

[z] Forte legendum, *eum ipse.*

[a] In codice Casinensi deficit, *si*, et paulo post, *quæstione relecta*, habet. Sed necessaria visa est utrobique correctio nostra.

per hanc asserebantur, cum ipsa pariter explosa sunt. Sed in ipsum, qui adest, assertorem horum paucis dicam, ut omnibus innotescat quis, et unde, et qualis est; dixerat, enim se esse Paraclitum illum, quem Jesus proficiscens, humano generi missurum se esse promiserat ad salutem fidelium animarum, et non longe [b] possit ei Paulus vas electionis et vocatus Apostolus, unde et prædicans veram doctrinam [c] aiebat, [d] *Aut documentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus*[7]. Et quidem quod dico tali exemplo, [e] sed clarius. Homo quidam conclusit in thesauro frumenti plurimum, ita ut refertus esset locus, quem locum [f] clausum atque signatum sufficientibus signaculis, custodiri præcepit; ipse Dominus vero [g] cessit; alius autem quidam post multum temporis advenit ad thesaurum, dicens se ab eo, qui signaculis locum concluserat, missum ad hoc, ut etiam ipse in eundem thesaurum triticum congregaret. Quem cum vidissent custodes, poscebant ab eo [h] signaculi fidem, quo possint ei, videlicet, aperire the-

[b] Vel hic nonnulla desunt, vel fortasse legendum, *ut non longe post sit ei Paulus*, nempe, ut ipso parum inferior sit Paulus Apostolus, quem a Deo ante se ad humani generis salutem missum fuisse ait supra Manes, ita tamen ut sibi, quod perfectum erat, reservatum fuerit. Vide supra cap. 13. (Malim ita interpretari, ut ad Jesum non Manem *ei* referatur. Vid. infra p. 219.)

[c] In codice Casinensi est, *agebat*, librarii, ut arbitror, errore; sic infra capite 29. *Jesus ad discipulos agebat.*

[d] Vulgata legit, *An experimentum*; in græco tamen textu est, ἢ τί.

[e] Forte *fit*, vel *sit*, aut etiam, *est*.

[f] Supra thesauri solo sigillo obsignati mentionem facit Archelaus: at hic sigillo claves adjungit, quo pacto chariora quæque ab antiquis custodiri consuevisse, testis est Aristophanes in comœdia, cui titulus, Θεσμοφοριάζουσαι pag. 787. apud quem mulier quædam conqueritur gynecæorum fores sigillis, et pessulis a maritis obfirmari, quem morem irridet Menander apud Stobæum.

[g] Forte *recessit*, vel *discessit*.

[h] Anulis pro tessera, seu signo in repetendo deposito, et majore nuntiis fide concilianda veteres usos fuisse, ex Plauto, et Apuleio discimus, quorum primus in Bacchide act. 2. scena 3. vers. 93. ita inquit Chry. *Anulum gnati tui Facito, ut memineris ferre.* Nic. *Quid opus est anulo?* Chry. *Quia id signum est Theotimo, qui cum illi afferet, ei aurum ut reddatur.* Alter vero in lib. 10. de Asino aureo hoc iratæ cujusdam mulieris facinus refert. *Anulo mariti*

[7] 2 Cor. xiii. 3.

saurum, et parere ei, tanquam ab illo, qui signaverat, misso; [i] qui cum nec claves ostenderet, neque signaculorum fidem deferret, (neque enim habebat jus) a custodibus ejectus est, et fugatus; fur enim potius, et latro ab eis esse deprehenditur, convictus, et [k] confugatus etiam ex hoc, quod post multum tempus, quam promissum fuerat, adesse desideret, neque claves, neque signacula, neque ullum omnino custodibus indicium deferens, non quantitatem frumenti reconditi sciens, quæ omnia manifesta indicia sunt, nequaquam eum ab illo esse transmissum, [l] et ideo, ut consequenter erat, a custodibus reservatus est.

XXVII. Aliud etiam, si videtur, dicimus exemplum. Homo quidam paterfamilias dives plurimum, ad tempus peregre abfuturus, filiis suis pollicitus est, missurum se esse aliquem, qui pro se distribueret eis ex æquo substantiam. Et quidem non multo post misit tutum virum quendam, justum, et verum, qui cum venisset, suscepta universa substantia, primo omnium instruere eam ac regere studuit, laborans plurimum in itineribus, [m] sedens ipse per se suis manibus opus faciens, et ministrans; [n] deinde moriturus testamentum scribit, propinquis suis et proximis omnibus hæreditatem derelinquens, et signacula dedit eis, et nominatim singulos convocans, præcepit eis

surrepto, rus profecta, mittit quendam servulum, sibi quidem fidelem, sed de ipsa Fide pessime merentem, qui puellæ nuntiaret, quod eam juvenis profectus ad villulam vocaret ad se; addito, ut sola, et sine ullo comite quam maturissime perveniret. Et ne qua forte nasceretur veniendi contatio, tradit anulum marito subtractum, qui monstratus, fidem verbis adstipularetur. At illa mandato fratris obsequens (hoc enim nomen sola sciebat) respecto etiam signo ejus, quod offerebatur, gnaviter, ut præceptum fuerat, incomitata festinat, &c.

[i] In Casinensi *Quicumque*. Sed sensus postulare videtur, ut *qui cum nec* legatur.

[k] Forte, *confutatus*.

[l] In codice Casinensi legitur, *et ideo consequenter*.

[m] Forte, *sed et ipse per se*. (Hic Paulum maxime significari firmatur c. 24.)

[n] In codice Casinensi, *Deinde die moriturus*, nos secundam vocem, ex præcedentis verbi postremæ syllabæ repetitione veluti insertam, sustulimus. Vel fortasse legendum, *Deinde die, qua moriturus erat, testamentum*.

servare hæreditatem, et custodire, ac regere substantiam, sicut susceperant, et perfrui bonis et fructibus, ipsi domini hæredesque derelicti. Si qui vero ex agri hujus fructibus percipere rogaret, indulgenter præberent; [o] sin aurem cohæredem se dicens, exposceret, devitarent; atque alienum esse pronunciarent, opus autem magis facere debere eum, qui recipi velit. Quomodo ergo his omnibus bene, recteque dispositis et statutis, ac plurimo tempore in eo statu perseverantibus, eum qui post trecentos fere annos venerit, et hæredem esse se confirmet, non abjiciemus, non juste alienum pronunciamus, qui nec de propinquis se esse ostendit, qui defuncto nostro non adfuerit ægrotanti, qui in exequias non ierit Crucifixo, qui sepulchro non adstiterit, qui omnino nesciat, quomodo, aut qualiter defunctus est, qui denique thesaurum frumenti ingredi cupiat, nullo indicio delato ab eo, qui obsignaverit? Nonne eum, tanquam latronem et furem abjiciemus, ac modis omnibus expellemus? Hæc igitur signa, quæ in prædictis comprehendimus exemplis, iste non deferens adest, dicens se esse Paraclitum, qui ab Jesu præsignatus est mitti, in quo [p] mendacem, ignorans fortasse asseret Jesum; qui enim dixerat se non multo post missurum esse Paraclitum, invenitur [q] post trecentos, et eo amplius annos misisse hunc, sicut ipse sibi testimonium

[o] Aut nihil video, aut ita restituendus est hic locus manifeste corruptus; nam in codice ita scribitur. *Sin autem conderem se dicens, exposceret, devitarent persequi, alienum esse pronunciaret.*

[p] Hoc eodem argumento adversus Montanistas utitur Theodorus Heracleota in cap. 14. Evang. Joan. vers. 17. cum inquit, *Nam si illis non diligentibus solum, sed et pro Deo mortem appetentibus, non misisset, quem promiserat Paraclitum, secundum Phrygiorum impietatem, mendacium in Evangeliis reperiretur. Quod si vero, cum sit ipsa veritas, miserit iis Spiritum Sanctum, temere errando comminiscuntur, dicentes per Montanum, et Priscillam missum esse Paraclitum post ducentos et triginta annos ab Apostolica gratia transactos.*

[q] Contentionis æstu actus videtur hic dixisse Archelaus, post trecentos et amplius annos a Christi mortem Manetem, emersisse: nam a Christi morte usque ad habitæ cum Manete disputationis tempus, anni circiter ccxlix. intercedunt. Vide præfationem nostram in Archelao.

perhibet. Quid dicent Jesu in die judicii illi, qui jam vita excesserunt ex illo tempore usque nunc? Nonne hæc apud eum allegabunt, noli nos cruciare, si opera tua non fecimus; cur enim cum promiseris sub Tiberio Cæsare missurum te esse Paraclitum, qui [6] *argueret nos de peccato, et de justitia,* sub Probo demum Romano Imperatore misisti, orphanos dereliquisti, cum ipse dixeris, [7] *non derelinquam vos orphanos,* cum ipse dixeris te, mox ires, missurum esse Paraclitum? Quid poteramus orphani facere, non habentes tutorem, nihil nos deliquimus, tu nos fefellisti? [r] Sed absit hoc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omnis animæ. Non enim moratus est in promissionibus suis, sed cum dixisset, [8] *Vado ad Patrem meum, et mitto vobis Paraclitum,* statim misit, dividens, donans discipulis suis; [s] abundantius vero conferens Paulo.

XXVIII. MANES DIXIT, Tuimetipsius indicio comprehensus es. Hæc enim adversum te locutus, ignoras, quia dum in me vis probra conjicere, majori culpæ succumbis. Dic age mihi, si, ut ais, qui a Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, noli nos judicare, quia opera tua non fecimus, non enim misisti nobis Paraclitum, [t] cum dixeris te missurum; non multo magis illi hæc dicent, qui a Moyse usque ad adventum ipsius Jesu Christi vita excesserunt, et eo rectius dicent, [u] noli nos

[r] Parva mutatione hunc locum recte, ni fallor, emendavimus, qui in codice Casinensi ita se habet. *Sed absit hanc a Domino nostro Jesu Christo Salvatore omne animæ.*

[s] Mire hic et in seqq. depravatus est codex Casinensis, in quo legitur, *Abundantibus vero confitens Paulo. Manes dixit, Tuum et ipsius indicio comprehensus es; hæc enim versum te locutus, ignorans, quia dum me vis probra conjicere, majori culpæ se succumbit. Dic age mihi studias, qua Tiberio usque ad Probum defuncti sunt, dicent ad Jesum, nolite nos judicare.* Nos tot menda, quantum per conjecturas licuit, abstergere conati sumus.

[t] Verbum, *missurum,* nostra est additio, cum in Casinensi desit; et sane vocem illam, vel quid simile ibi deficere ipsa orationis series ostendit.

[u] In Casinensi est, *noli nostra de tormentis,* nullo sensu, nisi, ut editum est, corrigatur.

[6] Joan. xvi. 8. [7] Joan. xiv. 18. [8] Joan. xiv. 12. et xvi. 28.

tradere tormentis, quoniam agnitionem tui non accepimus? Et non solum hi, qui ante ipsius adventum decesserunt, jure hæc allegare videbuntur? verum etiam illi qui ab Adam usque ad adventum Jesu obierunt? Neque Paracliti enim scientiam consecuti sunt, neque Jesu doctrina eruditi sunt. [x] Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut ais, quod a Tiberio est, salventur; ipse enim [9] *Eos Christus de maledicto legis redemit*, sicut Paulus testimonium dedit, [1] *Quia litera occidit, nec quenquam vivificat*, et, *Quod lex ministerium mortis est*, [2] *virtusque peccati.* ARCHELAUS DIXIT, [3] *Erras nesciens scripturas, neque virtutem Dei*, multi enim etiam post adventum Christi usque nunc perierunt, et pereunt, hi scilicet, qui operibus justitiæ deservire noluerunt; illi vero soli, qui susceperunt eum, et suscipiunt, [4] *Potestatem acceperunt filii Dei fieri.* Non enim omnes dixit; sed neque tempus terminavit, *Quicunque enim*, inquit, *acceperunt eum.* Adest autem semper justis viris, a creatura mundi, nec cessat inquirere sanguinem ipsorum [5] ex sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ. Unde ergo Abel justus, et illi omnes reliqui [y] per ordinem, qui inter justos enumerantur, cum lex non esset Moysi, cum Prophetæ oborti non essent, nec prophetiæ munus implessent? Nonne justi effecti sunt ex eo quod legem implebant, [6] *Ostendens unusquisque eorum* [z] *opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia sua?* Cum enim quis legem non habens, naturaliter, quæ legis sunt, facit, hic legem non habens, ipse sibi est lex. Et intuere multitu-

[x] In codice Casinensi sic legitur, *Sed hoc solum ultimum genus hominum, ut eas, quod a Tiberio est, salventur.* Nos autem verba illa, *ut eas*, interpretati sumus *ut ais*, exemplo alterius loci infra cap. 30. ubi *ut as*, pro *ut ais*, vel, *ut asseris*, a librario scriptum fuisse, sensu ipso poscente, conjecimus.

[y] In codice Casinensi, *qui per ordinem, qui inter justos.*

[z] In eodem codice scribitur, *opus legis scriptura.*

[9] Gal. iii. 13. [1] 2 Cor. iii. 6, 7. [2] 1 Cor. xv. 56. [3] Mat. xxii. 29. [4] Joann. i. 12. [5] Mat. xxiii. 35. [6] Rom. ii. 15.

dinem legum per singulos justos, qui bene agebant vitam suam, nunc ex semetipsis proferentes in cordibus suis insitam Dei legem, nunc a propriis parentibus inquirentes, aliquando etiam ab antiquioribus et senioribus addiscentes. Verum quia pauci [z] per hunc modum poterant ad justitiæ culmen ascendere, idest, per parentum traditiones, nulla in literis lege conscripta, miseratus est Deus humanum genus, et scriptam legem per Moysen voluit hominibus dare, quoniam quidem non apprime in cordibus eorum naturalis legis æquitas retinebatur. Consona igitur primæ creationi humanæ fit in literis legislatio, quæ per Moysen datur salutis causa plurimorum. Si enim æstimamus hominem sine operibus legis justificari, et Abraham reputatus est justus, quanto magis ii, qui adimpleverint legem, continentem ea quæ hominibus expediunt, justitiam consequentur? Et quoniam trium solummodo sermonum mentionem fecisti, de quibus Apostolus dixit, [6] *Ministerium mortis esse legem*, et, [7] *Christum redemisse nos de maledicto legis*, et quoniam, [8] *Virtus peccati est lex:* Adde adhuc, et dic quantacunque tibi videntur adversus legem esse conscripta.

XXIX. MANES DIXIT, An non idem est, quod Jesus ad discipulos aiebat, incredulos eos esse demonstrans, [9] *Vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis?* Hoc utique dicit, quia quanta voluerit malignus Princeps hujus mundi, et quanta desideraverit, per Moysen scripserit, et dederit hominibus facienda. [1] *Ille enim homicida est ab initio, et in veritate non stetit, quoniam veritas in eo non est; cum loquitur mendacium, de suis propriis loquitur, quoniam mendax est, sicut et pater ejus.* ARCHELAUS DIXIT, [a] Sufficit tibi hæc, sunt, an habes et alia,

[z] Ita videtur legendum, licet in codice Casinensi scribatur, *per hunc mundum.*
[a] (Nonne legend. *sufficiunt tibi hæc, an habes* &c. ?)

[6] 2 Cor. iii. 7. [7] Galat. iii. 13. [8] 1 Cor. xv. 56.
[9] Joan. viii. 44. [1] Johan. ibid.

quæ dicas? MANES DIXIT, Habeo quidem multa, et horum majora; sed his eontentus ero. ARCHELAUS DIXIT, Exemplum, scilicet, accipiamus ex his, eorum quæ habere te dicis, ut si hæc recte posita fuerint inventa, etiam reliqua cum his adnumerentur; sin minus, ero ego obnoxius sententiæ Judicum, id est, victi ignominiam feram. Ais ergo ministerium mortis esse legem, et Principem hujus mundi mortem, regnare ab Adam usque ad Mosen, scriptum est enim, [2] *In eos qui* [b] *non peccaverunt.* MANES DIXIT, Ergo mors regnavit sine dubio, quia dualitas est, nec aliter, nisi [c] essent ingenita. ARCHELAUS DIXIT, Et quomodo ingenita mors certo ex tempore regni sumit exordium? ab Adam enim, inquit, et non dixit ante Adam. MANES DIXIT, Quomodo vero, et justorum, et peccatorum obtinuerit regnum, dicito. ARCHELAUS DIXIT, Cum prius confessus fueris, quia a tempore, et non æternitate regnavit, tum dicam. MANES DIXIT, Scriptum est hoc, quia [3] *Ab Adam usque ad Mosen regnavit.* ARCHELAUS DIXIT, Ergo et finem habet, quod cœpit [d] ex tempore, et verum est illud, quod dictum est, quia [4] *Absorpta est mors in victoria.* Etiam ingenita non erit, quæ et initium habere monstratur, et finem. MANES DIXIT, Deus ergo eam fecit. ARCHELAUS DIXIT, Nequaquam; absit; [5] *Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum.* MANES DIXIT, Deus eam non fecit, facta tamen est, ut ais; a quo acceperit

[b] Irenæus quoque lib. 3. adv. hæreses cap. 20. cum particula negativa laudat hunc D. Pauli locum: unde patet D. Augustinum in libro de Peccat. meritis et remiss. lib. i. cap. 11. recte censuisse, ita ad græcorum codicum fidem legendum esse, licet in majori latinorum codicum parte sine particula negativa legeretur. Hanc tamen postremam lectionem multis contendit veram esse Hilarius Diaconus in commentariis ad eum Pauli locum inter D. Ambrosii opera, sed ejus opinionem, utpote originali peccato adversantem, rejecit Ecclesia, quæ probatam D. Augustino lectionem in latinis quoque sacræ Scripturæ codicibus huc usque retinuit.

[c] (For. reponendum *esset.*)

[d] In codice Casinensi manifesto errore scribitur, *exemplo re.*

[2] Rom. v. 14. [3] Rom. ibid. [4] 1 Cor. xv. 54. [5] Sap. i. 13.

Dominus autem meus Jesus, justitiam Moysi legis custodiens, indignatus adversus mortem pro prævaricatione [i] pacti, et totius illius ministerii, advenire dignatus est in hominis corpore, vindicaturus non semetipsum, sed Moysen, et eos, qui ex ordine post ipsum fuerant violentia mortis oppressi. Malignus vero ignorans hujuscemodi dispensationem, ingressus est Judam, ut per ipsum interficeret eum, sicut antea Abel interfecerat justum. Sed cum intrasset in Judam, pœnitentia ductus, se ipse suspendit: propter quod ait sermo divinus, *Ubi est mors victoria tua, ubi est mors aculeus tuus?* Et [6] *Absorpta est mors in victoria.* Hac ergo ex causa *Ministerium mortis* appellata est lex, quia peccantes prævaricantes morti tradebat, servantes autem se, defendebat a morte, et constituebat in gloria, ope atque auxilio Domini nostri Jesu Christi.

XXXI. Audi etiam et de eo, quod dictum est, [7] *Qui redemit nos de maledicto legis Christus.* Hoc in loco pervideo, magnificum Dei famulum Moysen [k] imaginariam legem his, qui recte [l] velint videre, tradidisse, et legem veram. Sicut enim Deus cum fecisset mundum, et omnia, quæ in eo sunt, in sex diebus, requievit in die septima ab omnibus

[i] In codice Casinensi est, *acti*, quod etiam manifesta est librarii hallucinatio.

[k] *Imaginariam* Archelaus vocat legem vetus testamentum, quod typus esset et imago futuræ novæ legis. Sic et Petrum de Vineis in epistolis suis non semel, *imaginarium* hominem vocasse nuntium, seu legatum observat Cangius in Glossario, quod illum, a quo missus fuerat, representet, et ejus velut imaginem referat. Utitur et hac voce Evagrii Monachi vetus interpres in disputatione Theophili Episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi sabbata *imaginariam* requiem vocat septimæ illius diei, in qua Deum, mundi creatione absoluta, requievisse pagina sacra testatur. Quare Archelaus in responsione ad Diodorum presbyterum infra cap. 41. totus est in demonstrando, non esse rejiciendum vetus testamentum, quia tanquam speculum veram nobis exprimit novæ legis imaginem.

[l] Forte, *velint vivere.*

[6] 1 Cor. xv. 54. [7] Gal. iii. 13.

operibus suis; non dico, quia [m] requieverit fatigatus, sed quoniam ad perfectum adduxerat omnem, quam facere disposuerat, creaturam: denique ait, [8] *Pater meus usque modo operatur, et ego operor.* Numquidnam cælum facit, aut solem, aut hominem, aut animalia, aut virgulta, aut tale aliquid? Sed his quidem visibilibus perfectis, a tali opere conquievit; [n] invisibilia autem, et intrinsecus usque modo operans, salvat. Ita ergo etiam unumquenque nostrum, sicut ipse Deus est, indesinenter huic operi legislator vult esse devinctum: a secularibus jubet protinus conquiescere, et omnino nullum opus gerere mundanum, et hoc appellatur sabbatum. Addidit etiam hoc in lege, nihil [o] absurdum fieri debere, sed observare nos, et dirigere vitam nostram ex æquo et justo. Et imminebat hæc lex, acerrime maledictum inferens his, qui eam fuissent transgressi; sed quoniam homines erant et illi, et sicut etiam nobis frequenter accidit, controversiæ oriebantur, et irrogabantur injuriæ, et lex statim districtissimam [p] ultionem, quam fecerat, retorquebat, ita ut si quis pauperum voluisset in sabbato fascem ligni colligere, sub maledicto legis effectus, morti continuo subjiceretur: [9] Arctabantur ergo coërtione legis homines, qui cum Ægyptiis fuerant educati, nec poterant pœnas legis, et maledicta tolerare. Rursum autem ille, qui semper salvator est, Jesus Dominus noster adveniens, liberavit eos ex hujuscemodi cruciatibus legis,

[m] In Casinensi est, *requie requieverit*, sed ea lectio nobis visa est unius ejusdemque vocis repetitio nisi potius græcismus sit.

[n] Casinensis habet, *invisibili autem et trinsecus.* Sed legendum videtur, ut editum est, vel *invisibilia autem intrinsecus.* Deus enim ut inquit D. Augustinus in libro de Gratia Christi cap. 24. non lege atque doctrina insonante forinsecus; sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operatur in cordibus hominum non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Similia inculcat tum in capite decimo tertio ejusdem operis, tum alibi passim.

[o] (*Ἄτοπον, facinorosum, flagitiosum, absurdum.* Glossæ Vet.)

[p] In Casinensi codice, *ultionem fecerat retorquebat.* Sed necessaria visa est relativi articuli additio, ne sensus ulla ex parte nutaret. (An, *fecerat retorqueri?*)

[8] Joan. v. 17. [9] Num. xv. 32.

atque maledictis, donans eis injurias. Nec, sicut Moyses, severitate usus est legis, nulli indulgendo injuriam; sed hic dixit, [1] si quis passus fuerit a proximo suo injuriam, indulgeat non semel tantum, sed et nec secundo, nec tertio, *nec solum septies, sed septuagesies septies:* quod si post hæc injuriam permanserit irrogando, tunc demum legi eum debere succumbere Moysi, nec ultra veniam dari ei, qui in injuriis perseverat, cum sibi septuagesies septies fuerit indultum. Non solum autem huic, sed etiam si quis Filio hominis intulisset injuriam, veniam dedit. Si vero Spiritui Sancto, duobus eum subdidit maledictis, id est Moysi legis, et suæ; Moysi quidem in præsenti, suæ vero in judicii tempore; ait enim ita, [2] *Neque in hoc seculo, neque in futuro remittetur ei.* Moysi ergo lex est, quæ in præsenti seculo nulli veniam tribuit; Christi vero est, quæ vindicat in futuro. Ex hoc intuere quemadmodum confirmat legem, non solum non solvens eam, sed implens. Redemit ergo eos ab eo, quod in præsenti positum erat, maledicto legis, ex quo *Maledictum legis* appellatum est. Hæc omnis hujus sermonis est ratio. Cur autem [3] *Virtus peccati dicta sit lex,* pro viribus nostris breviter exponemus. Scriptum es enim, [4] *Quia justo lex non est posita, sed injustis, et non subditis, impiis, et scelestis.* Non ergo erat tunc lex literæ posita delinquentibus ante Moysen, unde et Pharao ignorans virtutem peccati, delinquebat affligens injustis oneribus filios Israël, divinitate neglecta, non solum ipse, sed et omnes, qui cum eo erant. Verum ne utar longiore circuitu, brevius dicam. Erant quidam Ægyptiorum admixti cum populo Moysi, cum ab eo regeretur populus in deserto; et cum Moyses positus esset in monte, pro eo ut acciperet legem, impatiens populus, [p] non ille, qui vere erat Israëlita, sed

[p] Non pauca primitivæ Ecclesiæ Patres ex Judæorum sententia loquebantur, ut ex his, quæ in capite sequenti, et ad Theophili Alexandrini disputa-

[1] Mat. xviii. 21. [2] Mat. xii. 32. [3] 1 Cor. xv. 56. [4] 1 Tim. i. 9.

qui ex Ægyptiis fuerat admixtus, vitulum sibi constituit Deum, secundum pristinum morem, quo coluerat simulacra, in quo nec scelerum pœnas aliquando rependeret; et ideo virtutem peccati sui penitus ignorabant; quæ eum regressus agnovisset Moyses, præcepit eos gladiis trucidari, ex quo initium factum est sentire eos virtutem peccati per legem Moysi, et propterea *Virtus peccati* appellata est lex.

XXXII. De eo vero, quod in Evangelio scriptum est, [5]*Vos de patre Diabolo estis*, et reliqua, breviter dicimus, quia est Diabolus inoperans in nobis, qui sui arbitrii potestate tales esse voluit. Deus enim omnia, quæ fecit, bona valde fecit, liberi arbitrii sensum unicuique dedit, qua ratione etiam legem judicii posuit. Peccare nostrum est, ut autem non peccemus, Dei donum est, ex eo quod in nostro sit arbitrio constitutum peccare, vel non peccare; sicut etiam tu sine dubio nosti, o Manes; si tamen congregans in unum discipulos tuos, [q] et eos commonens ne delinquant, neve aliquid injuste gerant, judicii legem unusquisque eorum possit evadere. Et certe qui voluerint, observant mandata, qui vero contempserint, et in perversum declinaverint, sine dubio legem judicii ferent. Ex hoc etiam Angelorum quidam, mandato Dei non subditi, voluntati ejus

tionem cum Simone Judæo cap. 13. adnotavimus, lucide apparet. Hujus generis etiam est, quod hic de Ægyptiis vituli aurei constructoribus, et adoratoribus tradit Archelaus; nam in Scemoth Rabba pag. 157. col. 1. *Et isti* (nempe Ægyptii proselyti) *fecerunt vitulum, quia colebant idololatriam, et isti fecerunt, et in causa fuerunt, ut populus peccaret. Vide quid scriptum sit Exodi* 32. *vers.* 4. *Non est scriptum hic, Isti sunt Dii nostri, sed isti sunt Dii tui: quod proselyti, qui cum Moyse ascenderant, ipsi fecerunt illum, et dixerunt Israëli, isti sunt Dii tui. Idcirco Deus sanctus benedictus dixit Moysi, Vade, descende, quia corrupit populus tuus.* Vide Salomonem Jarchi, in eundem Exodi locum ver. 8. Aben Ezra ibid. ver. 22. et Abarbanellum ibid. ver. 11. At vel ex nuda sacri Textus lectione, et ex LXX. Interpretum versione hanc Rabinorum conjecturam valde incertam futilemque esse clare colligitur.

[q] Ita restituendam censuimus depravati codicis Casinensis lectionem, in quo sic scribitur, *et communis ne, &c.* nisi quis maluerit, *communiens.*

[5] Joan. viii. 44.

restiterunt, et aliquis quidem de cælo, [6] tanquam fulgur ignis, cecidit super terram, alii vero in felicitate [r] hominum filiabus admixti, a dracone afflicti, ignis æterni pœnam suscipere meruerunt. Ille igitur in terram decidens nec ultra cæli regionibus admissus, inter homines volutatur, decipiens eos, atque persuadens sibi similes effici transgressores, et usque in hodiernum adversarius est mandatis Dei. Sed non omnes lapsum ruinæ ejus sequentur, pro eo quod unicuique libertas arbitrii est; ex hoc enim et appellatus est Diabolus, eo quod transitum fecerit de cælestibus, et quod in terris mandato Dei obtrectator existeret. Quia autem Deus sit, qui prius mandatum dedit, ipse Dominus Jesus ait ad Diabolum, [7] *Vade post me Satana.* Et sine dubio ire post Deum, servi est. Et iterum quod ait ad eum, *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies.* Quoniam ergo obtemperabant quidam hominum voluntatibus ipsius, audierunt a Salvatore, [8] *Vos ex patre Diabolo estis, et desideria patris vestri facere vultis.* Denique, cum faciant voluntates ejus, audiunt, [9] *Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Ex hoc ergo pervide quanta vis sit hominem liberi esse arbitrii. Dicat tamen etiam ipse, si est judicium piorum, et impiorum. MANES DIXIT, Est judicium. ARCHE-

[r] En alter Archelai locus, ex quo id quod in præcedenti capite de Hebræorum opinionibus a primitivæ Ecclesiæ Patribus interdum propugnatis diximus, aperte confirmatur. Quod enim hic de Angelis cum fœminis concumbentibus, tradit Archelaus, jam usque a Philonis Hebræi, et Josephi temporibus Judæorum opinio est, quam etiam sequuntur Tertullianus, Justinus, Clemens Alexandrinus, Athenagoras, Methodius, Cyprianus, Lactantius, ut late probat Pamelius in Tertulliani Paradoxo 1. et Feuardentius in notis ad Irenæum ejusdem opinionis asseclam lib. iv. cap. 70. Horum tamen Patrum nonnulli bonos a malis Angelis deceptos, nonnulli malos Angelos cum hominum filiabus commixtos fuisse credidere; sed utranque opinionem communi calculo rejiciunt alii Patres, et recentiores omnes sacræ Scripturæ interpretes, quorum catalogum texere, cum res vulgatissima sit, prætermittimus.

[6] Luc. x. 18. [7] Mat. iv. 10. [8] Joan. viii. 44. [9] Mat. iii. 7.

LAUS DIXIT, Puto quæ [s] a nobis de Diabolo dicta sunt, non parum rationis et pietatis obtinent. Habet enim et unaquæque creatura ordinem suum, et alius quidem ordo est humani generis, et alius animalium est, atque alius Angelorum; una vero et sola inconvertibilis est divina substantia, æterna, et invisibilis, sicut et omnibus notum est, secundum illud, quod scriptum est, [t] *Dominum nemo vidit unquam, nisi unigenitus filius, qui est in sinu Patris*[1]. [u] Reliquæ ergo omnes creaturæ visibiles sint necesse est, cælum, terra, mare, homines, Angeli, Archangeli: Deus vero, cum a nullo unquam visus sit, quid ei potest ex istis creaturis esse homousion? Unde et singula quæque secundum ordinem suum propriam dicimus habere substantiam. Tu vero ex uno omne animal, quod movetur, factum dicis, et substantiam a Deo accepisse dicis similem, et posse eam peccare, atque ad judicium venire; et eum non vis recipere sermonem dicentem, Diabolum Angelum fuisse, et in prævaricatione decidisse, et non esse ejusdem cum Deo substantiæ. Interimere debes judicii [x] ratione, ut quis nostrum fallat appareat. Si enim non potest qui a Deo creatus est Angelus, in transgressione

[s] In Casinensi legitur contrario sensu, *a vobis*, quod tamen in hunc locum non quadrat.

[t] Hunc locum iisdem verbis laudat Irenæus adv. Heres. lib. iii. cap. 11. licet alibi Vulgatæ versionem sequatur.

[u] Archelaus hic veterum quorundam Patrum sententiam amplectitur, qui solum Deum incorporeum; reliqua vero creata omnia corporea esse putarunt, quod nempe loco circumscripta, in se ipsis subsisterent; licet nostri respectu, qui crassa et densa corpora habemus, incorporeos dici putarent. Vide Dionysium Petavium tomo tertio Theologicorum dogmatum lib. i. cap. 2. et sequentibus, ubi latissime omnium Patrum ea de re sententias expendit.

[x] Forte, *rationem*, ut sensus sit non debere Manetem judicium admittere, cum ejus dogmata de homine, et Angelis judicio adversentur. In græco enim textu hujus disputationis, ἀναιρεῖν, fortasse scriptum erat, quod cum occidere pariter, ac auferre, et de medio tollere significet, priorem sensum secutus est non satis accuratus, nec satis elegans antiquus interpres.

[1] Joan. i. 18.

decidere, quomodo potest pars Dei anima peccare? Si vero judicium esse dicis peccantium animarum, et unius eas cum Deo dicis esse substantiæ, et tamen cum de divina eas asseras esse natura, dicis nihilominus [y] Dei non servare mandata; etiam sic plurimum meus sermo [z] procedit, dicens primo Diabolum, eo quod mandatum non servaverit, decidisse; non enim erat ex Dei substantia: decidit non tam ut læderet humanum genus, sed ut [1] ab eo potius illuderetur: dedit enim nobis potestatem calcandi super serpentes, [2] et scorpiones, et omnem virtutem inimici.

XXXIII. JUDICES DIXERUNT, Sufficienter ostendit de origine Diaboli. Cum enim utraque pars confitetur futurum esse judicium, necessario liberi arbitrii unusquisque monstratur; [a] quo evidenter ostenso, nulli dubium est, quod unusquisque in quamcunque elegerit partem, propria usus fuerit arbitrii potestate. MANES DIXIT, [b] Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum. ARCHELAUS DIXIT, Confitere primo, quia vera sit

[y] Series et consequentia sermonis omnino videtur postulare ut legatur, *Dei non servare mandata*, licet in Casinensi codice desit negativa particula; nisi quis potius legendum putet, *Dei servare, vel non servare mandata*, pro arbitrii scilicet libertate.

[z] In Casinensi, *præcedit.*

[a] In eodem codice legitur, *Quo videntur ostenso nulli dubium est unusquisque in quamcunque elegerit partem propria usus arbitrii potestate.* Nos an recte locum hunc emendaverimus, videant Eruditi.

[b] Codex Casinensis hic jta se habet, *Si a Deo bonus, ut as. mendacem esse dixisti Jesus.* Abutebatur autem Manes, ut suum de malo Deo dogma statueret, Joannis Evangelii loco in cap. viii. 5. et 44. in quo sic Pharisæos redarguit Jesus, *Vos ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, et pater ejus.* Quare hoc argumento Archelaum hic urget Manes. Si a Deo sola promanant bona, ipseque summe bonus est, mendacem oportet fuisse Jesum, qui in Joannis Evangelio, Diaboli patrem non modo mendacem esse, sed et mendacis Diaboli creatorem extitisse dicit. Hinc autem patet non improbandam esse emendationem nostram, qua legimus, *Si a Deo bonus, ut asseris, mendacem esse dixisti Jesum.* (Malim reponere, *Si a Deo Diabolus.*)

[1] (Conf. Job. xl. 10.) [2] Luc. x. 19.

ratio eorum, quæ nunc adduximus, et tunc ostendam tibi patrem ejus. MANES DIXIT, Si mihi ostenderis patrem ejus mendacem, et Deo horum nihil adscripseris, tunc tibi de omnibus accommodabitur fides. ARCHELAUS DIXIT, Omni ratione de Diabolo diligenter exposita, et dispensatione prolata, sicut hominum viget sensus, etiam apud seipsum potest diligenter advertere, quis iste sit, qui Diaboli appellatus est pater. Sed cum te tu Paraclitum esse dicas, plurimum tibi etiam ab humana deest prudentia. Quoniam ergo prodidisti ignorantiam tuam, dicam ego [c] quid ille sit pater Diaboli. MANES DIXIT [d]... dico: et adjecit, omnis qui conditor est, vel creator aliquorum, pater eorum.... condiderit, appellatur. ARCHELAUS DIXIT, Miror quomodo saltem hoc recta ratione responderis, nec celaveris sermonis hujus intelligentiam, vel naturam. Audi jam ex hoc, quis sit pater ejus. Cum ex cælorum regno cecidisset, erat [illegible]per terras, intendens, et inquirens cui se posset adjungere, quem ex consortio sui participem quoque nequitiæ suæ valeret efficere. Et quidem donec homo non erat, neque ille appellabatur homicida, neque cum patre mendax; post hæc vero, cum factus esset homo, ac mendacio ejus fuisset et circumventione deceptus, cum sese inseruisset corpori serpentis sapientioris omnium bestiarum, tunc appellatus est mendax, una cum patre suo, [e] et effectum est non solum super ipsum mendacii maledictum, sed et super patrem ejus. Cum ergo serpens recepisset eum in sese, et recepisset universum, tanquam prægnans effectus est, ingentis malitiæ fascem portans, et erat sicut puerpera, quæ partu urgetur, volens evomere malignæ suggestionis

[c] Forte, *quis ille sit.*

[d] Lacunæ istæ facile impleri posse videntur, si ita legamus. *Manes dixit, Jam dico: et adjecit, omnis, &c. pater eorum, quæ condiderit, appellatur.*

[e] In codice Casinensi, *ut.*

ejus [f] agitata. Primi enim hominis gloriam graviter ferens serpens, ingressus Paradisum, et conceptis in se doloribus, mendaces cœpit generare sermones, et mortem parere hominibus, qui a Deo fuerant figurati, et acceperant vitam. Verum non potuit totum se manifestum facere per serpentem; sed reservavit perfectionem suam, quam demonstraret in Cain, a quo generatus est totus. Et per serpentem quidem hypocrises, et fallacias ad Evam demonstravit: per Cain vero homicidii exordium dedit, inserens se in primitias frugum, quas ille male distribuit. Ex hoc homicida appellatus est ab initio; mendax vero quoniam fefellit, dicens, [2] *Eritis tanquam Dii:* ejecti sunt enim postea de Paradiso illi, quos Deos futuros esse fallebat. Efficitur ergo prior pater ejus, qui eum in utero concepit, et genuit, atque in lucem edidit Serpens; secundus vero Cain, qui per iniquitates conceptas, dolores, et parricidium peperit; interfectio etenim iniquitatem, injustitiam, atque impietatem pariter perpetravit. Sed et quicunque eum suscipiunt, et faciunt ejus desideria, fratres ejus efficiuntur. Pater ejus perfectus est Pharao, pater ejus efficiuntur unusquisque impiorum, pater ejus effectus est Judas, quia concepit quidem eum, sed abortus est; non enim perfectum edidit partum, quia majorem personam aggressus est per Judam, et ideo abortum factum esse dico; quia tanquam si mulier semen viri concipiat, atque in sese quotidianos accipiat profectus, ita et Judas quotidie [g] proficiebat in pejus, occasionibus sibi a maligno, quasi seminibus, datis. Et primum quidem fuit ei semen pecuniæ cupiditas, incrementum vero furtum, furabatur enim ea, quæ mittebantur in loculum; dolores vero partus fuerunt, et collocutio cum Pharisæis, et pretii

[f] Forte, *cogitata.*

[g] In codice Casinensi est, *proficiebat impetus.*

[2] Gen. iii. 5.

scelerata conventio: abortus est vero, non partus, laqueus mortis informis. Sed et tu, si malignum ex te protuleris, et facias ejus concupiscentias, genuisti eum, et pater ejus esse diceres; si vero pœnitentiam gesseris, et abjeceris pondus, velut parturies. Ut enim in ludis scholaribus, si acceperit quis a magistro materiam, reliquum corpus orationis ex semetipso generet, ac procreet, eorum quæ genuerit, [h]conditor ipse dicitur; ita qui ex summa malitia parum quid fermenti acceperit, pater et genitor dicatur necesse est illius, qui ab initio restitit veritati. Quod simili modo provenire potest etiam his, qui virtuti student; nam audivi fortissimos viros dicere ad Deum, [4] *propter timorem tuum* [i] *Dominum in utero concepimus, et doluimus, et peperimus spiritum salutis;* ita et quicunque de timore maligno concipiunt, et pariunt spiritum iniquitatis, ipsi patres ejus dicantur necesse est; filii enim dicuntur, dum adhuc ministerio ejus parent, patres vero, qui ad perfectionem malitiæ pervenerunt. Ita namque et Dominus noster ait ad Pharisæos, *Vos de patre Diabolo estis,* filios eos faciens illius, donec adhuc conturbari videbantur, et cogitabant in cordibus suis mala pro bonis adversum justos. Ergo apud se talia cogitantibus, translatis in se malignis eorum cogitationibus, Judas malorum caput, et ad perfectum perducens iniqua consilia, effectus est sceleris pater, immanitatis suæ præmio ab eis triginta argenteis honoratus; totus enim [5] *In eum post buccellam panis ingressus est Diabolus.* Sed ut diximus, postquam uterus intumuit, et dolorum tempus advenit, abortum fascem iniquæ conceptionis effudit, et ideo nec perfecte pater appellabatur, nisi eo tantum tempore, quo conceptus gerebatur in utero; postea vero quam confugit ad laqueum, non integrum videtur edidisse partum, quia pœnitentia subsecuta est.

[h] (Conf. Dion. Al. *Fragm.* lin. penult. pag. 199. vol. mei iii.) [i] Forte, *Domine.*
[4] (Isai. xxvi. 18.) [5] Joan. xiii. 27.

XXXIV. Ignorare vos non arbitror, quoniam Pater unum quidem sit nomen, diversos tamen habet intellectus: alius enim pater dicitur eorum, quos naturaliter genuerit, filiorum; alius vero eorum, quos tantummodo enutrierit; nonnulli vero temporis, atque ætatis privilegio; unde et Dominus noster Jesus plurimos patres habere dicitur, nam et David pater ejus appellatus est, et Joseph pater ejus putatus est, cum nullus horum pater ejus fuerit veritate naturæ. Nam David pater ejus dicitur ætatis, ac temporis privilegio; Joseph vero lege nutriendi; solus autem Deus Pater ejus natura est, qui omnia per Verbum suum velociter nobis manifestare dignatus est. Nec in aliquo remoratus Dominus noster Jesus, [1] intra unius anni spatium languentium multitudines reddidit sanitati, mortuos luci: [4] qui verbi sui potestate universa amplexus est; in quo tandem remoratus est, ut in Paraclito mittendo tandiu eum remoratum credamus? Quin potius, ut superius dictum est, adfuit statim plurimum diffusus in Paulum, cujus etiam testimonio credidimus dicenti, [5] *Mihi autem soli data est gratia hæc.* Qui prius quidem fuit persecutor Ecclesiæ Dei, sed rursum manifestatus est omnibus, quia esset fidelis Paraclita minister; per quem universis innotuit singularis ejus clementia, quod et usque ad nos, qui aliquando sine spe eramus, donorum ejus largitio pervenit. Quis enim nostrûm sperare poterat persecutorem Paulum, et inimicum Ecclesiæ, defensorem ejus ac tutorem futurum? Et non solum hoc, verum etiam et magistrum, Ecclesiarum conditorem et architectorem. Post hunc ergo, et post eos, qui cum ipso fuerant, id est, post discipulos, nullum alium venire secundum Scripturas sperandum est; ait enim Dominus

[1] In codice est, *inter*. Sed unum annum Christi prædicationi, ac miraculis videtur adscribere Archelaus cum aliis antiquis Patribus, quare legendum, *intra*. Vide infra cap. 49. (Videsis not. in Melitonis *Fragm.* p. 136. vol. i.)

([4] Heb. i. 3.) [5] Ephes. iii. 8. (fr. paulo post *Paraclîti* reponend.)

noster Jesus de Paraclito, [6] *Quia et de meo accipiet.* Vas ergo probabile elegit hunc virum, quem misit ad nos Paulum [k] in spiritus influxit Spiritus, et sicut non super omnes homines Spiritus habitare poterat, nisi super eum, qui de [l] Maria Dei Genitrice natus est, ita et in nullum alium Spiritus Paraclitus venire poterat, nisi super Apostolos, et super beatum Paulum. [7] *Vas enim electionis,* inquit, *mihi est, ut portet nomen meum in conspectu Regum, et gentium.* Ipse quoque in prima epistola sua posuit, dicens, [8] *Secundum gratiam, quæ data est mihi a Deo, ut sim minister Christi in gentibus, consecrans Evangelium Dei.* [9] *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto.* Et rursum ait, [1] *Non enim audeo quidquam loqui eorum, quæ per me non effecit Christus verbo et factis.* [2] *Ego enim sum* [m] *novissimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Gratia autem Dei sum id quod sum.* Et eos qui *experimentum quærebant ejus, qui in eo loquebatur Christus,* vult propterea habere, quia esset in ipso Paraclitus, cujus muneris gratiam consecutus, et [n] magnifico honore ditatus ait, [3] *Pro quo ter Dominum rogavi, ut discederet a me: et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Rursum, quia vere ipse sit Paraclitus, qui erat in Paulo, ait Dominus noster Jesus Christus in Evangelio, [4] *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem meum, et alium Paraclitum dabit vobis.* In quo ostendit etiam seipsum Paraclitum, cum dicit alium. Unde credentes Paulo, audivimus eum dicentem, [5] *Aut experimentum quæritis ejus, qui*

[k] Locus corruptus. Forte, *in Spiritu. Influxit Spiritus,* &c.

[l] (Videsis not. in Africani *Ep. ad Aristid.* p. 215. vol. ii.)

[m] Melius Vulgata, *minimus,* græce enim, ἐλάχιστος.

[n] In codice Casinensi est, *magnifico hoc ore*; sed legendum censui *honore.*

[6] Joan. xvi. 14. [7] Act. ix. 15. [8] Ep. ad Rom. cap. xv. 15, 16. [9] Ibid. ix. 1. [1] Ibid. xv. 18. [2] 1 ad Cor. xv. 9. [3] 2 Cor. xii. 8, 9. [4] Joan. xiv. 16. [5] 2 Cor. xiii. 3.

in me loquitur Christus? et horum similia, de quibus superius diximus; unde et tanquam fidelibus nobis hæredibus suis consignat testamentum sua ad Corinthios epistola, velut pater, dicens, [6] *Tradidi enim vobis in primis, quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, et quia sepultus est, et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas, et quia apparuit Cephæ, deinde undecim Apostolis, postea amplius quam quingentis fratribus* [n] *de semel, ex quibus plurimi adhuc manent usque nunc; quidam autem, et dormierunt. Postea autem visus est Jacobo; deinde omnibus Apostolis; novissime autem omnium, tanquam abortivo, visus est et mihi: Ego enim sum novissimus omnium Apostolorum.* [7] *Sive ergo ego, sive illi, ita annuntiavimus.* Et rursum tradens hæredibus eam, quam ipse hæreditatem promeruit, dicit, [8] *Timeo autem ne forte, sicut serpens seduxit Evam astutia sua, ita* [o] *corrumpantur sensus vestri, et excidant a simplicitate, et castitate, quæ in Christo est. Si enim is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicavimus; aut Spiritum alium acceperitis, quem non accepistis; aut aliud Evangelium, quod non accepistis; bene pateremini. Puto enim quia nihil minus feci vobis a cæteris Apostolis.*

XXXV. Hæc autem dixit, ostendens omnes reliquos, qui venerint, falsos Apostolos, dolosos operarios, transfigurantes se in Apostolos Christi, [9] *Et non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se,* [p] *velut Angelum lucis. Quid ergo magnum, si et ministri ejus transfigurentur in ministros justitiæ: quorum finis erit secundum opera eorum?* Indicat autem quales essent, et a quibus circumvenieban-

[n] Forte, *in simul.* Vulgata, *simul.*

[o] In Casinensi, *corrumpantur sensus vestri a simplicitate.* Sed nos ex Vulgata supplevimus.

[p] Ita et Cyprianus haud procul ab initio libri de Unitate Ecclesiæ, ac si in græco textu esset ὡς. Sed Vulgata, et Tertullianus pluribus in locis legunt, *In Angelum lucis.*

[6] 1 Cor. xv. 3—9. [7] Ibid. 11. [8] 2 Cor. xi. 3—5. [9] Ibid. 14, 15.

tur. Volentibus autem Galatis ab Evangelio transferri ait, [1] *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vocavit vos, in aliud Evangelium, quod non est aliud: nisi sunt qui vos conturbant, et volunt* [q] *avertere vos ab Evangelio Christi. Sed etiam si nos ipsi, aut Angelus de cælo vobis annuntiaverit, præterquam quod traditum est vobis, anathema sit.* Et rursum ait, [2] *Mihi infimo omnium* [r] *Apostolorum data est gratia hæc. Quæ enim deerant tribulationum Christi, in carne mea adimpleo.* Et in alio rursum loco profitetur, quia [3] *Super cæteros Christi minister*, tanquam si postea omnino non sit alius expectandus; jubet enim neque Angelum de cælo suscipi. Et quomodo [s] de Perside venientem Manem, et dicentem se esse Paraclitum, nos esse credimus? Ita enim agnosco ex hoc, quod unus iste sit ex illis, qui transformantur, de quibus manifeste vobis indicavit Vas electionis Apostolus Paulus dicens, [4] *Quia in novissimis temporibus recedent quidam a fide, attendentes spiritibus seductoribus, et doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi mendacia* [t] *loquentes, cauteriatam habentes conscientiam, prohibentium nubere, abstinere se a cibis, quos Deus creavit* [u] *ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, et his qui cognoverunt veritatem; quoniam omnis creatura Dei bona est, et nihil abjiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Sed et Spiritus Evange-

[q] Melius Vulgata, adstipulantibus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, et Augustino, *convertere Evangelium Christi*; licet Tertullianus adv. Marcionem lib. iv. cap. 5. *pervertere*, legisse videatur.

[r] Græce est, ἁγίων. *Sanctorum*, ut habet Vulgata.

[s] In Casinensi corruptus est hic locus, habet enim, *de Persida venientem monet*; sed legendum, *Manem*, vel *modo*, &c. (*Persida* cum *Perside* hic et supra mutavi.)

[t] In Vulgata juxta græcum textum est, *loquentium, habentium, prohibentium.* Aut igitur hic eodem modo legendum, aut corrigendum, *prohibentes.* Sed hanc lectionem antiqua etiam apud Tertullianum versio improbat, quæ Vulgatæ hac in parte similis est.

[u] In Casinensi est, *ad perficiendum.* Sed Vulgatæ lectionem substituere satius visum est. (Mox legendum videtur *Spiritu.*)

[1] Gal. i. 6—8. [2] Eph. iii. 8. Col. i. 24. [3] 2 Cor. xi. 23. [4] 1 Tim. iv. 1—4.

lista Matthæus diligenter significavit Domini nostri Jesu Christi sermonem, [5] *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus: et multos seducent. Quod si etiam aliquis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut ecce ibi, nolite credere. Exurgent enim falsi Christi,* [x] *et falsi Apostoli, et falsi Prophetæ, et dabunt signa magna, et prodigia, ita ut in errorem inducant, si potest fieri, etiam electos. Ecce prædixi vobis. Si dixerint vobis, ecce in deserto est: nolite exire. Si dixerint vobis, in penetralibus; nolite credere.* Et post ista omnia mandata, iste nec signum quidem aliquod, aut prodigium ullum ostendens, neque affinitatem aliquam habens; sed ne in numero quidem Discipulorum positus, neque Defuncto nostro obsecutus, cujus hæreditate gaudemus; cum neque ei languenti adstiterit, non testis extiterit testamenti, imo potius cum ne in notitiam quidem venerit eorum, qui obsecuti sunt ægrotanti: postremo cum nullius prorsus accipiat testimonium, Paraclitum se esse vult credi; cum etiam si signa, et prodigia faceres, falsum Christum, et falsum Prophetam te reputari oporteret secundum scripturas; et ideo convenit nos cautius agere, secundum quod Beatus Apostolus monet, dicens in epistola, [y] quam Colossensibus scripsit [6] *Permanete in fide fundati, et radicati, et immobiles ab spe Evangelii, quod* [z] *audivimus, quod predicatum est in omni creatura, quæ sub cælo est.* Et rursum, [7] *Sicut ergo accepistis Christum Jesum Dominum,* [a] *in ipso ambulate, radicati, et fundati super ipsum, confirmati fide, sicuti docti estis, abun-*

[x] Verba illa, *et falsi Apostoli*, ab interprete Archelai videntur adjuncta, explicationis causa; nam nec in græco, nec in Vulgata, nec apud Cyprianum aliosque Patres leguntur.

[y] Vocem, *Quam*, nos addidimus, ita sensu poscente. Aut forte, *scripta*, legendum.

[z] In Vulgata, *Audistis*.

[a] Ita Vulgata; in codice autem Casinensi legitur, *in ipsum*.

[5] Mat. xxiv. 4, 5. et 23—26. [6] Col. i, 23. [7] Ibid. ii. 6—9.

dantes in gratiarum actione. Videte ne quis vos [b] *expoliet per philosophiam, et inanem seductionem, secundum elementa mundi, et non secundum Christum, quia in ipso habitat omnis plenitudo Deitatis.* Quibus omnibus ita diligenter expositis, Beatus Apostolus, velut pater filiis, addit tanquam signaculum quoddam testamenti dicens, [8] *Certamen bonum certavi, circum cucurri, fidem servavi. De cætero reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex; non solum autem mihi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus.*

XXXVI. Nullum ex nobis, o Manes, [c] Galatam facies, nec ita nos transferes a fide Christi; etiam si signa et prodigia facias, etiam si mortuos suscites, etiam si imaginem nobis Pauli ipsius afferas, [d] anathema es Satana; præscriptum est enim de te, prænoniti, et præstructi sumus a sanctis Scripturis. Vas es Antichristi, et neque bonum vas, sed sordidum et indignum, quod ille, sicut aliquis barbarus, vel tyrannus, cum in eos, qui sub [e] legum justitia degunt, conatur irruere, præmisit prius tanquam morti destinatum, ad explorandum quanta, et qualis sit legitimi regis virtus, ac populi: ipse enim inopinatus irruere pertimuit, sed neque alium ex necessariis viris mittere ullum ausus est, ne quid pateretur adversi. Talem te nobis, sub bono et sancto Rege positis, velut morti destinatum, Rex tuus præmisit Antichristus. Et hæc quidem non inexplorata proloquor; sed ex eo quod nullam te video facere virtutem, ita de te sentio. Illum enim

[b] Casinensis codex, *expoliet, et per.* Cypr. initio libri de Bono Patientiæ habet, *Deprædetur per Philosophiam*, Græce est συλαγωγῶν, quod verbum Vulgata, *decipiat*, et Tertull. de Præscrip. c. 7. *circumveniet*, interpretantur.

[c] In eodem codice corruptissime legitur, *Galatam facies vicit, o nostras feras.* Nos modica mutatione locum hunc restituere conati sumus.

[d] Et hic mire depravatus est idem codex, in quo legitur, *Anathema esset ana.* An recte nos emendaverimus, Doctorum esto judicium. Vide etiam an corrigendum sit, *Anathema es et maranatha.*

[e] Vide an, *Regum.*

[8] 2 Tim. iv. 7, 8.

et in Angelum lucis transformandum, et ministros ejus tales adventuros prænoscimus, et signa et prodigia facturos, [f] *ita ut, si possibile sit, etiam electi seducantur.* Quis ergo es tu, qui neque necessarium aliquem locum sortitus es a patre tuo Satana? Nam quem mortuum suscitas, quod profluvium sanguinis sistis, [f] quos luto cæci oculos illinitos videre facis? Quando esurientem turbam paucis panibus reficis? Ubi super aquas incedis, aut quis te vidit ex his, qui in Hierusalem habitant? Persa barbare, non Græcorum linguæ, non Ægyptiorum, non Romanorum, non ullius alterius linguæ scientiam habere potuisti; [g] sed Chaldæorum solum, quæ ne in numerum quidem aliquem ducitur; nullum alium loquentem audire potes. Non ita Spiritus Sanctus, absit hoc malum, sed omnibus dividit, et omnia linguarum genera novit, et agnoscit universa, et omnibus omnia efficitur, ita ut eum etiam cordis cogitata non lateant. Quid enim dicit Scriptura? [9] quia unusquisque propria sua lingua audiebat per Paraclitum Spiritum loquentes Apostolos? Sed quid amplius [h] dicabo? Barba Sacerdos Mithræ, et collusor, solem tantum coles Mithram [i] locorum mysticorum illuminatorem, ut opinaris, et conscium, hoc est quod apud eos ludes, et tanquam elegans mimus perages mysteria. Verum quid

[f] In Casinensi, *Quod luto.*

[g] Chaldæorum siquidem linguam Syriacæ dialectum esse tradit Abulfaragius in Historia Dynastiarum pag. 11.

[h] Ita in codice Casinensi, quod tamen nonnulli fortasse emendandum putarent hoc pacto, *Quid amplius dicam? Barbare.* Sed fieri potest, ut verbo *dicare* usus sit rudis interpres pro contendere, dicam trahere, vel dicacem esse.

[i] Quæ sequuntur nostris conjecturis emendavimus; nam in Casinensi codice hic mire corrupto scribitur, *locorum mysteriorum illuminatorem.* Mox, *apud eos ludis.* Et infra, *adveniat? suscitans mortuos? pene usque ad gehennam omnes persequens, qui si ut obtemperare noluerit, plurimos deterrens arrogantiæ metu. Quod est ipse circundatus, aliis adhibet minas vultus sui conversione circundatio ludificat. Sed &c.* Manes autem tanquam Mithræ Sacerdos traducitur, quia solem venerabantur Manichæi, ut alibi ostendo.

[8] Matt. xxiv. 24. [9] Act. ii. 6.

ego hæc indignanter accipio? Nonne oportet te multiplicari tanquam zizania, usquequo ille ipse magnus pater tuus adveniat, suscitans mortuos, pene usque ad gehennam omnes persequens, qui sibi obtemperare noluerint, plurimos deterrens arrogantiæ metu, quo est ipse circundatus, aliis adhibens minas, vultus sui conversione et circunductione ludificans: sed ultra non proficiet; insipientia enim ejus omnibus pervulgata erit, [1] sicut Iamnes, et Mambres. JUDICES DIXERUNT, Sicut ex te comperimus, tanquam Apostolo Paulo dicente, insuper etiam ab Evangelio præscribente, [k] nulli alii æque in posterum præbetur ingressus ad prædicandum, vel docendum, vel ad evangelizandum, vel prophetandum in hac vita duntaxat, nisi forte falsus Propheta habeatur, aut falsus Christus. Unde cum dixeris in Paulo fuisse Paraclitum, et ipsum omnia consignasse, quare dixit, [2] *Ex parte scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit, quod perfectum est, id quod ex parte est destruetur?* Quem alium expectans, hoc dixit? Quod si ipse confitetur expectare se aliquem perfectum; et si venire aliquem necesse est, ostende nobis de quo dicat? ne forte in hunc videatur iste sermo recurrere, aut in eum, qui misit illum, Satanam, sicut tu dicis. Si enim confiteris venturum esse, quod perfectum est, non potest esse Satanas; si autem Satanam expectas, non potest esse perfectum.

XXXVII. ARCHELAUS DIXIT. Quoniam non sine Deo dicta sunt, quæ a Beato Paulo prolata sunt, certum est, quod Dominum nostrum Jesum Christum dixerit expectandum esse perfectum, qui solus Patrem novit, et cui voluerit revelare, sicut possum ex verbis ipsius demonstrare. Sed quia, cum venerit quod perfectum est, destruetur id quod ex parte est; iste vero sese asseverat

[k] In Casinensi est, *nulli alio atque posterum*, quem locum uti editum est legendum censui.

[1] 2 Tim. iii. 8, 9. [2] 1 Cor. xiii. 9, 10.

esse perfectum, quid destruxit ostendat: quod enim destruere, ignorantia est, quæ in nobis est. Dicat igitur, quid destruxit, quid in notitiam protulit? Si quid facere potest, faciat, ut credi ei possit? Sermo vero iste, quantam habeat virtutem, si potuerit diligenter intelligi, ita demum credi poterit his, quæ a me fuerint asserta. Igitur in prima ad Corinthios epistola hæc dicit Paulus de perfecto, qui venturus est, [2] *Sive Prophetiæ, destruentur, sive linguæ, cessabunt, sive scientia, destruetur; ex parte enim scimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, id quod ex parte est, destruetur.* Vide ergo quantam in sese habeat virtutem, quod perfectum est, et cujus sit ordinis ista perfectio. Dicat autem iste quam destruxerit prophetiam Judæorum, ac Hebræorum, [l] seu linguas cessare fecit Græcorum, aut eorum, qui idola colunt, vel quæ alia dogmata destruxit, Valentiniani, aut Marcionis, aut Tatiani, aut Sabellii, cæterorumque qui propriam sibimet ipsis scientiam composuerunt. Quem horum destruxit dicat, aut quando destruet, quasi perfectus? Inducias fortassis aliquas quærit. [m] Non plane, non tam obscure, et ignobiliter adveniet ille, qui perfectus est, id est, Jesus Christus Dominus noster. Sed sicut Rex adveniens ad urbem suam, præmittit primo [n] Protectores suos, signa, dracones, labaros, Duces, Principes, Præfectos, et universa continuo commoventur, aliis vero metuentibus, aliis vero gaudentibus pro expectatione Regis; ita et Dominus meus Jesus, qui est vere perfectus, adveniens præmittit in primo gloriam suam, incontaminati atque immaculati regni prædicatores sacratos, et tunc [3] universa creatura commovebitur, et conturbabitur, suppli-

[l] In Casinensi est, *sed*, prava lectio.

[m] Codex Casinensis, *Non plane nota*. Sed omissas ab oscitante librario lineolas censui, quæ vocalibus superpositæ consonantes designarent.

[n] De his late post Gothofredum Ducangius in Glossario.

[2] Cor. xiii. 8—10. [3] Rom. viii 21 22.

cans, atque obsecrans, usquequo eam a servitute liberet. Humanum vero genus metuat necesse est, [o] et quamplurimum conturbetur, pro eo quod multa delicta commiserit; soli vero justi lætabuntur, expectantes quæ sibi promissa sunt, nec ultra mundanarum rerum substantia permanebit, omnia destruentur, sive prophetiæ, sive horum libri, sive linguæ totius generis cessabunt eo quod ultra non egeant solliciti esse homines, et cogitare de his, quæ ad vitam necessaria sunt, sive scientia quorumcunque doctorum etiam ipsa destruetur: nihil enim horum sufferre poterit magni illius Regis adventum. Sicut enim parva scintilla ad splendorem solis admota assumitur, illico non apparet; ita universa creatura, omnis prophetia, cuncta scientia, universæ linguæ, sicut superius diximus, destruentur. Sed quia cælestis Regis præsentiam paucis verbis, et fragilibus, et valde infirmis exponere non valet humana natura, ut fortasse Sanctorum debeat esse, et valde dignorum de ipso aliquid enarrare; tamen necessitatis causa, ista me sufficit protulisse, hujus importunitate compulsum, ut istum vobis qualis esset ostenderem.

XXXVIII. Et ego quidem beatifico Marcionem, et [p] Valentinianum, ac Basilidem, aliosque hæreticos, [q] sic ut istius comparatione, qui velut intellectu aliquo usi sunt, qui videntur sibi omnem Scripturam posse intelligere, et [r] ita se ductores statuerunt iis, qui se audire voluissent; nullus tamen ipsorum ausus est Deum se prædicare, vel Christum, vel Paraclitum, sicut iste, qui aliquando quidem de seculis disputat, aliquando de sole, quomodo facta

[o] In codice Casinensi, *et cumplurimum conturbetur.* (For. infra scribend. *Sicut* cum.)

[p] Valentinianum vocat, quem alii Valentinum nominant, celebrem Apostolicorum temporum hæresiarcham.

[q] In codice Casinensi est, *sicut istius parationc.* Sed legendum, *sic ut istius comparatione.* Archelaus enim beatos facit Marcionem, aliosque hæreticos, non quod ita de illis sentiendum sit; sed quod Maneti insanissimo comparati, minus errare deprehendantur.

[r] Casinen. *ita seductores statuerunt, qui.*

sint, tanquam major ipse sit eorum; omnis enim, qui de aliquo exponit quomodo factus sit, majorem se, et antiquiorem ostendit esse, quam est ille, de quo dicit. Quis autem et de substantia Dei dicere audeat, nisi forte solus Dominus noster Jesus Christus? Quæ quidem ego non ex meis verbis astruo; sed Scripturæ, quæ nos edocuit, auctoritate confirmo; quoniam quidem et Apostolus dicit ad nos, [4] *Ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi, quoniam non in vacuum cucurri, nec in vacuum laboravi.* Intelligere debemus quæ sit vis, et ratio sermonis hujus; verbum enim Ducis obtinet locum, [5] opera vero Regis. Sicut ergo aliquis Regi suo adventanti, omnes, qui sub cura sua sunt, studet obedientes, paratos, et charos, hilaresque ostendere, ac devotos, sed etiam innocentes, ac bonis omnibus abundantes, ut ipse laudem consequatur a Rege, et majore ab eo honore dignus habeatur, tanquam bene gubernata, quæ sibi est commissa, provincia: Ita et Beatus Paulus dicit ad nos, [5] *Ut sitis velut luminaria in hoc mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam ipsius in diem Christi.* Scilicet quod Dominus noster Jesus Christus veniens, videat profecisse doctrinam ejus in nobis; et quia non in vacuum cucurrit, nec in vacuum laboravit, retribuat ei debitam coronam. Et rursus quoque in eadem epistola commonet nos, [6] ne terrena sapiamus, sed conversationem nostram debere esse in cælis; unde et salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum. Et quoniam nobis non est tutum scire ultimam diem, designavit in epistola, quam scribit ad Thessalonicenses, [7] *De temporibus autem, et momentis, Fratres, non habetis opus, ut ali-*

[a] Cur hæc cum præcedentibus non cohæreant, Vide præfationem nostram in Archelao. (p. 128.) Sensus autem esse videtur, solius Regis, perfecti, videlicet, illius, qui expectatur, opus esse, hominum ignorantiam, ut antea dixit, penitus destruere, quod non præstiterat Manes. (Adagio simile istud est.)

[4] Phil. ii. 15. [5] Ibid. [6] Ibid. iii. 19. [7] 1 Thess. v. 1, 2.

quid vobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Et quomodo nunc adstat iste persuadens, et rogans unumquenque Manichæum effici, et circumvenit, et ingreditur domos, decipere quærens animas oneratas peccatis? Sed nos non ita sentimus, quin potius res ipsas proferamus in medium, et conferamus, si placet, ad perfectum Paraclitum. Videtis enim quia interdum pœnitet, interdum interrogat, nonnunquam deprecatur. Sed scriptum est in Evangelio Salvatoris nostri, quia et illi, qui a sinistris Regis assistunt, dicent, [8] *Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut peregrinum, aut* [t] *in carcere, et non ministravimus tibi?* rogantes ut sibi indulgeret; sed quid illis respondit justus judex Rex? [9] *Discedite a me in ignem æternum operarii iniquitatis.* Abjecit eos in æternum ignem, cum illi rogare non cessent. Videsne quid sit perfecti Regis adventus? non talem, qualem tu asseris perfectionem. Quod si post ipsum expectandus est magnus judicii dies, multo utique hic illo inferior est. Quod si inferior erit, perfectus non erit. Si perfectus non erit, non de ipso dicit Apostolus. Quod si non de ipso dicit Apostolus, iste autem de se dictum esse mentitur, pseudopropheta utique judicandus est. Sed et multa alia horum similia dici possunt, quæ si omnia persequi velimus, nullum nobis tempus ad omnia explenda sufficiet. Unde abundare existimavi de multis pauca dixisse, reliquas partes tractatus hujus exequi volentibus derelinquens.

XXXIX. His auditis dederunt gloriam Deo immensam, et ipso dignam; Archelaum vero multis honoribus affecerunt. Tunc Marcellus assurgens, et [u] stolas exuens, circundat Archelaum, atque osculis eum defixus amplecti-

[t] Ita Vulgata juxta græcum textum, Cyprianus lib. de Opere et Eleemosynis aliique. Casinensis tamen habet, *in carcerem.*

[u] Forte, *stolam.*

[8] Mat. xxv. 44. [9] Luc. xiii. 27.

tur, et inhæret. Tunc vero infantes, qui forte convenerant, primi in Manem pellere, ac [x] fugere cæperunt, quos turba reliqua insecuta, concitavit se ad effugiendum Manem. Quod cum pervidisset Archelaus, elevata in modum tubæ voce sua, multitudinem cupiens cohibere, ait, Cessate, Fratres dilecti, ne forte rei sanguinis inveniamur in die judicii; scriptum est enim de talibus, quia [1] *Oportet et hæreses esse inter vos, ut qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.* Et his dictis, sedatæ sunt turbæ. Quoniam vero placuit Marcello disputationem hanc excipi atque describi, contradicere non potui, confisus de benignitate legentium, quod veniam dabunt, si quid imperitum aut rusticum sonabit oratio; hoc enim tantum est, quod studemus, ut rei gestæ cognitio studiosum quenque non lateat. Tunc ergo, cum effugisset Manes, nusquam comparuit. Turbo vero minister Archelao traditur a Marcello, quem cum Diaconum Archelaus ordinaret, in Marcelli contubernio perseveravit. Manes autem fugiens advenit ad quendam vicum longe ab urbe positum, qui appellabatur Diodori. Erat autem Presbyter loci illius nomine, et ipse [y] Diodorus, quietus et mitis, fidei ac famæ bonæ valde, et cum quadam die Manes, congregata turba, [z] concionaretur, ac peregrina quædam, et aliena a paterna traditione populo, qui adstabat, assereret, nullum omnino ex his formidans, quod sibi posset obsistere; Diodorus videns proficere ejus nequitiam, deliberat Archelao mittere epistolam, continentem hæc.

[x] *Fugere*, et *effugere*, pro, fugare, in fugam conjicere, suo loquendi more dicit antiquus interpres.

[y] Nescio quo pacto Diodorum hunc Tryphona vocet Epiphanius in hac Manichæorum hær. num. 11.

[z] In Casinensi codice, *continuaretur*.

[1] 1 Cor. xi. 19.

[a] ARCHELAO EPISCOPO DIODORUS S. D.

XL. SCIRE te volo, religiosissime Pater, quoniam advenit quidam in diebus istis, nomine Manes, ad loca nostra, qui novi testamenti doctrinam se adimplere promittit. Et quidem erant quædam in his, quæ ab eo dicebantur, nostræ fidei; quædam vero asserebat longe diversa ab iis, quæ a nostra [b] paterna traditione descendunt. Interpretabatur enim quædam aliene, quibus etiam ex propriis addebat, quæ mihi valde peregrina visa sunt, et infida. Pro quibus etiam permotus sum scribere hæc ad te, sciens doctrinæ tuæ perfectum et plenissimum sensum, quoniam latere te horum nihil potest; et ideo confisus sum ad explananda nobis hæc, invidia te non posse prohiberi. Quamvis nec ego quidem in alterum aliquem inclinari potuerim sensum, tamen propter simplices quosque, tuæ auctoritatis compulsus sum implorare sermonem. Re vera enim vir valde vehemens tam sermone, quam opere, sed et aspectu ipso, atque habitu apparet. Sed et pauca quædam, quæ retinere possum ex iis, quæ ab eo dicta sunt, scribo tibi, sciens quia ex iis etiam reliqua intelliges. Nosti quia morem hunc habent, qui dogma aliquod asserere volunt, ut quæcunque voluerint de Scripturis assumere, hæc propensius sui intelligentia depravent. Sed hoc præveniens Apostolicus denotat sermo dicens, [2] *Si quis vobis annuntiaverit præter quod accepistis, anathema sit.* Itaque post hæc, quæ semel ab Apostolis

[a] Meminit hujus epistolæ Epiphanius in hac hæresi num 11. ejusque argumentum, non autem verba, ut Petavius interpretatur, breviter refert. In titulo hujus epistolæ vox, *salutem*, deest in codice Casinensi, sed literam, *s*, eam vocem indicantem, repetere neglexit librarius, eo quod in fine præcedentis vocis existat.

[b] Videant hæretici quam clare tam hic, quam infra Diodorus antiquas Ecclesiæ traditiones sequendas amplectendasque esse declaret.

[2] Gal. i. 8.

tradita sunt, ultra non oportet quicquam aliud suscipere discipulum Christi. Verum ne sermonem longius protraham, ad propositum redeo. Legem Moysi, ut breviter dicam, dicebat hic non esse Dei boni, sed maligni Principis, nec habere eam quicquam cognationis ad novam legem Christi; sed esse contrariam et inimicam, alteram alteri obsistentem. Ego audiens, dicebam eis sermonem Evangelicum, quomodo dixit Dominus noster Jesus Christus, [3] *Non veni solvere legem, sed adimplere.* Ille vero ait, nequaquam eum hunc dixisse sermonem; cum enim ipsam inveniamus eum resolvisse legem, necesse est nos hoc potius intelligere, quod fecit. Deinde cœpit dicere plurima ex lege, multa etiam de Evangelio, et Apostolo Paulo, quæ sibi videntur esse contraria, quæ etiam cum fiducia dicens, nihil pertimescit; credo quod habeat adjutorem draconem illum, qui nobis semper inimicus est. Dicebat ergo quod ibi dixerit Deus, [4] Ego divitem, et pauperem facio; hic vero Jesus beatos diceret pauperes. Addebat etiam, quod nemo possit ejus esse discipulus, nisi renuntiaret omnibus, quæ haberet: [5] ibi vero Moyses, argentum et aurum ab Ægyptiis sumens, cum populo fugisset ex Ægypto: Jesus autem nihil proximi desiderandum esse præcepit. [6] Deinde quod ille oculum pro oculo, dentem pro dente in lege cavisset expendi; noster vero Dominus percutienti unam maxillam, juberet etiam alteram præparari. [7] Quod ibi Moyses eum, qui sabbato opus fecisset, et non permansisset in omnibus, quæ scripta sunt in lege, puniri, lapidarique præcepit, sicut factum est ei, qui adhuc ignorans in sabbato fascem ligni collegerat; [8] Jesus vero in sabbato etiam lectum portare præcepit a se curato; [9] sed et Discipulos in die sabbati vellere spicas, ac manibus confricare non prohibet, quod sabbatis utique non licebat fieri. Et quid plura dicam? multis et

[3] Mat. v. 17. [4] Prov. xxii. 2. Mat. v. 3. Luc. xiv. 33. [5] Exod. xii. 35. [6] Exod. xxi. 24. Luc. vi. 29. [7] Num. xv. 32. [8] Marc. ii. 11. [9] Luc. vi. 1.

variis assertionibus hujuscemodi dogmata ab eo summo nisu, atque summo studio affirmabantur. Nam ex auctoritate Apostoli Moysi legem, legem esse mortis conabatur asserere; Jesu vero legem, legem esse vitæ, per id quod ait, [1] *In quo et idoneos nos* [c] *faciat Deus ministros novi testamenti, non litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Quod si* [d] *ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria,* [2] *ita ut non possent intendere filii Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ* [c] *destruetur; quomodo non magis ministerium Spiritus erit in gloria? Si enim ministerium damnationis gloria est, multo magis abundabit ministerium justitiæ ad gloriam. Neque enim glorificatum est, quod gloriosum factum est in hac parte, propter eam, quæ supereminet, gloriam: si enim quod destruetur per gloriam est, multo magis, quod manet, in gloria est.* Sed hoc quidem, sicut ipse nosti, in secunda ad Corinthios epistola. Addit autem ex prima epistola, terrenos esse dicens discipulos veteris testamenti, et animales, [3] et ideo carnem et sanguinem regnum Dei possidere non posse. Ipsum quoque Paulum ex propria sua persona dicebat asserere id quod ait, [4] *Si ea, quæ destruxi, iterum ædifico, prævaricatorem me æstimo.* Sed et illud eundem ipsum evidentissime de carnis resurrectione dixisse, [5] non esse Judæum, qui in manifesto est, neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio; neque secundum literam, legem quicquam utilitatis retinere: [6] Et rursum quod Abraham habet gloriam, sed non apud Deum: [7] Tantummodo agnitionem peccati per legem fieri. Sed et alia multa, legi ob-

[c] Vulgata, *fecit Deus*, quod magis græco textui consonum est.

[d] Vulgata, *Ministratio mortis, literis deformata in lapidibus*; sed nostri interpretis lectio magis ad sensum græci, quo nunc utimur, textus accedit.

Infra cap. 42. habet, *aboletur*.

[1] 2 Cor. iii. 6—11. [2] Exod. xxxiv. 35. [3] 1 Cor. xv. 50. [4] Gal. ii. 18. [5] Rom. ii. 28. [6] Ibid. iv. 2. [7] Ibid. iii. 20.

trectans, inserebat, eo quod lex ipsa peccatum sit, in quibus simplices quique, dicente eo, movebantur; [e] et usque ad Joannem igitur aiebat lex, et Prophetæ: Aiebat autem Joannem regnum cælorum prædicare; [f] nam et per abscissionem capitis ejus hoc esse indicatum, quod omnibus prioribus et superioribus ejus abscissis, posteriora sola servanda sint. Ad hæc igitur nobis, o religiosissime Archelae, paucis rescribe; audivi enim non mediocriter tibi esse in talibus studium; Dei enim donum est, idcirco quod dignis, et amicis suis, sibique propositi societate conjunctis, Deus donat hæc munera. Nostrum enim est propositum, [g] præparare, et proximos fieri benignæ ac diviti menti, et continuo ab ea largissima munera consequimur. Quoniam ergo in iis voto et proposito meo sermonis non sufficit eruditio (idiotam enim me esse confiteor) ad te misi, sicut sæpius dixi, quæstionis hujus solutionem plenissimam recepturus. Incolumis mihi esto, Pater incomparabilis, et honorabilis.

XLI. Accepta hac epistola Archelaus admiratus est hominis audaciam; sed interim Diodori allegationibus ut res suadebat celerem dare responsum, continuo scripsit hoc modo.

[h] ARCHELAUS DIODORO PRESBYTERO FILIO HONORABILI

Salutem.

Acceptis literis tuis, valde gavisus sum, Dilectissime. Cognovi autem, quod vir iste, qui ante hos dies ad me

In Casinensi, *nam et abscissionem*, omissa, ut patet, præpositione *per*. Sed et legi potest, *abscissione*.

[g] In Casinensi codice legitur, *prepararet proximus fieri benignæ hac diviti menti*. Et infra, *Idiotam me esse confiteor*. Sed ita emendandum esse, uti editum est, nemo, ut arbitror, inficias iverit.

[h] Hanc Archelai epistolam, cum subsequentibus nonnullis usque ad caput

[e] Joan i. 29.

venerat, et scientiam, aliam præter eam, quæ Apostolica est, et Ecclesiastica, introducere cupiebat, ad te quoque venerit; quem quidem ego non admisi, in præsenti enim nobis disputantibus confutatus est. Et velim quidem omnia, quæ a me dicta sunt, scribere tibi, ut ex his agnosceres fidem ejus; sed quia de vacanti [i] fieri poterit hoc, nunc, quod instat, paucis respondere tibi necessarium duxi, ad ea quæ mihi scripsisti, quod ab illo dicerentur. Erat ergo ei [k] summum studium, legem Moysi ostendere non esse consonantem legi Christi, et hæc ex nostris Scripturis, asseverare tentabat. Nos vero ex eadem ipsa scriptura non solum confirmavimus legem Moysi, et omnia, quæ in ea scripta sunt; verum etiam omne vetus testamentum convenire novo testamento, et consonare probavimus, unumque esse textum, tanquam si una vestis videatur [l] ex subtegmine, atque stamine esse contexta. Hoc solum, quod veluti purpuram videmus in veste, novum testamentum [m] in textura veteris testamenti; [n] gloriam enim Domini in eodem speculamur. Non ergo abjiciendum est [o] speculum, cum nobis ipsam imaginem rerum similem, veramque [p] demonstret; quin potius, et eo amplius honorandum est. Sed et puerum [q] qui ad Doctores a pædagogo perducitur, cum adhuc parvulus est, nunquid

46. hujus operis edidit pariter ex codice Bobiensi Valesius, cujus varias lectiones adnotamus.

[i] Cod. Bobiensis, *fieri potest.*

[k] Cod. Bobiensis, *suum studium.*

[l] In Casinensi est, *ex subtemine, et quæ stamine.* Sed nos Bobiensis cod. lectionem meliorem esse censuimus.

[m] Codd. Casin. et Bob. *in texturam.*

[n] Corruptus est hoc in loco Bobiensis codex, quem non recte Valesius correxit. (*um* pro *enim* cod. habente, ille cerrexit *Jesum.*)

[o] Casinensis non recte, *speculum nobis per ipsam imaginem.* Sed melior alia Bobiensis codicis lectio, quam secuti sumus.

[p] Bobiensis, *demonstrarit.*

[q] Et hic melior Bobiensis codicis lectio; nam Casinensis habet, *qui a doctore iis a pædagogo.*

cum ad ætatem pervenerit [r] dehonorare [s] oportet pædagogum, propterea quod jam opera ejus non indiget, et potest solus jam sine ejus adminiculo ad scholas pergere, atque ad auditoria properare? [t] Aut rursum parvulus, qui lacte nutritus est, cum profecerit ad validiores cibos, cum injuria debet abjicere, atque exhorrescere nutricis mammillas? quin potius veneratur et colit, et beneficii sui [u] debitor fatetur. Aliud etiam, si videtur, [x] adhibemus exemplum. Homo quidam projectum in terram cum vidisset infantem, et jam vehementer afflictum, [y] collegit eum, et nutrire apud se cœpit, usquequo ad ætatem adolescentiæ perveniret, toleravitque omnes, [z] qui evenire solent nutritoribus, labores. [a] Accedit vero post tempus is, qui naturalis ei fuerat pater, requirere puerum, et invenit eum apud illum, qui nutrierat. Quid faciat hic puer, patre cognito? de justo enim puero mihi sermo est. Nonne multis donis munerato eo, qui se educaverat, sequitur naturalem [b] patrem pro respectu hereditatis? Ita mihi intelligendum est, magnificum Dei famulum Moysen [c] invenisse populum afflictum ab Ægyptiis, quem assumptum nutriebat in deserto [d] tanquam pater, docebat ut magister, regebat ut rector. Conservavit populum, usquequo ve-

[r] Codex Bobiensis, *dehonestare.*

[s] Codex Casinensis, *oportet, et pædagogum, propter quod ore ejus non indiget.* Et paulo post, *atque plauditoria properare.* Sed nos Bobiensis codicis lectionem expressimus.

[t] Bobiensis, *Ut rursum.*

[u] Casinensis, *debitorem.* Forte, *et beneficii se debitorem fatetur.*

[x] Bobiensis, *adhibeamus.*

[y] Idem codex, *colligit, et nutrire apud se quærit.*

[z] Idem codex, *qui venire solent nutricibus labores.*

[a] Idem codex, *Accidit vero post tempus, ut is qui &c. requireret puerum, et inveniret eum.*

[b] Codex Bobiensis, *patrem prospectu.* Et mox, *mihi intellige magnificum.*

[c] Male Casinensis, *venisse.*

[d] Bobiensis habet, *tanquam pater educabat. Ut magister regebat et conservabat populum &c. Et cum post aliquantum tempus adveniens pater proprias oves recepit.*

niret cujus est; et post aliquantum tempus adveniens pater oves recepit. Nonne per omnia honorabitur quidem ab eo, cui tradidit gregem; gloriabitur vero ab iis, qui ab eo conservati sunt? Quis igitur ita mentis insanæ est, o dilectissime Diodore, ut alienos a se dicat eos, qui inter se conjuncti sunt, qui pro se invicem prophetarunt, [e] qui æqualia, et sibi similia, atque cognata, imo potius germana signa, ac prodigia demonstrarunt? Et primo quidem Moyses ad populum dixit: [9] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus noster sicut me.* Jesus deinde ait, [1] de me enim Moyses locutus est. [f] Vides quomodo dexteras sibi invicem tradunt, [g] quamvis alter Propheta, [2] alter vero Filius sit dilectus; alter fidelis famulus, alter vero Dominus agnoscatur. Sed et quondam, volens quis sine pædagogo ire ad scholas, non suscipitur a magistro dicente, non eum suscipiam, nisi acceperit pædagogum. Quis sit autem, de quo dicimus, breviter exponam. [3] Homo quidam erat dives, gentiliter vivens, in multa luxuria quotidie degens; alius vero pauper erat vicinus ejus, qui ne quotidianum quidem cibum [h] poterat invenire. Accidit utrunque vita discedere, et in infernum descendere, et pauperem mitti in locum requiei, et reliqua, quæ nosti. Veruntamen erant divitis fratres quinque, [i] ea quæ et ipse egerat agentes sine dubio quæ domi a tali magistro didicissent. Rogavit dives simul uno tempore, ut edisceret majorem doctrinam; Abraham vero sciens, quoniam adhuc indigent pædagogo, ait ei, habent Moysen, et Prophetas. Si enim illos non susceperint, ut ab eo velut pædagogo gu-

[e] Codex Bob. *qui æqualia, atque cognata.* Mox, *ad populum*; *Prophetam.*

[f] Male Casinensis codex, *Unde.*

[g] Male Casinensis, *quam.*

[h] Codex Bobiensis, *potest*, mala lectio.

[i] Codex Bobiensis, *et ea quæ ipse gesserat agentes.* Et infra, *uno tempore discere majorem doctrinam ab Abraham. Abraham vero.* (For. legend. *ediscerent.*)

[9] Deut. xviii. 18. [1] Joan. v. 46. [2] (Heb. iii. 5, 6.) [3] Luc. xvi. 19.

bernentur, non poterunt majoris magistri capere doctrinam.

XLII. Sed et de aliis sermonibus, ut potero, exponam, idest, quod non contraria Moysi locutus est Jesus, [k] aut fecit. Primum quod ait oculum pro oculo, dentem pro dente, [l] hoc justum est; quod autem cæsum præstare jubet et alteram maxillam, [m] hoc bonitas est. Nunquid justitia bonitati contraria est? Absit; profectus autem est de justitia ad bonitatem. Et rursus, [s] *Dignus est operarius mercede sua.* Quod si voluerit quis fraudem facere, [n] exigi ab eo illa, quæ per fraudem interceperat, justissimum est, maxime cum multa sit merces. Hoc autem dico, quando Ægyptii affligebant filios Israël per operum compulsores in fingendis lateribus, quod cum suppliciis Moyses totum pariter intra unum momentum temporis exegit. [o] Nunquid hoc iniquitas appellanda est? Absit. Illa sane bonitatis est [p] abstinentia, cum utitur quis frugaliter, renuntians omnibus, quæ superflua sunt. [q] Quod vero in veteri testamento dictum est: [9] Ego divitem facio, et pauperem; Jesus vero beatificat pauperes, non dixit [r] secularis substantiæ pauperes, sed pauperes spiritu, idest, qui non superbia [s] inflammantur, sed humilitate [t] se mitigant, et inclinant, [r] non plus sapientes, quam oportet sa-

[k] Male Casinensis, *autem fecit.* At in Bobiensi codice sequitur, *Primum quidem, quod ait.*

[l] Codex Bobiensis, *in hoc.*

[m] In Bobiensi codice hic plura verba desunt; habet enim, *hoc bonitas est. Absit.*

[n] Codex Bobiensis, *et exigi ab eo illa, quæ fraude interceperat.* Casinensis vero, *exige ab eo illa quæ fraudem interceperat.* Nos ex utroque codice meliorem lectionem conflavimus.

[o] Bobien. *exigit. Nunquid iniquitas.*

[p] Hinc patet Valesium recte ad marginem emendasse Bobiensis codicis lectionem, quæ habet, *absentia.*

[q] Codex Bobiensis, *Quod ergo,* et mox, *Jesus beatificat.*

[r] Codex Bobiensis, *seculari substantia.*

[s] Forte, *inflantur.*

[t] Codex Bobien. *humilitate mitigant.*

[8] Mat. x. 10. [9] Prov. xxii. 2. Mat. v. 3. [r] Rom. xii. 3.

pere. Quam quidem adversarius quæstionem non competenter aptavit. Hic enim video et Jesum libenter intuentem divitum munera, cum in gazophylacio [u] offeruntur; et parum hoc est, si a solis divitibus in gazophylacio munera [x] offeruntur; imo vero etiam duo minuta pauperculæ viduæ libenter suscipiuntur, in quo amplius aliquid, quam quod Moyses præceperat de suscipienda pecunia demonstratur. Ille enim [y] ab his, qui habebant, accipiebat; hic autem accipit etiam ab his, qui non habent. Sed ait, scriptum est, [2] *Nisi quis renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Rursum video Centurionem valde divitem, et seculari præditum potestate fidem habere plusquam [z] omnem Israëlitam; ut si quis fuit, etiam qui renuntiaverat, a Centurione superatur in fide. [a] Sed dicet nobis quis, non est ergo bonum renuntiare divitiis? Bonum, inquam, his, qui possunt; [b] sed abuti divitiis ad opus justitiæ atque misericordiæ parem gratiam tribuit, ac si universis pariter renuntietur. De eo autem quod dicit, destructum esse sabbatum, non plane destruxit; [3] ipse enim [c] Dominus erat sabbati; tanquam si sponsi quis custodiens thorum diligenter [d] extructum, a nullo alio extraneo vexari vel contingi [e] patiatur, usquequo ipse sponsus adveniat, et cum advenerit, strato suo, sicut libuerit, utatur, vel hi, quos ipse secum jusserit introire. Testimonium etiam dedit his, quæ di-

[u] Codex Casinen. *offerentur, et pauperum hoc est.* Bobiensis autem, *offeruntur*; *et parum hoc est*, quæ vera est hujus loci lectio.

[x] Codex Bobiensis, *inferuntur.*

[y] Idem codex, *ab his tantummodo, qui habebant suscipiebant.*

[z] Idem codex, *omnem Israël*; *ut si quis fuerit.* (for. paulo post, *superetur.*

[a] Codex Bobiensis, *dicit.*

[b] Bobiensis codex, *sed et abuti.* Forte, *sed et uti*, vel, *sed etiam uti.*

[c] Codex Casinensis, *Deus.*

[d] Ita cod. Bobiensis; nam Casinensis male, *extruxit.*

[e] Idem codex, *patitur.* Et mox, *quos secum.*

[2] Luc. xiv. 33. Mat. viii. 10. [3] Mat. xii, 8.

cimus, cælesti voce ipse Dominus Jesus Christus dicens, [3] *Nunquid potestis* [f] *filios sponsi facere jejunare, donec cum ipsis est sponsus?* Sed circumcisionem non abjecit, quin potius ipse pro nobis in semitipsum causam circumcisionis [g] excepit, labore nos relevans, et pati nos frustra doloris aliquid non sinens. Quid enim prodest circumcidenti se quidem, et adversus proximum suum pessima cogitanti? Voluit autem magis largissimæ [h] viæ spatia compendioso nobis tramite demonstrare, ne forte, cum longa spatia circuimus, ante nobis dies claudatur in noctem; et dum [4] deforis quidem splendidi hominibus apparemus, intrinsecus lupis rapacibus comparemur, aut sepulchris conferamur dealbatis. [i] Multo enim ille huic præferendus est, qui veste squalida, ac detrita circundatus, nihil mali in corde suo conclusum retinet adversus proximum suum. [k] Cordis enim circumcisio sola salutem confert; nihil præstat eis ista carnalis, nisi forte spirituali circumcisione muniantur. Audi etiam quid dicit Scriptura, [5] *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt.* Quid ergo mihi opus est laborare, cum cognoverim [l] compendia viæ, si possum mundus esse corde, sicut et si quis prævaleat in [6] duobus mandatis omnem legem implere, et Prophetas? Post hæc vero omnia edocet Apostolorum maximus Paulus [m] dicens, [7] *Aut experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Christus?* Quid ergo mihi opus est [n] circumcisione,

[f] In græco est *υἱοὶ νυμφῶνος, filii thalami sponsalis*, seu, ut vertit Vulgata, *filii nuptiarum*, quæ meliores sunt hujus loci versiones.

[g] Codex Bobiensis, *suscepit.*

[h] Codex Bobiensis, *viæ compendiosum nobis tramitem demonstrare.*

[i] Idem codex, *multum enim.*

[k] Idem codex, *cordis ergo.* Et mox, *nihil præstante carnali.* Et infra, *muniatur.*

[l] Idem codex, *compendium viæ.*

[m] Idem codex, *dicens, experimentum.*

[n] Idem codex, *circumcisio.*

[3] Marc. ii. 19. [4] Mat. xxiii. 27. et vii. 15. [5] Ibid. v. 8. [6] Mat. xxii. 40. [7] 2 Cor. xiii. 3.

cum possim et in præputio justificari? Et scriptum est, [o]*Si quis circumcisus est, non adducat præputium, aut si quis in præputio est, non circumcidatur. Utrumque enim nihil est, nisi observatio mandatorum Dei.*[5] Cum ergo nullum possit salvare circumcisio, non magnopere requirenda est; maxime cum si quis in præputio vocatus fuerit, et circumcidi voluerit, continuo [p] prævaricator legis efficiatur. Si enim circumcidor, et mandata legis adimpleo, ut salvari possim; incircumcisus, et in præputio positus, multo magis mandata custodiens, habebo vitam. [6] In spiritu enim circumcisionem cordis accepi, non jam [q] literæ per atramentum, in quo laus non ex hominibus, sed ex Deo est. Non ergo referatur ad me hujuscemodi incusatio. Sicut enim [r] aliquis dives multis auri atque argenti [s] talentis, ita ut omne domestici usus ministerium ex hujuscemodi metallis habeat structum, in nullo vasis fictilis speciem requirit; sed non propterea [t] figuli opus, aut ars fictilium vasorum ab eo detestanda est; ita etiam ego gratia Dei [u] dives factus, et cordis circumcisionem consecutus, nequaquam vilissimæ illius circumcisionis indigeo, nec tamen malam esse dico. Absit. Quod si diligentius de his voluerit aliquis edoceri,

[o] Melius Vulgata juxta fidem græci textus, *Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est, non circumcidatur. Circumcisio nihil est, et præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.*

[p] Codex Bobiensis, *Prædicator legis.* mala lectio.

[q] Legendum forsitan, *litera*, ut cum D. Pauli loco in epistola ad Romanos, ad quem Archelaus respicit, concordet.

[r] Male Casinensis codex, *alius.*

[s] Bobiensis, *talentis repletus, ita omne.*

[t] Codex Bobien. *figuli opus aufers, aut fictilium.* Casinensis vero, *figuli opus et ars aut fictilium*; sed videtur legendum, *figuli opus, aut ars fictilium*, uti editum est.

[u] Codex Bobien. *dives factus sum, et cordis circumcisionem consecutus, nequaquam.* At Casinensis, *dives factus, et circumcisionem consecutus, nec quicquam.* Nos Casinensem, ex Bobiensi partim supplevimus, partim emendavimus.

[5] 1 Cor. vii. 18. [6] Rom. ii. 29.

inveniet hæc in [x] epistola prima Apostoli [y] plenissime tractata.

XLIII. De velamento vero Moysi, et de ministerio mortis, dicam sermone brevissimo. Non enim valde mihi hæc insinuare aliquid adversus legem videntur. Ait ergo sermo [z] propositus, [7] *Quod si ministerium mortis in literis, formatum in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ aboletur;* et reliqua, tamen gloriam esse confitetur in vultu Moysi, quod est amicum nobis. Quod si destruitur, et velamen [a] habet lectio ejus, hoc me non exacerbat, neque conturbat, si tantum in eo [b] gloria sit. Neque vero omnigene in ignobilitatem redigitur, quod [c] destruetur. Cum enim de gloria disputat Scriptura, [d] scisse se differentias gloriæ testatur, [8] *Alia enim*, inquit, [e] *gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum; stella enim a stella differt in gloria.* Si enim sol majorem habet gloriam, quam luna, non continuo in ignobilitatem luna redigitur. Ita et si Dominus meus Jesus Christus præcellit in gloria Moysen, tanquam Dominus famulum, non continuo respuenda est gloria Moysi; ita enim pos-

[x] Epistolam primam intelligit epistolam ad Romanos, quam ab antiquissimis Ecclesiæ temporibus primum inter Pauli epistolas locum habuisse, vel ex hoc Archelai loco apparet. Vide Epiphanium in Hæresi 42. ubi crimini vertit Marcioni, quod Epistolam ad Romanos quarto loco inter D. Pauli epistolas collocaverit. Vide etiam supra cap. 34.

[y] Male cod. Bobien. *plenissime pertractans.*

[z] Male cod. Bobiensis, *propheticus.* Et mox, *literis firmatum.*

[a] Bobiensis codex, *si habet.*

[b] Codex Bobien. et hic corruptam lectionem exhibet, nempe, *gloria; neque vero, omni genere in nobilitate.* Valesius recte emendat, *in ignobilitatem.*

[c] Cod. Bobiensis, *destruitur.*

[d] Idem codex. *scis esse differentias gloriæ; alia enim gloria.* Mala lectio.

[e] Vulgata, Irenæus lib. ii. cap. 24. et Cyprianus lib. 3. Testim. ad Quirinum capite 58. habent, *claritas*, pro, *gloria.* Sed postrema vox placuit etiam Tertulliano de Resur. Carnis cap. 52.

[7] 2 Cor. iii. 7. [8] 1 Cor. xv. 41.

sumus satisfacere auditoribus, sicut et verbi ipsius [f] natura persuadet, ex Scripturis, quæ dicimus, affirmantes, vel certe etiam exemplis ea manifestius comprobantes. Si quis lucernam accenderit noctu, cum sol ortus fuerit, parvo lucernæ igne non indiget, propter splendorem solis ubique radiantis; sed non ideo abjecit lucernam, veluti contrariam soli; quin potius comperto ejus usu, etiam diligentius [g] servavit. Custodivit ergo populum lex Moysi tanquam lucerna, usquequo sol nobis verus Salvator noster oriretur, sicut et ait, [9] *Et illuminabit Christus.* Sed quod dicit, [1] *Obscurati sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim ipsum velamen* [h] *manet in lectione veteris testamenti. Non revelatur, quia in Christo* [i] *destruitur. Usque in hodiernum enim, cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conversus* [k] *fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Dominus autem spiritus est.* [l] Quid inquit? Usque in hodiernumne præsens est Moyses, non dormivit, non requievit, non [m] abscessit e vita? Quomodo in hodiernum dicit? Sed intuere velamen, ubi dicit, positum [n] supra cor eorum, in lectione eorum. Hæc est vox, quæ arguit filios Israël, legentes

[f] Bobiensis, *natura demonstrat.* Mox, *exemplis manifestius.* Et infra, *sol exortus.*

[g] In codice Bobiensi, *servabit.* Male Casinensis codex, *observavit.* Et infra, *ante quam lucerna.* E contra pejor in sequentibus Bobiensis codicis lectio, ubi sic se habet, *sol nobis verus Salvator orietur, sicut ait, et illuminat tibi Christus. Sed qui dicit.*

[h] Codex Bobiensis, et Vulgata ita legunt, sed in Casinensi habetur, *tenet et in lectione.*

[i] Codex Casinensis, *destruetur*, lectio Vulgatæ contraria, quæ etiam habet, *non revelatum*, utrobique juxta fidem græci textus.

[k] Codex Bobien. *fuerit quis ad Dominum, auferetur velamen.* Vulgata etiam habet, *auferetur.* At in Casinensi codice est, *aufertur.*

[l] Casinensis, *quod*, mala lectio.

[m] Codex Bobiensis, *abscessit vita? Quamobrem ergo in hodiernum.*

[n] dem cod. *supra cor eorum. Hæc est.*

[9] Eph. v. 14. [1] 2 Cor. iii. 14—17.

Moysen, et non intelligentes, neque convertentes se ad Dominum, quoniam ipse est, qui a Moyse prophetatus est venire. Hoc est velamen, quod erat positum super faciem Moysi, quod est testamentum ejus; [o] ait enim in lege, [2] *Non deficiet Princeps ex Juda, neque Dux* [p] *de femoribus ejus, usquequo veniat,* [ð] *cujus est, et ipse erit expectatio gentium.* [q] *Qui alligabit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ indumentum suum.* [r] *Suffusi oculi* [s] *ejus a vino, et candidi dentes ejus a lacte,* et reliqua. Qui etiam et unde venturus esset designavit dicens, [3] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris, sicut me; ipsum audite.* Et quidem quia non possit intelligi, hoc [σ] de Jesu [s] Nave dictum esse, manifestum est. Nihil enim hujus circumcisionis in ipso invenitur; adhuc

[o] Idem codex, *ait enim intelligi*, et mox, *de Juda.*

[p] Cod. Bobien. *de femore ejus usquequo veniat, qui est.* Cæterum ista hujus loci interpretatio longe diversa est a Vulgata, et ab antiquioribus versionibus, quas exhibent Tertullianus (Novatianus) de Trinit. cap. 9. et Cyprianus adv. Judæos lib. i. cap. 21. Sed nec græco LXX. Interp. textui respondet, licet non una semper sit ejusdem lectio in codd. MSS. et apud Patres. Vide Nobilium in notis ad eum locum.

[ð] [Prudentio Marano viro doctissimo ad Justini Apol. i. §. 32. videtur hoc esse librariorum erratum pro *cui jus est.* Quæ quidem lectio restituta propius illi accedit quam novimus fuisse veteribus usurpatam ᾧ ἀπόκειται, *cui repositum est.* Videsis hac de re Cotelerium ad *Constit. Apost.* lib. vi. cap. 11. sub finem: qui præterea ad earumdem *Const.* lib. i. cap. 1. præclare versum censet heic ejusmodi Geneseos locum: *qui alligavit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ.* GALLANDI.]

[q] Cod. Casinensis, *quia alligabit*; sed hanc lectionem ex repetitione vocalis *a*, ortam puto. Bobiensis, *alligavit.*

[r] Codex Bobien. *effusi oculi.* Mox, *Qui enim.* Mox, *designavit, Prophetam.*

[s] [De hac lectione fuse disputat Grabius in Dissert. de *variis vitiis LXX. Interpp.* §. 19. pag. 36. Quo ex loco nonnulla excerpta dedimus ad Justini *Dial. cum* Tryph. §. 52. GALLANDI.]

[σ] [Corruptam lectionem *de Jesu Mane* viderat jam pridem in Valesiana editione hujus Disputationis Cotelerius ad *Barnabæ Epist.* cap. 12. ubi de hoc nomine pro more suo disserit erudite. GALLANDI.]

[s] In Bobiensi inepta lectio, *Mane.*

[2] Gen. xlix. 10. [3] Deut. xviii. 18.

enim ex Juda Reges fuerunt post ipsum, et ideo aliena longe est ab eo hæc prophetia. [t] Et hoc est velamen, quod est in Moysen; neque enim, sicut fortasse aliqui imperitorum putant, linteum aliquod, aut pellis fuit, quæ vultum ejus operiret. Sed Apostolus diligenter ostendit dicens, velamen esse positum in lectione veteris testamenti, propter quod is, qui appellatur antiquitus Israël, expectat adventare Christum, non [u] intelligentes, quia defecerunt ex Juda Principes, et ex femoribus ejus Duces; sicut nunc videmus [x] Regibus eos, Principibusque subjectos tributa pendere, nulla sibi potestate vel judicandi, vel puniendi concessa, sicut Judas habuit, [4] quia Thamar, posteaquam condemnaverat, potuit [y] justificare. [5] Sed et videbitis vitam vestram pendentem aute oculos vestros.

XLIV. Habet etiam hic sermo velamen. Usque ad Herodem enim ex parte aliqua regnum tenere videbantur; ab Augusto autem prima [z] adscriptio in eis facta est, et cœperunt tributa pendere, et censum dare. Ex quo autem Dominus noster Jesus cœptus est prophetari, atque expectari, ex eo Principes ex Juda esse cœperunt, et Duces populi, qui rursum defecerunt [a] in adventu præsentiæ ejus. Si ergo auferatur velamen, quod in illa lectione positum est, [b] intelligent virtutem circumcisionis, invenient et generationem ejus, quem prædicamus, et Crucem, et quæcunque de Domino nostro gesta sunt, ipsa esse, quæ de eo fuerant prædicta. Et velim quidem de Scripturis

[t] Codex Casinensis. *Et hæc est velamen*, et infra, *vel pellis.*

[u] Cod. Bobien. *intelligens.*

[x] Male Bobiensis codex, *Regibus eos, Regibusque subjectos.*

[y] Cod. Bobien. *justificare. Sed videbitis.* Casinen. *justificari. Sed et videbitis.*

[z] Bobiensis codex, *abscriptio.* Mox, *cœperuntque.* Et infra, *Dominus meus.*

[a] Idem codex, *in adventum.*

[b] Idem codex, *intelligens.* Et infra, *ipsa quæ de eo.*

4 Gen. xxxviii. 5 Deut. xxviii. 9, 66.

discutere unumquenque [c] sermonem, et ostendere, ut intelligi dignum est; sed quoniam nunc aliud est, quod urget [d] de vacanti nobis ista dicentur; hæc enim dixisse nunc sufficit, ut ostendamus non sine causa velamen positum super cor quorundam in lectione veteris testamenti. Quicunque vero ad Dominum convertuntur, ab iis [e] velamen aufertur. Quæ omnia quam vim habeant in sese, his qui sensu vigent, intelligendum relinquo. Veniamus etiam ad illum sermonem Moysi, [f] quo ait: [6] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris, sicut me;* in quo magnam video prophetiam famuli Moysi, [g] scientis eum, qui venturus esset, amplius se quidem auctoritatis habiturum, similia tamen esse passurum, et similia signa, ac prodigia ostensurum. [7] Ibi enim Moyses natus, a matre sua [h] in thibin positus, exponitur ad ripas fluminis: [8] hic Dominus noster Jesus Christus natus ex [i] matre sua Maria, per Angelum fugatur in Ægyptum. [9] Ibi Moyses educens populum de medio Ægyptiorum, salvavit; et hic Jesus populum de medio Pharisæorum educens, æternæ tradidit saluti. [1] Ibi Moyses per orationem petens, e cælo accepit panem, quo pasceret populum in deserto; [2] hic [k] Dominus meus Jesus virtute pro-

[c] In codice Bobiensi mutilus est hic locus; habet enim, *sermonem, ut intelligi, dignum est. Dixisse nunc sufficit.*

[d] In Casinensi est, *de vacantibus*; sed legendum, *de vacanti.* Sic supra cap. 41.

[e] Codex Bobiensis, *velamentum.*

[f] Codex Bobiensis, *quod ait.*

[g] In Casinensi codice scribitur, *scientibus*, in Bobiensi, *scientes*; sed Valesius, *scientis*, emendandum censuit, cujus sententiæ adstipulati sumus. Infra Bobiensis, *et amplius.*

[h] Thibis, θίβις, apud LXX. est fiscella scirpea in Vulgata. Mox Bobien. *ripam.*

[i] Codex Bobiensis, *matre Maria.*

[k] Codex Bobiensis, tam hic, quam infra, *Dominus noster.* Mox, *saturavit.*

[6] Deut. xviii. 18. [7] Exod. ii. [8] Mat. ii. 13. [9] Exod. xiv.
[1] Exod. xvi. [2] Mat. xiv.

pria ex quinque panibus viros quinque millia satiavit in deserto. [3] Ibi Moyses cum probaretur, positus in monte jejunavit quadraginta dies; [4] et hic Dominus meus Jesus a Spiritu actus in desertum, cum tentaretur a Diabolo, quadraginta diebus similiter jejunavit. [5] Ibi in conspectu Moysi, propter infidelitatem Pharaonis omnia Ægyptiorum primogenita perierunt; [6] et hic Jesu nascente, propter infidelitatem Herodis, omne [l] masculinum Judæorum subito perit. [7] Ibi Moyses orat, ut parcatur a plagis Pharaoni, ac populo ejus; et hic Dominus noster Jesus orat indulgeri Pharisæis, dicens, *Pater ignosce eis, quoniam nesciunt quid faciant.* [8] Ibi Moysi vultus resplenduit [m] in gloria Domini, ita ut non possent filii Israël intendere in faciem ejus propter gloriam vultus ejus; [9] et hic Jesus Christus Dominus resplenduit sicut sol, et Discipuli ejus non poterant [n] aspicere in faciem ejus propter gloriam vultus ipsius et immensum luminis splendorem. [1] Ibi Moyses eos, qui [o] vitulum statuerant, gladio dejecit; et hic Dominus Jesus ait [2] *Veni gladium mittere super terram, et* [p] *dividere hominem a proximo suo,* et reliqua. [3] Ibi Moyses [q] in caliginem nubium aquas ferentium sine metu incessit; et hic Dominus Jesus cum omni potestate super aquas ambulavit. [4] Ibi Moyses imperavit mari; et hic Dominus Jesus, cum esset [r] in mari, surgens impera-

[l] Idem, *maseulum.* Mox, *pro populo.* Infra, *Pharisæis, Pater.* Mox, *quid faciunt.*

[m] Codex Bobiensis, *in gloriam.*

[n] Idem, *respicere.* Mox, *vultus ejus.*

[o] Codex Bobien. *vitulum fecerant.*

[p] Melius Vulgata, *separari hominem adversus patrem suum,* et Turtull. adver. Gnosticos cap. 10. *dividere hominem* &c.

[q] Bobiensis codex, *in caligine.*

[r] Idem codex, *in navi.*

[3] Exod. xxxiv. [4] Mat. iv. 2. [5] Exod. xii. [6] Mat. ii. 16. [7] Exod. viii. Luc. xxiii. 34. [8] Exod. xxxiv. 35. [9] Mat. xvii. 2. [1] Exod. xxxii. [2] Mat. x. 34. [3] Exod. xxiv. *in fine.* Mat. xiv. 25. [4] Exod xiv. Mat. viii. 26.

vit ventis, et mari. [s] Ibi Moyses cum impugnaretur ex tensis manibus certavit adversus Amalech; et hic Dominus Jesus impugnatis nobis, et pereuntibus violentia erratici spiritus, qui nunc [s] in justis operatur, extensis in Cruce manibus, salutem dedit. Sed et alia multa praetereo, dilectissime Diodore, dum festino ad te [t] libellum hunc velociter mittere, quae tu pro tua prudentia facile poteris reparare. Scribe autem [u] mihi omne, quod postea egerit adversariae partis minister. Incolumem te anima, et spiritu custodiat [x] Deus omnipotens.

XLV. Accepta hac epistola Diodorus, et collecto ex ea sensu, conflixit adversus Manem, ita ut ab omnibus collaudaretur, quod diligenter, et competenter ostenderit, duorum testamentorum, atque utriusque [y] legis inter sese cognationem: plura etiam ex semetipso inveniens, objecit ei valida valde et fortia pro veritate. Conclusit etiam adversarium Diodorus [z] ex nominibus, dicens ita; Dixisti duo esse testamenta, dic ergo duo esse vetera, aut duo nova? Ejusdem enim temporis, vel potius aeternitatis, duo asseris esse ingenita; et si duo sunt, duo esse [a] oportet vetera testamenta, aut duo nova. Quod si hoc non dicis, sed unum esse vetus, et aliud novum, [b] rursum unus utriusque auctor ostenditur, et ejus esse vetus, cujus et novum, consequentia ipsa [c] edocet: veluti si quis dicat [d] ho-

[s] Codex Bobiensis, *in istis*. (For. legend. *in injustis*. Conf. Eph. ii. 2. De Moyse autem et Domino Jesu, videsis vol. iii. *Reliquiar.* p. 249.)

[t] Codex Bobien. *velociter libellum.*

[u] Idem, *mihi, charissime, quid postea.*

[x] Codex Casinensis, *Deus omnium.*

[y] Male Casinensis codex, *legis inesse cognitionem.* Male et infra Bobiensis *veniens, objecit.* Sed et Casinensis pro, *objecit*, male habet *objecta.*

[z] Ridicula est hic Bobiensis codicis lectio, in quo scribitur, *ex navibus*; e contra Casinensis mox habet, *dicens ita, dixit*, mala itidem lectio.

[a] Cod. Bobien. *oportet et vetera.*

[b] Male Casinen. *rursus omnis utriusque.*

[c] Codex Casinensis, *docent.*

[d] Haec est Bobiensis codicis lectio; nam in Casinensi est, *homini diviti mihi*, nullo sensu. Forte, *dimitte mihi.*

[s] Exod. xvii.

mini, loca mihi veterem domum tuam, [e] nonne per hoc etiam novæ domus dominum eum esse pronunciat? Aut rursum si dicat ei, novam domum tuam præsta mihi; nonne eodem verbo etiam veterem eum habere designat? Deinde illud etiam pervidendum est, quia [f] ex quo duo sunt, ingenitam habentes naturam, ex eo necesse est etiam habere unumquenque ipsorum vetus testamentum, et fient duo vetera testamenta; si tamen ambos antiquos, et sine initio esse dicis. Ego autem non ita didici, neque ita continent Scripturæ. Tu vero, qui dicis legem Moysi esse maligni Principis, et non boni Dei, dic mihi, qui erant illi, qui resistebant in faciem Moysi, Jamnem dico, et Mambrem? Omne enim quod resistit, non sibimet ipsi resistit, sed alii, aut meliori, aut deteriori, [6] sicut Paulus indicat ad Timotheum in secunda Epistola sua [g] scribens. *Quemadmodum Jamnes, et Mambres restiterunt Moysi; ita et isti restiterunt veritati, homines corruptî mente, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient.* [h] *Insipientia enim eorum omnibus nota est, sicut et illorum fuit.* Vides quomodo Jamnem, et Mambrem hominibus comparat corruptis mente, et reprobis circa fidem; Moysen vero veritati. [7] Sed et Sanctus Joannes maximus Evangelistarum ait, gratiam gratia præstare, et differre; ex plenitudine enim Jesu legem Moysi accepisse nos dicit; aliam autem gratiam pro illa gratia per Jesum Christum esse completam in nobis. [8] Quod ostendens etiam ipse Dominus noster Jesus aiebat, [i] *Non putetis, quia ego vos*

[e] Codex Bobien. *non per*; sed in seq. habet *nonne*.

[f] Hoc in loco lacuna est in Bobiensi codice, in quo scribitur, *ex quo duo sunt ingenita habentes naturam ipsorum testamentum, et fient, &c.* Valesius ex ingenio ita emendavit, *ex quo duo sunt ingenita, habent ex natura ipsorum testamentum.* Sed ipsum male conjecisse Casinensis codex ostendit.

[g] Cod. Bobien. *ita scribens.*

[h] Codex Bobien. *Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus sicut &c.* quod magis ad Vulgatæ lectionem accedit.

[i] Codex Bobiensis, *Non potestis.* pessima lectio.

[6] 2 Tim. iii. 8, 9. [7] Joan. i. 16. [8] Ibid. v. 45. Ibid. xlvii.

accusabo apud Patrem. Est qui vos accuset Moyses, [k] *in quem vos speratis; si enim* [l] *credéretis Moysi, crederetis utique et mihi; de me enim ille scripsit. Quod si literis illius non creditis, quomodo verbis meis credetis?* Sunt etiam [m] alia multa, quæ dici possent et de Apostolo Paulo, et de Evangeliis, ex quibus ostendere possumus veterem legem non esse alterius, quam Domini, cujus est novum Testamentum, quæ nos competenter [n] exponere, et aptare convenit. Jam vesper impedit, dies enim clauditur, et finem nos disputandi facere par est; crastino autem [o] nobis, de quibus tibi videtur, quæstiones habeantur. Et his dictis discesserunt [p].

XLVI. Cum autem mane factum esset, subito adventavit Archelaus ad castellum hunc, in quo morabatur Diodorus, priusquam omnino quisquam ad publicum procederet. Manes vero ignorans præsentem esse Archelaum, rursum Diodorum provocabat ad publicum, ut cum eo disputatione contenderet, volens eum verbis opprimere, ex eo quod advertebat, eum hominem esse simplicem, et non satis scripturarum quæstionibus eruditum; Archelai enim doctrinæ jam perceperat gustum. Cum ergo et turbæ convenissent ad solitum disputationis locum, et Manes jam verba facere cœpisset, subito in medio eorum apparuit Archelaus, ac Diodorum complexus, sancto osculo salutavit. Diodorus vero, et omnes, qui præsentes erant, admirati sunt opus divinæ providentiæ, ut in tempore ipso adventaret Archelaus, quo quæstio movebatur; re enim vera, quod fatendum est, quasi ex parte aliqua

[k] Casinensis codex, *Moyses, quem.* lectio rejicienda.

[l] Codex Bobiensis, *creditis Moysi, crederitis utique forsan et mihi.*

[m] Codex Casinensis, *alia plura jam, quæ dici possint.*

[n] Codex Bobiensis, *exponere et a Patre ut convenit*, quæ verba cum nullum habere sensum vidisset Valesius, *exponere et apperire ut convenit*, emendandum esse putavit: et quidem non recte, ut ex Casinensi codice apparet.

[o] Codex Bobiensis non recte, *vobis.*

[p] Huc usque edidit Valesius.

religiosus Diodorus pertimuerat conflictum. Cum autem vidisset Archelaum Manes, cessavit quidem continuo ab insultatione, et supercilio non parum dejecto, manifeste intelligebatur, quod conflictum vellet effugere. Multitudo vero auditorum adventum Archelai, velut Apostoli præsentiam, opinata est, pro eo quod ad verbi defensionem tam paratus, et tam promptus existeret. Et cum dextera silentium poposcisset a populo (tumultus enim non mediocris extiterat) hoc modo cœpit Archelaus. Tametsi prudentiam, gloriam etiam, nostrorum nonnulli assecuti sunt, tamen hoc vos deprecor, ut eorum, quæ ante me dicta sunt, testimonium reservetis. Scio enim et certus sum, Fratres, quoniam [q] Diodoro non pro ipsius impossibilitate successi; sed quoniam istum ego novi tunc, cum ad loci mei partes improbus advenisset, Marcelli [r] viri illustris gratia, volens eum divertere a nostra doctrina, et a fide, videlicet, quo impietatis hujus idoneus efficeretur assertor; et tamen omnibus suis verbis in nullo eum divertere, et movere prævaluit. Similis enim inventus est religiosissimus Marcellus petræ, [9] in qua ædificata est domus solidissimis fundamentis, et cum descendisset pluvia, et irruissent flumina, ac venti, et illisissent in domum illam, perstitit; fundata enim erat solidissimis et immobilibus fundamentis: huic autem, qui præsens est, infamiam potius intulit conatus ipse, quam laudem. Non autem mihi venia dignus videtur qui ignoraverit, quod futurum est: oportebat enim eum prænoscere, qui sunt proprii sui; si quidem Spiritus Paracliti habitat in eo. Sed quoniam ignorantiæ tenebris obcæcatus est, in vanum cucurrit, cum iter faceret ad Marcellum; et similis [s] facere Astrologo, describenti quidem cælestia, igno-

[q] In codice Casinensi erat, *Diodorus*, nullo sensu.

[r] Male Casinensis, *viri in legis gratia.*

[s] Forte, *factus est.*

[9] Mat. vii. 24.

[illegible]

[illegible] Non [illegible] mihi [illegible]

[illegible] Verborum [illegible] sufficere [illegible] scientiam [illegible] disputare. hoc [illegible] accepers [illegible]. [illegible] quæ a nobis recte dicuntur [illegible] dicam; si [illegible] existis, [illegible] dicam adversus Diodorum, declinans [illegible]. ARCHELAUS DIXIT, Prædixi [illegible] inanitate verborum. Si quis [t] nos-

[illegible]

[t] Mat. x. xxviii.

trum resistere infideliter invenitur, Judicibus hæc permitte discernere; tu autem quid asseras, dicito? MANES DIXIT, Si non iterum resistis his, quæ a me iterum recte dicuntur, incipiam. ARCHELAUS DIXIT, Si non hoc est, si non illud, sermo est hominis ignorantis. Ignoras ergo quod futurum est. Sed hoc quod futurum ais, resistere me, aut non resistere, in mea est potestate. Quomodo ergo stabit sermo ille duarum arborum, in quo fidis, veluti scuto firmissimo? Si enim contrariæ partis ego sum, quomodo obedientiam meam requiris? Quod si obedientiæ in me est mens, quomodo pertimescis ne resistam? Ais enim quia malum semper permanet malum, et bonum semper permanet bonum, vim verbi istius penitus [u] ignorans. MANES DIXIT, Nunquid te advocatum meorum adhibui sermonum, [x] ut etiam meæ scientiæ intelligentiam disponas? quippe qui propria explanare non valeas, quomodo aliena poteris explicare? Quod si victum jam se profitetur Diodorus, tunc mihi tecum sermo movebitur. Si autem stat ille, et est idoneus ad dicendum, desine tu, et noli perturbare substantiam veritatis. Es enim ovis aliena, efficieris tamen postea in numero ejusdem gregis, [y] sicut vox Jesu ostendit, ejus qui apparuit quidem in hominis specie, nec tamen fuit homo. ARCHELAUS DIXIT, Ergo non putas eum ex Maria Virgine esse? MANES DIXIT, Absit ut Dominum nostrum Jesum Christum per naturalia pudenda mulieris descendisse [z] confitear; ipse enim testimonium dat, quia de sinibus Patris descendit. Et, [2] *Qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et, [3] *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me.* Et, [4] *Non sum missus nisi ad oves perditas*

[u] In Casinensi, *ignoras.*

[x] In codice Casinensi est, *aut etiam*, lectio improbanda.

[y] Casinensis, *sicut vos Jesus.*

[z] In codice Casinensi est, *confitetur*, librarii errore, ut palam est.

[2] Joan. i. 18. et iii. 13. [3] Mat. x. 40. [4] Joan. vi. 38. Mat. xv. 24.

domus Israël. Sunt et alia innumera testimonia hujuscemodi, quæ indicant eum venisse, et non natum esse. Quod si potentior illo es, et magis scire potes, quod verum est, quomodo jam illi credimus? ARCHELAUS DIXIT, Neque illo potentior sum, servus enim sum, et neque æqualis Domini mei esse possum; ego enim sum inutilis servus, verborum ejus discipulus, credens his, quæ ab ipso dicta sunt, et hæc indeclinabilia esse confirmo. MANES DIXIT, Similis tui quidam cum ei aliquando dixisset, [5] *Maria mater tua, et fratres tui foris stant,* non libenter accipiens, eum qui dixerat, increpavit dicens; *Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?* et ostendit eos, qui facerent voluntatem suam, et matres sibi esse, et fratres: sin autem vis dicere matrem ipsius Mariam, non est tibi sine periculo; sine dubio enim etiam fratres ex ea habuisse monstratur. Et dic utrum de Joseph generati sunt, aut ex eodem Spiritu Sancto? Ergo et multos Christos, si ex eodem Spiritu Sancto generatos [a] dixeris, habuimus. Quod si non ex eodem Spiritu, sed tamen dixeris eum fratres habuisse; sine dubio intelligendum est, quia post Spiritum, post Gabriel, nupserit Joseph Virgo castissima, et immaculata [b] Ecclesia. Quod si etiam hoc absurdum est omnino, eam quolibet modo concubuisse cum Joseph; dic an fratres habuerit? Nunquidnam etiam mœchiæ ei crimen impingis, [c] o prudentissime Marcelle? Quod si horum nihil convenit incontaminatæ Virgini; unde ei fuisse fratres astrues? Quod si fratres ei fuisse non potes edocere; quomodo Maria mater ejus erit, sicut ait ille, qui scribere ausus est, *Ecce mater tua,*

[a] In Casinensi, *dixerint habuimus. Quid.* Sed obvia est hujus loci emendatio.

[b] Vox, *Ecclesia,* videtur supervacanea, et per librarii errorem adjecta. Certe sine ipsa integer est hujus loci sensus.

[c] Ex his verbis colligi posse videtur, Marcellum cum Archelao ad Diodori castellum venisse.

[5] Mat. xii. 47.

et fratres tui foris stant? Quod etiam si ille ausus est dicere, illo ipso potentior, aut major esse nemo potest, qui ostendit nobis matrem, aut fratres suos; [6] sed et Davidis [d] esse non dignatur audire. Apostolus Petrus Discipulorum omnium eminentissimus tunc agnoscere eum potuit: cum singuli opiniones suas, quas de ipso habebant, promerent, ait, [7] *Tu es Christus filius Dei vivi*, et statim beatificat eum dicens, *Quoniam revelavit tibi Pater meus cœlestis*. Vide quanta sit differentia eorum, quæ ab Jesu dicta sunt? Illi enim qui dixerat, *Ecce mater tua foris stat*, respondit, *Quæ mihi est mater, aut fratres?* Ei autem qui dixit, *Tu es Christus filius Dei vivi*, beatitudinem, benedictionemque restituit. Si ergo de Maria vis esse eum natum, mentitur ipse cum Petro; si autem verum dicit Petrus, sine dubio ille prior fefellit. Quod si prior fefellit, causam ad Scriptorem rejicienda est. Unum igitur Christum nos scimus esse secundum Apostolum Paulum, cujus vocibus credimus consonantibus duntaxat adventui ejus.

XLVIII. His auditis turbæ permotæ sunt, veluti rationem veritatis continentibus, et Archelao nil habente, quod his posset opponere; hoc enim indicavit tumultus, qui inter eos exortus fuerat; sed cum multitudo conquievisset, Archelaus hoc modo respondit. Vocis quidem Domini nostri Jesu Christi nullus poterit esse potentior, si neque nomen aliquod æquale ei esse invenitur, [8] *Propter quod Deus eum exaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen;* neque in testimonio quis æqualis ei esse poterit, et ideo ego vocis ejus tibi testimonia proferam, primum quidem dissolvens hæc, quæ a te dicta sunt, uti ne dicas, quoniam nec sibi ipsi consonant, ut est tibi consuetudo dicendi. Ais enim quia eum,

[d] Casinensis codex *David Jesse.* (for. *et* fratres, et lineâ 17. *causa* reponend.)

[6] Mat. xxii. 42. [7] Mat. xvi. 16. [8] Philip. ii. 9.

qui nuntiaverat ei de matre, aut de fratribus, increpaverit Jesus, quasi fallentem, secundum id quod Scriptorem fefellit. Neque is, qui annuntiavit ei de matre et fratribus increpatus est, neque Petrus supra illum solus beatificatus est; sed uterque ab eo dignam responsionem propria interrogatione percepit, sicut in consequentibus sermo monstrabit. [9] Cum quis parvulus est, cogitat sicut parvulus, sapit ut parvulus; cum autem perfectus fuerit vir, destruentur ea, quæ sunt parvuli, id est, dum ad priora se quis extendit, obliviscatur quæ post se sunt. Unde Domino nostro Jesu Christo docente, et curante humanum genus, uti ne simul omnia deperirent, cumque in talibus studiis mens omnium auditorum esset intenta, non opportune ingressus hic nuntius de matre ejus suggessit, ac fratribus. Quid enim? [e] debuitne etiam se ipso judicante, derelinquere eos, quos curabat, et quos erudiebat, et cum matre ac fratribus colloqui? Nonne continuo de hoc ipso detraheres? [f] Cum enim peccatis onustos et gravatos ad discipulatum delegit duodecim numero, quos et Apostolos nominavit, dicens eis, [1] relinquite matrem et patrem, ut me digni efficiamini, ut ultra non possit eis memoria patris, aut matris robustum pectus inflectere. Et iterum volente alio quodam dicere ei, ibo, et sepeliam patrem meum, ait, [2] *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Intuere ergo quomodo Dominus meus Jesus [g] ad necessaria Discipulos ædificat, et pro meritis unicuique sancta verba committit. Ita et in eo tempore, quo importune annuntiaverat quidam ei de matre, non complectitur pro

[e] In codice Casinensi, *Debuit et etiam.* Mala lectio.

[f] In codice Casinensi corruptissimo legitur, *Cum enim peccatis bonus et gravatus ad discipulatum diligit duodecim numero.* Nos quantum per conjecturas licuit, hujus loci menda sustulimus, et fortasse paulo post pro, *dicens eis*, legendum est, *dixit eis.*

[g] In eodem codice, *ad necessariam.*

[9] 1 Cor. xiii. 11. Philip. iii. 13. [1] Mat. x. 37. [2] Luc. ix. 59.

matris præsentia paternum præterire præceptum. Ut autem tibi ostendam hæc ita esse; Petrus aliquando, cum jam beatificationem fuisset ab eo consecutus, ait ad Jesum, [3] *Propitius esto Domine, non erit tibi istud,* cum dixisset ei Jesus, quia [h] oporteret filium hominis ascendere Jerosolymam, et occidi, et tertia die resurgere; respondens ait Petro, *Vade retro Satana, quia non sapis quæ Dei sunt, sed quæ hominum sunt.* Quoniam ergo existimas illum, qui ei de matre renuntiaverat, et fratribus, increpatum esse ab Jesu; istum vero, qui paulo ante dixerat, *Tu es filius Dei vivi,* beatitudinem consecutum: vide quia magis [i] hunc prætulit Jesus, cui et clementius, et cum venia responsum dare dignatus est; Petro vero post illam benedictionem nullum jam veniæ largitur titulum, pro eo quod naturam rei sibi dictæ non diligenter adverterit. Illius enim nuntii error responsi ratione corrigitur; hujus vero tarditas intellectus acerbiori increpatione damnatur. Ex quo advertere potes, quod Dominus Jesus interrogationum sibi, opportunitate servata, dignum promat singulis, opportunumque responsum. Quod si, ut ais, ex eo quod verum dixerat, Petrus beatificatur, et pro eo quod fefellit, nuntius ille culpatur; dic mihi quare cum Dæmones eum confiterentur, dicentes, [4] *Scimus te* [k] *qui sis sanctus Deus,* increpavit eos, et [l] silere præcepit? Cur non (si quidem confitentium se testimoniis delectatur) etiam istos, sicut Petrum vera dicentem, benedictionibus remuneratus est? Quod si hoc absurdum est, relinquitur ut pro loco, pro tempore, pro personis, pro rebus, pro accidentium salute, ea quæ dicta sunt, intelligamus, uti

[h] In eodem codice, *oportet,* secus atque habet Vulgata editio.

[i] In codice Casinensi est, *huic.*

[k] In codice Casinensi, *quis es.* Sed librarii error nobis visa est illa lectio.

[l] In eodem codice est *sinire.* Sed *silere,* legi debere nos sacer textus edocet. Vide tamen an, *sinere,* legendum sit.

[3] Mat. xvi. 22. [4] Luc. iv. 34.

ne temere pronuntiantes, digna coërcitione feriamur. Et ut te magis ac magis edoceam, multo amplius illum, qui de matre nuntiaverat, honoratum : tu autem oblitus rei, quæ nobis proposita est, in aliud conversus es : audi ergo breviter ; si enim volueris diligentius intueri quæ dicta sunt, inveniemus in illo priore multam Dominum Jesum ostendisse clementiam, idque convenientibus te exemplis edoceam. Rex quidam, cum adversus hostem processisset armatus, et cogitaret atque disponeret quemadmodum posset manum sibi hostilem atque barbaram subjugare, cumque in multa esset cura, et solicitudine constitutus, in medio adversariorum positus, ac postea jam captivos eos tenere incipiens, jam jam illa solicitudo immineret, quemadmodum eos, qui secum laboraverant [m] ac pondus belli toleraverant, procuraret, quidam ei nuntius importunus occurrens, de rebus domesticis suggerere aliqua cœpit. At ille admiratus est audaciam, atque importunam suggestionem, et morti tradere hujuscemodi hominem cogitabat ; quod nisi de carissimis affectibus talis nuntius extitisset, eo quod incolumes esse hos, et recte ac prospere agentes omnia nuntiasset, dignum protinus potuit excepisse supplicium. Quæ enim erat cura alia Regis, belli duntaxat tempore, nisi Provincialium salus, nisi dispositio rei militaris ? Ita et Domino meo Jesu Christo pugnanti adversum passiones, quæ profunda viscerum obsederant, et curans eos qui multo tempore variis infirmitatibus fuerant divincti, et inclinato omni nisu pro salute universitatis ; ille nuntius importune adveniens de matre et fratribus nuntiavit. Et potuit quidem similem Petro, aut etiam graviorem accepisse sententiam ; sed matris et fratrum intellectum nomen clementiam provocavit.

XLIX. Sed et amplius adhuc omnibus ostendere cu-

[m] In codice Casin. *ac pondus bellico tolerarant.* Nos emendavimus, *ac pondus belli toleraverant.* Fortasse tamen rudis interpres scripserat, *ac pondus belli contoleraverant.* (Infra ponendum est *curanti* pro *curans.*)

pio, ut agnoscant universi, assertio tua quantum impietatis obtineat. Si enim, secundùm tu dicis, non est natus, sine dubio nec passus est; pati enim qui natus non est, impossibile est. Quod si non est passus, Crucis nomen aufertur. Cruce autem non suscepta, nec Jesus ex mortuis resurrexit. Quod si Jesus ex mortuis non resurrexit, nec aliquis alius resurget. Quod si nullus resurget, nec judicium erit. Certum est enim, quia si non resurgam, nec judicer. Quod si non judicium erit, frustra erit observatio mandatorum Dei, nullus abstinentiæ locus est, [5] *manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* Hæc autem omnia connectis, [n] negans quod de Maria natus est; si enim confessus fueris eum de Maria natum, et passio subsequatur necesse est, et passionem resurrectio, et resurrectionem judicium, et salva nobis erunt Scripturæ præcepta. Non ergo jam vana est quæstio, sed plurima in hoc verbo. Sicut enim omnis lex, et prophetiæ in duobus sermonibus constant, ita etiam nostra omnis spes in Beatæ Mariæ partu suspensa est; et ideo responde mihi ad singula, quæ te interrogabo. Quomodo abjiciemus tantas et tales Apostoli voces, quæ dicunt, [o] *Cum autem fuit Dei voluntas in nobis, misit Filium suum factum ex muliere* [6]? Et iterum, [7] *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Et quia, [8] *Deus, et Dominum suscitavit, et nos* [p] *cum illo suscitabit per virtutem suam.* Et alia multa his similia dicta sunt, ut est illud, [9] *Quomodo dicunt quidam in* [q] *vobis, quia resurrectio mortuorum non est? Si enim re-*

[n] Ita legendum censui, licet in codice Casinensi scribatur, *negatis id quod.*

[o] Vulgata editio græco textui consona legit, *At ubi venit plenitudo temporis* eamque lectionem probant Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, et alii.

[p] Verba, *cum illo*, non habent græca, neque Vulgata, neque Irenæus lib. 5. adversus hær. cap. 6. et 7. neque Tertullianus libro 5. adversus Marcionem capite 7. neque in libro de Pudicitia capite 16.

[q] In codice Casinensi est, *in nobis*, et infra, *vana est fides nostra.* Sed Vul-

[5] 1 Cor. xv. 32. [6] Gal. iv. 4. [7] 1 Cor. v. 7. [8] Ibid. vi. 14. [9] Ibid. xv. 12—20.

surrectio mortuorum non est, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra. Inveniemur etiam falsi testes Dei, qui testimonium perhibuimus adversus Deum, quia suscitaverit Christum, quem non suscitavit. Si quidem mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc estis in peccatis vestris; ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum modo speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis initium dormientium, et reliqua. Quis rogo tam temerarius et impudens invenitur, [r] qui istis sacrosanctis vocibus non accommodet fidem, in quibus nulla est distinctio, nulla dubitatio? Quisnam quæso etiam te, o stulte Galata, fascinavit, sicut et illos, [9] *Quorum ante oculos Jesus Christus* [s] *rescriptus est crucifixus?* Unde arbitror sufficere hæc testimonia ad ostensionem judicii, et resurrectionis, et passionis, quibus consequenter, et pariter ex Maria partus ostenditur. Quid enim? si tu nolis acquiescere, sed evidentissime Scriptura proclamet. Veruntamen interrogabo te, tu autem mihi responde, quando Jesus de Joanne testimonium dat, et dicebat, quia [t] *Major in natis mulierum nullus surrexit Joanne Baptista; qui autem minor est in regno cælorum, major est illo:* Dic mihi qua ratione major illo est in regno cælorum? Numquid Jesus minor erat Joanne in regno cælorum? [t] Dico, absit. Dic ergo in quo, ut vel te ipsum superare possis?

gatæ lectio huic præferenda, utpote quæ ex librarii oscitantia videatur exorta, Irenæus quoque Tertullianus, Cyprianus, aliique Vulgatæ lectionem sequuntur. (De verbis sacris omissis post illa, *quem non suscitavit*, vidend. ad Africanum, p. 216. vol. iii. *Reliquiar.*)

[r] In eodem codice legitur, *qui istam sacrosanctam vocibus, &c.* librarii, ut arbitror, errore.

[s] Vulgatæ editionis melior lectio, *præscriptus est.*

[t] Hæc verba, *dico absit*, nisi mendum sit in codice, videntur tanquam ex Manetis persona ab Archelao prolata. (Distinguebat Archelaus post *minor est.*)

9 Galat. iii. 1. [t] Mat. xi. 11.

Sine dubio minor erat Joanne Jesus inter natos mulierum; in regno autem cælorum major illo erat. Dic mihi illud etiam, o Manichæe, si ais Christum non esse ex Maria natum, sed apparuisse quidem ut hominem, cum homo non esset, præstante hoc et agente virtute, quæ in ipso est; dic mihi, super quem Spiritus sanctus sicut columba descendit? Quis est etiam, qui baptizatur a Joanne? Si perfectus erat, si Filius erat, si virtus erat, non poterat Spiritus ingredi, sicut nec regnum potest ingredi intra regnum. Cujus autem ei cælitus emissa vox testimonium detulit dicens: [2] *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui?* Dic age, nihil remoreris, quis ille est, qui parat hæc omnia, qui agit universa? Responde, itane blasphemiam pro ratione impudenter allegas, et inferre [u] conaris?

L. MANES DIXIT, Nemo quidem, qui adversum hæc, quæ a te dicta sunt, respondere potuerit, blasphemiæ crimen incurrit, quin potius est omni laude dignissimus. Oportet enim artificem rebus propositis responsione diligenter aptata, manifesta omnibus ea, de quibus quæritur, vel dubitatur, ostendere, et maxime idiotis. Et quoniam tibi doctrinæ nostræ non placet [illegible]io, tanquam artifex bonus, etiam hanc mihi quæstionem rationabiliter exsolve. Mihi enim pium videtur dicere, quod nihil egerit filius Dei, in eo quod adventus ejus procuratur ad terras, neque opus habuerit columba, neque baptismate, neque matre, neque fratribus, fortasse neque patre, qui ei secundum te fuit Joseph; sed totus ille ipse descendens, semetipsum in quocunque voluit transformavit in hominem, eo pacto, quo Paulus dicit, quia [3] *habitu repertus est ut homo.* Cujus igitur rei indiguerit is, qui semetipsum in omnia transformarit, ostende? Quando enim voluit, hunc hominem

[u] Male in codice Casinensi, *coneris.*

[2] Mat. iii. 17. [3] Phil. ii. 7.

rursum transformavit in speciem solis, ac vultum. Quod si rursus resistis, mihi recte dicenti fidem nolis accommodare, audi definitionem tuam, in qua stas. Si enim hominem eum tantummodo ex Maria esse dicis, et in baptismate Spiritum percepisse, ergo per profectum filius videbitur, et non per naturam. Si tamen tibi concedam dicere, secundum profectum esse filium, quasi hominem factum; hominem vere esse opinaris, idest, qui caro, et sanguis sit? Necesse est ergo, et Spiritum, qui sicut columba apparuit, non aliud esse, quam naturalem columbam; [4] *sicut homo* enim dictum est, et *sicut columba*, et quodcunque opinari potest de eo sermone, quod dictum est, [x] *sicut homo*, hac opinione concipe etiam de eo, quod dictum est, *sicut columba*; necesse est et hæc æqualiter recipere, ita enim in Scripturis quæ de eo scripta sunt, inveniuntur. ARCHELAUS DIXIT, Sicut tibi ipse non potes, tanquam bonus artifex, neque ego tibi hanc quæstionem [y] diligenter aptatam manifestarem, atque manifeste dissolverem, nisi propter hos, qui assistunt, et qui nos audiunt; et ideo, sicut convenit, quæstionis hujus quoque exponam rationem. Tibi quidem non videtur pie dici, matrem habuisse Jesum Mariam, et reliqua, quæ nunc prosecutus es, quæ quidem omnia repetere perhorresco. Interdum quidem cogi solet artifex propter imperitiam resistentis dicere, et facere ea quæ tempus recusat; et ideo quia mihi est illata necessitas propter præsentem turbam, ad ea, quæ a te non recte dicta sunt, paucis [z] respondeam. Dic ergo mihi; si Jesum hominem naturaliter factum intellexerimus ex Maria, habentem carnem

[x] In codice Casinensi scribitur, *sicut homo ac opinione.* (for. *nolens* pro *nolis* scribend. supra lin. 2.)

[y] Codex Casinensis ita legit, *hanc quæstionem diffigenter aptare tam manifestarem, atque manifeste dissolverem.* Sed ex Manetis interrogatione, cui Archelaus respondet, nos hunc locum restituimus.

[z] *Respondeam*, pro, *respondebo*, sic in cap. 48. *edoceam*, pro *edocebo.* (for. ponend. *requirit* pro *recusat*, et male repetitum est *intellexerimus.*)

[4] Phil. ii. 7. Mat. iii. 17.

et sanguinem intellexerimus, necesse est etiam Spiritum Sanctum veram columbam fuisse, et non spiritum? Et quomodo poterit vera columba verum hominem ingredi, atque in eo permanere, caro enim carnem ingredi non potest? sed magis si Jesum hominem verum confiteamur, eum vero, qui dicitur, *sicut columba*, Spiritum Sanctum, salva est nobis ratio in utraque. Spiritus enim secundum rectam rationem habitat in homine, et descendit, et permanet, et competenter hoc et factum est, et fit semper, sicut tu te ipsum ante hoc tempus profitebaris esse Paraclitum Dei, ut [a] dicam silex, non homo, qui frequenter oblivisceris ea quæ dicis. Spiritum enim venisse super te dixisti, quem promiserat Jesus esse missurum; et unde nisi de cælo descendat? Et si descendit Spiritus super hominem dignum se, super te autem veras columbas descendisse sentiendum est, ut te columbarium potius furem accipiamus, insidias eis ac laqueos molientem; dignus enim es, qui verbis ridiculis illudaris; ego tamen parco, ne auditores videar offendere hæc dicens, et maxime quia præter propositum meum, in te ingerere, quæ merearis audire. Sed redeam ad rem. Memor sum enim transformationis suæ, qua dicis, quia Deus transformaverit se in hominem, vel in solem, ex hoc volens ostendere Jesum nostrum habitu solo, et visu factum esse hominem, quod absit ab unoquoque fidelium dicere. Hæc alioquin secundum te ad somnium nobis redeant universa, et figuras; non solum autem, sed adventus nomen delebitur; poterat enim in cælo positus facere quæ voluerat, si Spiritum eum esse, et non hominem, dices. Sed non ita est, quoniam [b] *exinanivit semetipsum formam servi accipiens*. Dico autem de eo, qui ex Maria factus est homo. Quid enim? non poteramus et nos multo facilius et lautius ista narrare? sed absit ut a veritate declinemus iota

[a] Casinensis, *ut dicam dilere non homo*. Videant Eruditi, an recte emendatum sit. (Potius reponendum esse *delire*, ostendunt etiam verba fine cap. xv.)

[b] Phil. ii. 7.

unum, aut unum apicem. Est enim qui de Maria natus est filius, qui totum hoc, [b] quo magnum est, voluit perferre certamen Jesus. Hic est Christus Dei, qui descendit super eum, qui de Maria est. Quod si non credis neque voci, quæ cælitus facta est, temerarium aliquod ipse producis, et, si dixeris, nemo credet. Statim enim in desertum a Spiritu ductus est Jesus, [6] ut tentaretur a Diabolo, quem cum Diabolus ignoraret, dicebat ei, *Si filius es Dei.* [c] Ignorabat autem propter quid genuisset Filium Dei, qui prædicabat regnum cælorum, quod erat habitaculum magnum, nec ab ullo alio parari potuisset; unde et affixus Cruci, cum resurrexisset ab inferis, assumptus est illuc, ubi Christus Filius Dei regnabat, ut cum judicium habere cœperit, hi qui ignoraverunt eum, [7] *videant quem compunxerunt.* Ut autem credas; cum Discipuli ejus per annum integrum manserunt cum eo, quare nullus ipsorum procidit super faciem suam, sicut paulo ante dicebas, sed in una hora illa, quando sicut sol resplenduit vultus ejus? Nonne propter habitaculum illud, quod ex Maria fuerat effectum? Sicut enim Paracliti pondus nullus alius valuit sustinere, nisi soli Discipuli, et Paulus Beatus; ita etiam Spiritum, qui de cælis descenderat, per quem vox paterna testatur dicens, [8] *Hic est filius meus dilectus,* nullus alius portare prævaluit, nisi qui ex Maria natus est, super omnes Sanctos Jesus. Sed et ad hæc, quæ objicio, responde. Si habitu eum et specie dicis esse hominem, quomodo ab his, qui ex viro et muliere nati sunt, Pharisæis teneri potuit, et ad judicium protrahi, cum spirituale corpus a crassioribus corporibus non valeat comprehendi? Quod si habes aliquid, quod ad verbum, atque

[b] Forte, *quod.*

[c] Locum hunc nostra conjectura ita correximus, ut aliquis inde sensus eliceretur; nam in Casinensis codicis lectione magna obscuritas ex librarii erroribus exorta; sic enim se habet, *Ignorabat autem propter qui genuisset filium Dei prædicabat regnum cælorum, qui erat, &c.*

[6] Mat. iv. 1. [7] Joan. xix. 37. [8] Mat. iii. 17.

ad propositum respondeas, qui nunquam ad proposita respondisti, perge quæso, et pugillum plenum solis mihi affer, aut modium plenum? Ipse vero sol pro eo quod subtilioris est corporis, cooperire te, et circundare potest, tu vero eum, etsi conculcaveris, nihil lædis. Dominus vero meus Jesus, si tentus est, ut homo ab hominibus tentus est. Si non est homo, nec tentus est. Si non est tentus, nec passus est, nec baptizatus est. Si ille non est baptizatus, neque quisquam nostrum baptizatus est. Baptisma autem si non est, nec erit remissio peccatorum, sed in suis peccatis unusquisque morietur. MANES DIXIT, Ergo baptisma propter remissionem peccatorum datur? ARCHELAUS DIXIT, Etiam. MANES DIXIT, Ergo peccavit Christus, quia baptizatus est? ARCHELAUS DIXIT, Absit; quin potius [9] *pro nobis peccatum factus est*, nostra peccata suscipiens, [d] propter quod ex muliere natus est, et propter quod ad baptisma venit, ut hujus partis perciperet purificationem, ut Spiritum, qui descenderat in specie columbæ, corpus, quod susceperat, portare possit.

LI. Hæc cum dixisset Archelaus, admiratæ sunt turbæ veritatem doctrinæ ejus, et laudes ei immensas cum clamoribus reddiderunt, ita ut omni studio conarentur, [e] et ultra ei non sinerent ad propria remeare; et tunc quidem discesserunt. Postea vero congregatis eis, Archelaus acquiescere sibi, atque audire verbum suadebat: non enim soli, qui cum Diodoro erant, audiebant eum, sed omnes quicunque ex provincia ejus aderant, atque ex vicinis locis; factoque silentio, hoc modo de Mane dicere aggressus est. Qualiter se quidem habeat nostra doctrina

[d] In codice Casinensi, quo usi sumus, adverbium *propter*, desideratur, sed illud librarii oscitantia omissum fuisse sequentia clare demonstrant.

[e] Et hic particula, *et*, deest in codice Casinensi, quam tamen orationis series evidenter exposcit.

[9] 2 Cor. v. 21.

audistis, et fidei nostræ experimenta cepistis; prout potui enim intelligere Scripturas, coram omnibus vobis exposui. Sed nunc [f] paucissime dicere volentem deprecor, ut cum silentio audiatis, ut agnoscatis, qui sit, et unde, et qualis sit iste, qui advenit, sicut Sisinius [g] quidam unus ex comitibus ejus indicavit mihi, quem etiam ad testimonium eorum, quæ a me dicentur, si placet, vocare paratus sum. Sed ne [h] ipse quidem dicere recusavit eadem, quæ nos dicimus, præsente Mane; credidit enim doctrinæ nostræ supradictus, sicut et apud me alius Turbo nomine. Quæcunque ergo contestati sunt mihi, sed et ea quæ nos ipsi deprehendimus in hoc viro, non faciam latere conscientiam vestram. Tunc vero turbæ eo amplius incitatæ, congregatæ sunt ad audiendum Archelaum; etenim ea, quæ ab eo dicebantur, plurimam eis oblectationem præbebant. Propter quod et certatim adhortabantur eum dicere quæcunque vellet, quæcunque sentiret; paratos se esse ad audiendum et usque ad vesperum permanere, etiam accensis luminibus, pollicebantur: quorum animositate incitatus Archelaus cum omni fiducia dicere exorsus est. Viri fratres, superiores quidem causas Domini mei Jesu audistis, dico autem eas, quæ ex lege et Prophetis judicantur, inferiores vero Domini mei Jesu Christi Salvatoris nostri non ignoratis. Sed quid plura? Appellati sumus ex Salvatoris desiderio Christiani, sicut universus orbis terrarum testimonium perhibet, atque Apostoli edocent; [i] sed et optimus architectus ejus, [l] fundamentum nostrum, idest Ecclesiæ, Paulus posuit, et legem tradidit,

[f] Forte, *paucissima.*

[g] Cod. Casinensis nullo sensu habet, *Sisinius quidam vos ex comitibus ejus indicavit mihi, quæ etiam &c.*

[h] Et hic emendavimus codicis Casinensis lectionem, ita se habentem, *ipse quidem me dicere recusavit &c.*

[i] Codex Casinensis, *Sed et optimos architectos ei fundamentum,* cujus manifestam corruptionem modica mutatione sustulimus.

[l] Cor. iii. 10.

[k] ordinatis Ministris, [2] et Presbyteris, et Episcopis in ea; describens per loca singula, quomodo, et qualiter oporteat Ministros Dei, quales et qualiter fieri Presbyteros, qualesque esse debeant, [3] qui Episcopatum desiderant; quæ omnia bene nobis, et recte disposita, usque in hodiernum, statum suum custodiunt, et permanet apud nos hujus regulæ disciplina. Istius vero, qui nunc nobis ex Persarum provincia ebullivit, Manes nomine, adversum quem mihi disputatio jam secundo commota est, genus vobis dicam, et totum; sed et doctrina ejus unde descendat lucidissime demonstrabo. Iste non est primus auctor hujuscemodi doctrinæ, nec solus; sed quidam ex Scythia, [l] Scythianus nomine, Apostolorum tempore fuit sectæ hujus auctor et princeps, sicut et fuerunt et multi alii apostatæ, qui primatus sibi vindicare cupientes, [m] falsa pro veris conscripserunt, simpliciores quosque ad suam libidinem pervertentes, quorum nomina, et perfidias dicere nunc tempus non sinit. Hic ergo Scythianus dualitatem istam [n] introducit contrariam sibi, quod ipse a Pythagora suscepit, sicut et alii omnes hujus dogmatis sectatores, qui omnes dualitatem defendunt, declinantes Scripturæ viam directam; *sed non in amplius proficient.*

LII. Nullus tamen ita impudenter prævaluit sicut iste

[k] Locus notandus de Hierarchiæ Ecclesiasticæ ordine ab Apostolis instituto. Episcopos autem, Presbyteros, et Ministros tantum nominat Archelaus, quod Ministrorum, hoc est, Diaconorum nomine omnes infra Presbyteratum ordines antiquissimi Patres comprehendere consueverint: ita Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum pag. 667. Tertullianus de Baptismo cap. 17. Origenes homil. 2. in Hierem. et in Matthæi cap. 19. pag. 363. et alibi passim.

[l] Qui *Scythianus* apud omnes alios veteres, qui de Manichæorum hæresi tractarunt, appellatur, tam hic, quam in sequentibus a veteri interprete, *Scutianus*, et *Excutianus* vocatur, nisi ubique imperiti librarii sit error. In codice MS. Regio Alexandrino Vat. legitur: *Quidam Stutianus nomine, qui Apostolorum*, cet. Sic infra semper *Stutianum* vocat.

[m] Cod. Regius Alex. Vat. *falsa pro veris confinxerunt.*

[n] Codex idem Vat. *introduxit.*

[2] Act. Apost. xiv. 23. [3] 1 Tim. iii. 1. et 9.

Scythianus. Inimicitias enim inter duos ingenitos introduxit, et omnia hæc, [o] quæ consequuntur hujuscemodi assertionem. Quique Scythianus ipse ex genere Saracenorum fuit, et captivam quandam accepit uxorem de superiore Thebaide, quæ eum suasit habitare in Ægypto magis, quam in desertis. Atque utinam nunquam eum illa provincia suscepisset, [p] in qua cum eum habitaret, cum Egyptiorum sapientiam didicisset; erat enim, ut quod verum est dicamus, valde dives ingenio, et opibus, sicut hi, qui sciebant eum per traditionem nobis quoque testificati sunt. Discipulum autem habuit quendam [q] nomine Terebinthum, qui scripsit ei quatuor libros, ex quibus unum quidem appellavit Mysteriorum, alium vero Capitulorum, tertium autem Evangelium, et novissimum omnium Thesaurum appellavit, et erant ei isti quatuor libri, et unus discipulus [r] nomine Terebinthus. Quia ergo aliquantum temporis secum isti ambo decreverant soli habitare, placuit Scythiano discurrere in Judæam, ut ibi congrederetur cum omnibus, quicunque ibi videbantur esse doctores, et pervenit eum continuo vita defungi, nec potuisse aliquid promovere. [s] Ille vero discipulus, qui

[o] In Casinensi codice, *quæ eum sequuntur:* mala lectio.

[p] Hic nonnulla deesse palam est. Forte, *in qua cum diu habitaret, depravatus est, cum Ægyptiorum sapientiam didicisset.* Cod. Reg. Alex. Vat. *in qua cum habitaret, et Ægyptiorum.* Mox ibid. *testati sunt,* pro, *testificati sunt.*

[q] Et hic manifestus est librarii error in codice Casinensi, in quo, scribitur *Terbonem*; nam Cyrillus Hierosolym. Catechesi 6. & alii omnes Τερέβινθον, *Terbinthum,* seu *Terebinthum,* Scythiani discipulum faciunt. Quin et in seqq. ubique *Tereventus* scribitur. Quod vero ait Archelaus, hunc Scythiano scripsisse quatuor libros, quos recenset, contrarium est Cyrilli mox laudati narrationi, aliisque, qui Scythianum solum eorum auctorem agnoscunt. Idem cod. Vat. *quendam, qui scripsit.* Paulo post, *tertium vero Evangelium.*

[r] Idem cod. Vat. *nomine Terybeneus. Quum ergo aliquantum temporis secum isti ambo decrevissent, soli placuit Stutiano excurrere in Judæam.* Sic infra ubique vocat Terybeneum.

[s] Idem codex: *ille vero discipulus omnibus, quæcunque ejus fuerant, congregatis, in fugam versus est.* Mox *provincia habitatur a Persis,* pro, *habetur.* Et paullo post, *vocari jam non Terybeneum, sed Buddam.*

cum eo fuerat conversatus, in fugam versus est, et Babyloniam petiit [t] quæ nunc provincia habetur a Persis, quæque abest nunc a locis nostris itinere dierum et noctium ferme sex; quo cum venisset, talem de se famam pervulgavit ipse Terebinthus, dicens omni se sapientia Ægyptiorum repletum, et vocari non jam Terebinthum, [u] sed alium Buddam nomine, sibique hoc nomen impositum, ex quadam autem virgine natum [x] se esse, simul et ab Angelo in montibus enutritum. [y] Parcus vero quidam Propheta, et Labdacus Mithræ filius, arguebat eum mendacii, et erat eis quotidie animosa exaggeratio de hujusmodi negotio. Sed quid plura? Licet frequentius objurgaretur, tamen nuntiabat eis, quæ ante seculum essent, et de sphæra, [z] et duobus luminaribus; sed et quo, et quomodo animæ discedant, et qualiter iterum revertantur in corpora, et alia multa hujuscemodi, et horum nequiora, idest, bellum Deo commotum esse in principiis, ut ipse Propheta crederetur. Pro quibus dum argueretur, ad viduam quandam secessit cum suis quatuor libris, nullo ibidem discipulo acquisito, præter anum solam, quæ ejus particeps facta est. [a] Tunc deinde mane primo ascendit solarium quoddam excelsum, ubi nomina quædam cœpit invocare, quæ nobis Turbo dixit solos septem electos didicisse. Cum ergo ascendisset ritus nescio cujus, vel arti-

[t] Nota quousque extenderentur Imperii Romani limites eo tempore, quo Archelaus cum Manete disputavit.

[u] Mire hic sese exerit librarii, qui Casinensem codicem exaravit, oscitantia; scripsit enim, *sed aliud cujusdam nomine*: legendum autem esse, *sed alium Buddam nomine*, Cyrilli Hierosolymitani, Epiphanii, et aliorum narrationes palam evincunt.

[x] Idem cod. Vat. *se esse simulabat, et ab Angelo.* Mox vero, *Labdacus Metri filius* pro *Mithræ——quotidie satis animosa certatio de hujusmodi negotio.*

[y] De his Persarum Sacerdotibus, vide Epiphanium in hac hæresi num. 3. et nos in Manichæorum Historia.

[z] Cod. Vat. *et de duobus luminariis mysteria. Sed et quomodo animæ discedebant:* Et mox, *revertebantur.*

[a] In codice Casinensi scribitur, *Nunc*; sed *Tunc*, legendum esse non ambigo. (Hoc de electis retulit Turbo, c. x. p. 166.)

ficii gratia; solus autem ascendit, [b] ne inde ab aliquo convinci posset, quod si dissimulasset, vel pro nihilo duxisset, cogitabat se a veris principibus [c] pœnis esse subditum: hæc eo cogitante, justissimus Deus sub terras eum detrudi per spiritum jubet, et continuo de summo dejectus, exanime corpus deorsum præcipitatum est, quod anus illa miserta, collectum locis solitis sepeliit.

LIII. Tunc omnia illa, quæ secum de Ægypto pertulerat, manserunt apud eam, et gavisa est valde de morte ejus duplici causa, primo quod non libenter aspiceret artes illius, secundo pro his, quæ de hæreditate fuerat consecuta; erat enim multum pretii. Quæ cum sola esset, habere aliquem ad ministerium voluit, et comparavit sibi [d] puerum annorum ferme septem, [e] Corbicium nomine, quem statim manumisit, ac literis erudivit. Quique cum duodecim annorum esset effectus, [f] anus illa diem obiit, ipsique universa bona sua tradidit, et cum cæteris [g] reliquis, etiam quatuor illos libellos, quos Scythianus scripserat, non multorum versuum singulos. Tunc ergo Corbicius, sepulta domina, bonis sibi derelictis omnibus uti cœpit, et migravit ad medium civitatis locum, in quo manebat Rex Persarum, et commutato sibi nomine, Manem semetipsum pro Corbicio appellavit; nec

[b] Codex Casinensis habet, *ut inde ab aliquo convinci possit.* Contrarius tamen sensus, quem expressimus, verior est; nam id sibi vult Archelaus, Manetem (Terebinthum) solum, cujusdam præstigii causa, solarium ascendisse, ne a Parco, et Labdaco Mithræ sacerdotibus id egisse deprehensus, debitas pœnas Persarum Regi persolveret.—Cod. Vat. *ascendit, ut ne ab aliquo.*

[c] Cod Vat. *pœnis esse subdendum. Hæc illo cogitante.* Paulo post, *de Ægypto protulerant.* Et mox, *duplici ex causa.——quæ hæreditate fuerat consecuta: erat enim multum pecuniæ avida. Quæ cum* cet.

[d] Idem codex, *puerulum.* Mox, *quemque statim.* Et paulo post, *Qui cum.*

[e] *Cubricum,* Κύβρικον hunc, non *Corbicium,* vobant Cyrillus, Epiphanius, et alii.

Idem cod. *anus die illa, qua obiit, ipsique,* cet. Mox, *cæteris reliquiis.* Paucisque interjectis, *in qua manebat rex Persarum.*

[g] Forte, *reliquit.*

Manem, sed Manes; Persarum enim lingua tali utitur declinatione. Effectus igitur puer ille annorum prope [h] sexaginta, eruditus secundum doctrinam, quæ [i] in locis illis est, et pene dixerim super omnem hominem, diligentius tamen hæc didicit, quæ in illis quatuor libellis continebantur; acquisivit etiam discipulos tres, quorum nomina sunt hæc, Thomas, Addas, et Hermas. Tunc assumit illos [k] libellos, et transfert eos, ita ut multa alia a semetipso insereret eis, quæ anilibus fabulis similia sunt. Habebat ergo tres istos discipulos conscios malorum suorum; nomen vero libellis proprium adscribit, prioris nomine deleto, tanquam si eos solus ex semetipso conscripserit. Tunc visum est ei mittere discipulos suos cum his, quæ conscripserat in libellis, ad superiora illius Provinciæ loca, et per diversas civitates, et vicos, ut haberet aliquos se sequentes; et Thomas quidem [l] partes Ægypti voluit occupare, Addas vero Scythiæ, solus autem Hermas residere cum eo elegit. Cum ergo illi essent profecti, Regis filius ægritudine quadam arreptus est, quem Rex curari desiderans, edictum proposuit [m] in vita, siquis eum curare possit, accipere præmium, multo proposito. Tum

[h] Ita constanter in Casinensi codice scribitur; vereor tamen ne in hoc annorum numero mendum sit. Codex Vat. *Effectus est igitur puer ille annorum prope septuaginta.*

[i] Cod. Vat. *in locis illis est, pene dixerim, super omnem hominem diligentius: tamen didicit ea, quæ in quatuor illis libellis continebantur. Acquisivit etiam ipse discipulos.*

[k] Cod. Vat. *libellos, ut transferret eos, ita ut alia multa.* Paulo post, *ex semet ipso scripserit*, pro, *conscripserit.*

[l] Cod. Vat. *partes Ægyptiorum voluit occupare, Abdas vero Syriæ.* Paulo ante, *ipsius*, pro, *illius.*

[m] Legendum fortasse, *invitans.*—Atque hanc lectionem confirmat Reg. Alex. Vat. Mox in eodem cod. *curare posset, accederet, præmio multo proposito. Tunc iste, sicut illi, qui cubum, quod nomen est aleæ, ludere solent, præsentiam sui exhibet Manes.* Ista vera est hujus loci lectio, quam nos subodoravimus, ut in nostris ad hunc locum notis videri potest.

iste, sicut illi, [n] qui cibum, quod nomen est tale eludere solent, præsentiam suam Manes exhibet apud Regem, dicens se esse puerum curaturum, [o] quæ cum audisset Rex, suscepit eum cum obsequio, ac libenter habuit. Verum ne multa narrando, quæ gessit, tædium auditoribus inferam, mortuus est puer in manibus ejus, vel potius extinctus. Tunc Rex in carcerem detrudi jubet Manem, et ferri [p] talento onerari. Illi vero duo discipuli ejus, qui missi fuerant ad docendum per singulas civitates, quærebantur ad pœnam. Quique, fugientes [q] licet, nunquam cessarunt alienam hanc, et ab Antichristo inspiratam, per loca singula inserere doctrinam.

LIV. Post hæc ad magistrum suum redeunt, referentes quæ eis acciderant; audiunt etiam ea, quæ in ipso collata sunt mala; accedentes ergo, ut [r] dicebam, ad eum sui, et suggerentes ei de his malis, quæ per loca singula patiebantur, de reliquo [s] converti se debere ad salutem suadebant; pertimuerant enim, verentes ne quid sibi ex his malis, quæ illi inferebantur, [t] accederet. At ille suadens eos nihil vereri, ad orationem consurgit. Tunc deinde jubet, in carcere positus, legis Christianorum libros comparari; valde enim hi, qui missi fuerant ab eo per sin-

[n] Locus valde corruptus. Forte legendum, *qui cybum, quod nomen est tali, ludere.*

[o] Cod. Vat. *Quod cum audisset*, pro, *quæ*. Mox, *narrando, quæ gesta sunt.*

[p] Hoc est, vinculis ferreis, ab eorum pondere, nam τάλαντον interdum est pondus.

[q] Codex Vat. *licet nunquam cessarent alienam*. Paulo post, *quid eis acciderint*, lege *acciderit*. Mox vero, *Accedentes ergo, ut decebat, ad eum sui, et suggerentes sui ei de his.*

[r] In codice Casinensi, *ut dicebant*; nos levi mutatione, *dicebam*, emendandum censuimus. Sed et fortasse, *ut decebat*, legendum; melior tamen visa est prior lectio.

[s] In eodem codice, *conventi*, scribitur; sed *converti*, legendum esse, quæ sequuntur clare, ut arbitror, innuunt.

[t] Forte, *accideret*.—Atque ita quidem cod. Vat.

gulas civitates, ab omnibus hominibus execrationi habebantur, maxime apud quos Christianorum nomen veneration erat. Sumpto ergo aliquantulo auri modo, [u] abierunt [x] ad loca, in quibus Christianorum libri conscribebantur, et simulantes se nuntios esse Christianos, rogabant præstari sibi libros ad comparandum; et, ut ne multa dicam, comparant universos libros Scripturarum nostrarum, et deferunt ad eum in carcere constitutum, quibus ille acceptis, homo astutus cœpit [y] in nostris libris occasiones inquirere dualitatis suæ, nec suæ quidem, sed Scythiani, qui hoc ante plurimum temporis protulerat; et in nostris libris, sicut etiam adversus me disputans fecit, assertionem suam proferre, quædam in his accusans, quædam permutans, solo Christi nomine adjecto; quem se idcirco suscipere simulavit, ut per civitates singulas sanctum et divinum nomen audientes Christi, minime execrantes eos, [z] discipulos istius non fatigarent. Inveniens autem vocem etiam de Paraclito positam in Scripturis, semetipsum esse subjecit, qui non legerat diligenter, quia Paraclitus jam tunc venisset, cum Apostoli adhuc essent super terram. His ergo tam scelerate compositis, mittit et discipulos suos prædicaturos intrepide fictos simulatosque errores, et novas falsasque voces annuntiaturos per loca singula. Quod cum Rex Persarum cognovisset, dignis eum suppliciis subdere parat. Quo Manes agnito, admonitus in somnis, elapsus de carcere, in fugam versus est, auro plurimo custodibus corruptis, et mansit in castello

[u] Cod. Vat. *abierunt ad illa loca.* Mox, *se novitios esse Christianos*, pro *nuntios.* Paulo post, *et ne multa dicam, et referunt ad eum.*

[x] Vides ut arcani disciplinam in occultandis fidei mysteriis olim custodierint Christiani, et quanto curaverint studio, ne sacrosanctæ Legis libri ad Gentilium manus pervenirent, etiam antequam Diocletiani persecutio exorta esset, ac traditionis periculum immineret. Præterea hinc apparet, non ubique, sed certis quibusdam in locis Christianorum libros vendi consuevisse.

[y] Cod. Vat. *et ex nostris libris.*

[z] In eodem cod. Vat. *discipulos istius non fugarent. Inveniens autem etiam de Paraclito positum in Scripturis.* Mox, *mittit discipulos suos*, sine particula *et.*

Arabionis. Unde scriptam epistolam per Turbonem ad Marcellum nostrum misit, in qua significavit se esse venturum. [a] Quo cum venisset, fuit nobis certamen tale, quale et hic vidistis, et audistis, in quo, prout potuimus, ostendimus eum Pseudoprophetam. Sed custos quidem carceris, qui eum dimiserat, punitus est; Rex vero eum requiri jussit, et [b] in quibuscunque locis repertum comprehendi. Hæc cum ego cognovissem, necessarium fuit me etiam vobis indicare, quia requiritur iste a Rege Persarum usque in hodiernum diem.

LV. His auditis, turbæ volebant Manem comprehensum tradere [c] potestati barbarorum, qui erant vicini [d] ultra Strangam fluvium, quoniam et ante tempus venerant quidam ad requirendum eum, quo nusquam reperto, discesserant; erat enim tunc in fuga constitutus. Cum ergo hæc ita Archelaus prodidisset, continuo se in fugam dedit Manes, et evadere potuit, [e] dum nemo eum insequeretur.

Sed populus cum Archelai, quem libenter audiebant, relatione teneretur, quidam tamen crebre insecuti sunt post eum. Sed ille vias, quibus venerat, repetens, transito fluvio ad Arabionis castellum rediit, ubi postea comprehensus, oblatus est Regi; quique plurima adversus eum indignatione commotus, duas mortes in eum vindicare cupiens, unam filii, alteram carcerarii, jussit eum ante portam civitatis excoriatum suspendi; et pellem ejus, medi-

[a] Cod. Vat. *Quo cum advenisset.* Paulo post, *pseudoprophetam esse manifeste. Sed.*

[b] Idem cod. *in quibuscumque locis repertum ostendimus comprehendi.* Fortasse, *offenderetur, comprehendi.*

[c] In eodem cod. Vat. *potestati barbarorum, qui erant vicini ultra Straeum fluvium.* Mox, *venerant quidam hominum ad requirendum eum, quo nusquam reperto, discessenunt.*

[d] Et hic præcisius Imperii Romani limes, quinam Archelai ætate, et Probo imperante esset, designatur.

[e] Cod. Vat. *dum ne eum insequeretur is populus, et Archelai, quem libenter audiebant, relatione tenexentur.* Mox, *crebro*, pro, *crebrs.* Paulo post, *venerat, repetans, transito fluvio Adrabionis rediit.* Vide an legendum sit, *repedans.*

camentis infectam, inflari; carnes vero [f] volucribus dari jussit. Quibus postea agnitis, Archelaus adjecit ea priori disceptationi, ut omnibus innotesceret, sicut ego, qui inscripsi in prioribus exposui. Congregatis igitur omnibus Christianis, ferri adversus eum sententiam placuit, veluti epilogum quendam [g] morti ejus transmittentes, consonantem reliquis vitæ ejus negotiis. Addidit etiam hoc Archelaus dicens, Viri fratres, ne quis vestrum incredulus sit his, quæ a me dicta sunt, idest, quod non ipse primus auctor scelerati hujus dogmatis extiterit Manes; sed tantum, quod per ipsum aliquibus terræ partibus manifestatum sit. Sed non statim is, qui aliquid quocunque portaverit, auctor ejus putandus est, sed qui invenerit. Sicut enim gubernator acceptam navem, quam alius fecit, ad quæcunque loca voluerit perducere, alienus est tamen omni genere a constructione ejus, ita intelligendus est et iste; non enim ex initio huic rei ipse originem dedit; [h] sed ea tantum, quæ ab alio fuerant inventa, per se detulit hominibus, sicut certis testimoniis notum est, quibus propositum est vobis ostendere, [i] non ex Mane originem mali hujus manasse; sed ab alio, et ante multum temporis a barbaro quodam exorta, in silentio habita, ab isto vero ignote latentia, veluti propria ejus esse prolata, deleto conscriptoris titulo, sicut superius exposui. Fuit prædicator apud Persas etiam [k] Basilides quidam antiquior, non

[f] In his verbis, *volucribus dari jussit*, desinit apographum Regio-Alexandrinum Vaticanum. (Vide supra pag. 133.)

[g] Forte, *mortis ejus*. (Firmant hæc concilium Mesopotamicum excogitatum ab Auctore *Libelli Synodici*, qui supra adductus est p. 141. Sed in verbis solœcismus est.)

[h] Male codex Casinensis, *sed etiam*.

[i] Aut nihil video, aut ita corrigenda est codicis Casinensis lectio, quæ sic se habet, *non ex Manen originem mali hujus Manes esse*.

[k] Etsi Basilidem, qui paulo post Apostolorum tempora hæresim docuit, Alexandrinum fuisse, et in Ægypto scholas erroris aperuisse testetur Eusebius lib. 4. Hist. Ecclesiast. cap. 7. nihilominus, qui ab Archelao memoratur, idem ac Basilides Alexandrinus esse videtur, licet apud Persas hæresim prædicasse dicat. Fieri enim potest, ut Basilides Alexandria digressus, Persas

longe post nostrorum Apostolorum tempora, qui et ipse cum esset versutus, et vidisset, quod eo tempore jam essent omnia præoccupata, dualitatem istam voluit affirmare, quæ etiam apud Scythianum erat. Denique cum nihil haberet, quod assereret proprium, [l] aliis dictis proposuit adversariis. Et omnes ejus libri difficilia quædam et asperrima continent. Extat tamen tertius decimus liber tractatuum ejus, cujus initium tale est, *Tertium decimum nobis tractatuum scribentibus librum, necessarium sermonem uberemque salutaris sermo præstavit.* Per parvulam divitis et pauperis naturam, sine radice et sine loco rebus supervenientem, unde pullulaverit indicat. Hoc autem solum caput liber continet? Nonne continet et alium sermonem, et sicut opinati sunt quidam, nonne omnes offendemini ipso libro, cujus initium erat hoc? Sed ad rem rediens, Basilides interjectis plus minus vel quingentis versibus ait, *Desine ab inani, et curiosa varietate, requiramus autem magis, quæ de bonis et malis etiam barbari inquisierunt, et in quas opiniones de his omnibus pervenerunt. Quidam enim horum dixerunt, initia omnium duo esse, quibus bona et mala associaverunt, ipsa dicentes initia sine initio esse et ingenita, idest in principiis lucem fuisse, ac tenebras, quæ ex semetipsis erant, non quæ esse dicebantur. Hæc cum apud semetipsa essent, propriam unumquodque eorum vitam agebat, quam vellet,* [m] *et qualis sibi compe-*

quoque hæreticis dogmatibus inficere tentasset. Sane Basilidis Persæ nulla, quod sciam, apud veteres mentio. Scripsit autem Basilides Alexandrinus libros 24. in Evangelium, eodem Eusebio teste, qui non alii esse videntur a tractatuum libris, quos laudat Archelaus, et ab exegeticis illis, ex quorum libro 23. quædam loca refert Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 4. An autem Evangelium illud, in quod Basilides scripsit, Apostolorum esset, an aliud, quod suo marte confinxit, cujus meminit Origines Hom. 1. in Lucam, Hieronymus in prologo suorum Comm. in Matthæum, et Ambrosius in prologo in Evangelium Lucæ, non satis liquido constat. (Conf. not. ad Euseb. pag. 84. vol. i. *Reliquiar.* et notam p. 35. hujus vol. De ætate Basilidis vid. p. 234. vol. i.)

[l] Forte, *aliorum dicta.* (Quid infra significet vox *parvulam*, nescio.)

[m] In codice Casinensi, *et quales ibi competeret.*

teret; omnibus enim amicum est, quod est proprium, et nihil sibi ipsum malum videtur. Postquam autem ad alterutrum agnitionem uterque pervenit, [n] *et tenebræ contemplatæ sunt lucem, tanquam melioris rei sumpta concupiscentia, insectabantur ea commisceri.*

Nonnulla fortasse desunt.

[n] Tenebras desiderio lucis adipiscendæ actas fuisse Manes quoque asserit in cap. 13. hujus operis, et apud Titum Bostrensem adversus Manichæos lib. i. pag. 48. editionis Canisianæ.

FRAGMENTUM

Actorum ejusdem Disputationis ex S. Cyrilli Hierosolymitani Catechesi VI. §§. XXVII. XXVIII. XXIX. edit. Benedictin.

Ne quidpiam actorum disputationis Archelai Episcopi cum Manete omitteremus, opportunum censuimus hic eorundem fragmentum ex Cyrilli Hierosolymitani catechesi sexta pag. 147. primæ editionis, (sectt. 27, 28, 29. p. 104. ed. Toutteii seu Benedictin.) desumptum, corollarii loco subjungere, eo præsertim quod in præcedentibus actis, ab Hegemonio, ut videtur, Presbytero in epitomen redactis, non reperiatur. ZACAGNI. Fragmentum istud contulimus cum noviss. edit. Paris. BB. ann. 1720. versionem recensuimus, et cl. editoris notas subjecimus. GALLANDI. Vide supra p. 132 quæ de S. Cyrilli isto editor ejus disputavit: certo certius Cyrilli esse non Archelai ea quidem verba Ταῦτα τὰ μυστήρια κ. τ. λ. ad Zacagnianæ editionis exemplum meum olim adnotaveram.

I. Φεύγει ἐκ τῆς φυλακῆς (Μάνης) καὶ ἔρχεται εἰς τὴν Μεσοποταμίαν· ἀλλ' ἀπαντᾷ αὐτῷ ° ὅπλον δικαι-

I. FUGIT e carcere (Manes), et in Mesopotamiam venit: verum occurrit ei scutum justitiæ, Archelaus episcopus:

° ὅπλον δικαιοσ.] In editis ὅπλῳ δικαιοσ. *armis justitiæ.* Legimus ὅπλον in MSS. Coisl. Roe, Casaub. Petro Sicul. Grod. qui vertit *scutum justitiæ.* TOUTTEIUS.

σύνης Ἀρχέλαος ἐπίσκοπος· καὶ ἐπὶ φιλοσόφων κριτῶν ἐλέγξας, ἀκροατήριον Ἑλληνικὸν συστησάμενος, ἵνα μὴ Χριστιανῶν κρινόντων, δοκῶσιν οἱ κριταὶ χαρίζεσθαι· Λέγε, φησὶν ὁ Ἀρχέλαος πρὸς τὸν Μάνην, ὃ κηρύσσεις. ὁ δὲ ὡς [p] τάφον ἀνεῳγμένον ἔχων τὸ στόμα, ἀπὸ βλασφημίας πρῶτον τοῦ ποιητοῦ τῶν ἁπάντων ἤρξατο, φάσκων· Ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κακῶν ἐστιν εὑρετὴς, λέγων περὶ ἑαυτοῦ· [q] Ἐγὼ πῦρ καταναλίσκον. ὁ δὲ σοφὸς Ἀρχέλαος ὑπεξέλυε τὴν βλασφημίαν, εἰπών· Εἰ ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς κατὰ τὸν σὸν λόγον, πῦρ ἑαυτὸν λέγει, τίνος υἱός ἐστιν ὁ λέγων, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; εἰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Κύριος θανατοῖ καὶ ζωογονεῖ· διὰ τί τιμᾷς Πέτρον, τὴν Θαβιθὰν μὲν ἐγείραντα, τὴν δὲ Σαπφείραν θανατώσαντα; εἰ δὲ καὶ μέμφῃ, ὅτι πῦρ ἡτοί-

eumque coram philosophis judicibus reprehendens, collecto Gentilium auditorio, ne, si Christiani judices essent, viderentur favisse, Age profer, ait Archelaus ad Manem, quod prædicas. At ille, cui [1] os quasi sepulcrum patens erat, primum a blasphemia in creatorem omnium, initium sumsit, inquiens: veteris testamenti Deus, malorum inventor est, de se ipse dicens: [2] *Ego ignis consumens.* Tum sapiens Archelaus hanc solvit refutavitque blasphemiam his verbis: si veteris Deus testamenti, ut ais, ignem se dicit, cujus est ille filius, qui ait: [3] *Ignem veni mittere in terram?* Si culpas eum qui dicit: [4] *Dominus mortificat et vivificat;* quamobrem Petrum colis, qui [5] Tabitham a mortuis excitavit, et [6] Sapphiram morti tradidit? Si vitio vertis, quod [7] ignem præparavit; quare hunc non carpis qui dicit:

[p] ὡς τάφον] Particulam ὡς adjicimus ex Grod. et Petro Siculo. Touttæus. — [q] Ἐγὼ πῦρ] Codd. Coisl. Ottob. Roe, Casaub. ἐγὼ ὁ Θεὸς πῦρ κατ. Sed in MS. Ottob. deest articulus ὁ. In loco autem Scripturæ citato, non Deus, sed Moyses de Deo in tertia persona loquitur ita: Κύριος ὁ Θεός σου, πῦρ καταναλίσκον ἐστί. Idem.

[1] Psal. v. 11. [2] Deut. iv. 24. [3] Luc. xii. 49. [4] 1 Reg. ii. 6. [5] Act. ix. 40. [6] Ibid. v. 10. [7] Deut. xxxii. 22.

μαστε; διὰ τί ὁ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Πορεύεσθε, [1] ἀπ' ἐμοῦ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον; ἐὰ μέμφῃ τὸν λέγοντα, Ἐγὼ Θεὸς ποιῶν εἰρήνην, καὶ κτίζων κακά· ἐζήγησαι, πῶς λέγει Ἰησοῦς, Οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μάχαιραν. ἀμφοτέρων τὰ ἴσα λεγόντων, δυοῖν θάτερον· ἢ ἀμφότεροι καλοὶ διὰ τὴν ὁμολεξίαν· ἢ εἰ ἀνέγκλητος Ἰησοῦς ταῦτα λέγων, διὰ τί ψέγεις τὸν τὰ ὅμοια ἐν τῇ παλαιᾷ λέγοντα;

II. Εἶτα ὁ Μάνης πρὸς τοῦτον λέγει, Καὶ ποῖος Θεὸς τυφλοῖ; Παῦλος γάρ ἐστιν ὁ λέγων· Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, [2] εἰς τὸ

[8] *Discedite a me in ignem æternum?* Si reprehendis eum qui dicit: [9] *Ego Deus faciens pacem, et creans mala*; expone quo modo Jesus dicat: [1] *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Cum ambo paria dicant, e duobus alterum: aut uterque bonus, eo ipso quod verbis congruant: aut si Jesus hæc dicens, abest a reprehensione, quare dignum reprehensione clamas eum, qui in veteri testamento similia profert?

II. Tum Manes hæc contra: Et qualisnam Deus excæcat? Pauli enim verba sunt: [2] *In quibus Deus sæculi hujus excæcavit cogitationes infidelium, ut ne fulgeat in illis illumina-*

[1] ἀπ' ἐμοῦ] Verba hæc desiderantur in codd. Ottob. Coisl. Roe, Casaub. Grod. Petro Sic. Paulo post, in Roe et Casaub. scribitur, ἐγὼ ὁ Θεὸς, ὁ ποιῶν, proxime ad sacrum textum. Cyrillus ipse *Catech.* ix. n. vii. citans sequentia hujus prophetici testimonii verba, legit, ἐγὼ ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας φῶς. Loco ἐζήγησαι πῶς λέγει Ἰησοῦς, Siculus scribit: διὰ τί ὁ μέμφῃ τὸν Ἰησοῦν λέγοντα: *Cur eum reprehendis Jesum aientem* cet. Post εἰρήνην in codd. Roe, Casaub. et Ottob. in Coisl. autem cod. post βαλεῖν, additur ἐπὶ τὴν γῆν. Petrus Sic. legit ἐπὶ τῆς γῆς, *super terram.* Habentur ea verba in citato Matthæi textu; verum non in hoc versiculi membro quod hic refertur, sed in superiore: μὴ νομίσητε ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν. TOUTT. (Mox κακὰ pro καλὰ leg. videtur.

[2] εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι] In Ottob. habetur αὐγάσαι. Petrus Sic. legit, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ: *Ut non fulgeat illis illuminatio scientiæ gloriæ evangelii Christi.* Sed ex iis quæ habentur num. seq. patet Manem non ita citavisse. IDEM.

[8] Mat. xxv. 41. [9] Isa. xlv. 7. [1] Mat. x. 34. [2] 2 Cor. iv. 4.

μὴ διανγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆ εὐαγγελίῳ. ὁ δὲ Ἀρχέλαος, καλῶς ὑποχρέσας, Προαναγνωθι, φησὶν, ὀλίγον· εἰ δὲ καί ἐστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον. ὁρᾶς ὅτι ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις κεκάλυπται. ἐ δεῖ γὰρ διδόναι τὰ ἅγια τοῖς κυσίν. εἶτα, ἆρα μόνος ὁ τῆς παλαιᾶς Θεὸς ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων; [t] Ἰησοῦς δὲ αὐτὸς ἐκ εἴρηκε, Διὰ τοῦτο αὐτοῖς ἐν παραβολαῖς λαλῶ, ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι; μὴ μισῶν αὐτοὺς, ἐβούλετο μὴ βλέπειν; ἢ διὰ τὸ ἀνάξιον, ἐπειδὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν; ὅπου γὰρ αὐτοπροαίρετος πονηρία, ἐκεῖ κ ἀποχὴ [u] τῆς χάριτος. τῷ γὰρ ἔχοντι δοθήσεται· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, κ ὃ δοκεῖ ἔχειν ἀρθήσεται.

tio evangelii. Archelaus autem hoc præclare refellens: quæ paullulum antecedunt, inquit, lege: [3] *Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt est opertum.* Videsne pereuntibus obtectum dici evangelium? [4] Non enim danda sunt sancta canibus. Præterea, solusne veteris testamenti Deus excæcavit cogitationes infidelium? Jesus etiam ipse nonne dixit: [5] *Ideo ipsis in parabolis loquor, ut videntes non videant?* Odio ne eos prosequens, volebat ut non viderent? An quia indignum erat, quoniam oculos ipsi suos occluserant? Ubi enim voluntaria malitia, illic et gratiæ donum abest. [5] *Habenti enim dabitur: ab eo autem qui non habet, etiam quod se putat habere auferetur.*

[t] Ἰησοῦς δὲ κ. τ. λ.] Hæc paulo aliter Petrus Siculus: Ἢ καὶ Ἰησοῦς αὐτὸς—ἐκ εἴρηκε· διὰ τοῦτο ἐν παραβολαῖς αὐτοῖς λαλῶ, ὅτι βλέποντες ἐ βλέπουσι; *An non et Jesus ipse——ita locutus est: Propterea in parabolis ipsis loquor, quia videntes non vident?* At Raderus Siculi interpres, quomodo in Cyrilli textu, *ut videntes non videant.* Siculi allegatio evangelioi dicti fidelior est, et textum Matthæi ad amussim repræsentat: contra, ea quæ in textu est, partim ex Matthæi, partim ex Lucæ verbis cap. 8. v. 10. consarcinata est: atque idcirco, me judice, minus mutationis aut emendationis suspicione laborat. Touttrius.

[u] τῆς χάριτος] Siculus, τῆς φωτιζούσης χάριτος, *illuminantis gratiæ.* Idem.

[3] 2 Cor. v. 3. [4] Mat. vii. 6. [5] Ibid. xiii. 13. [6] Ibid. xxv. 29. Luc. viii. 18.

III. Εἰ [x] δὲ δεῖ καὶ ὥς τινες ἐξηγοῦνται, τοῦτο εἰπεῖν, οὐ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα· εἰ καὶ ἐτύφλωσε τῶν ἀπίστων τὰ νοήματα, ἐπὶ καλῷ ἐτύφλωσεν, ἵνα εἰς τὰ ἅγια ἀναβλέψωσιν. οὐ γὰρ εἶπεν· ἐτύφλωσεν αὐτῶν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων. τὸ δὲ λεγόμενον, τοιοῦτόν ἐστι· τύφλωσον τῆ πόρνου τὰ πορνικὰ νοήματα, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος· τύφλωσον τῆ ληστοῦ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ ληστρικὸν, καὶ σέσωσται ὁ ἄνθρωπος. ἀλλ' οὐ θέλεις οὕτω νοῆσαι; ἔστι καὶ ἄλλη ἐξήγησις· τυφλοῖ καὶ ὁ ἥλιος τοὺς ἀμβλυωποῦντας, καὶ οἱ ὀφθαλμιῶντες τυφλοῦνται, βλαπτόμενοι ὑπὸ τοῦ φωτός· οὐχ ὅτι τυφλωτικός ἐστιν ὁ ἥλιος, ἀλλ' ὅτι ἡ ὑπόστασις τῶν ὀμμάτων οὐ βλέπει· οὕτω καὶ οἱ ἄπιστοι νοσοῦντες ταῖς καρδίαις, οὐ δύνανται ἐνιδεῖν ταῖς τῆς θεότητος ἀκτῖσιν. καὶ οὐκ εἶπεν· ἐτύφλωσε τὰ νοήματα, εἰς τὸ μὴ ἀκοῦσαι τὸ εὐ-

III. Si autem, ut interpretantur nonnulli, dicendum est illud, (horum enim non est illaudabilis oratio) etiam si excæcarit infidelium mentes, ad rem bonam excæcavit, ut ad sancta respiciant. Non enim dixit, Excæcavit eorum animam, sed *cogitationes infidelium*. Cujus dicti sensus, ejusmodi est: excæca scortatoris scortandi cogitationes, et servatus est homo: excæca latronis rapiendi et latrocinandi studium, et salvus est homo. Verum hoc modo non vis intelligere? Est et alia interpretatio. Excæcat et sol obtusam oculorum aciem, et oculorum imbecillitate laborantes excæcantur lumine perculsi: non quod sol excæcandi facultate sit præditus, sed quod oculorum status a videndo impediatur: sic et quibus corda laborant incredulitate, ii divi-

[x] Εἰ δὲ δεῖ καὶ ὅς] In codd. Roe et Casaub. ex δεῖ ᾧ ὡς unum verbum δικαίως confectum est: at ita manet manca constructio. Petrus Siculus legit quidem δικαίως, sed phrasim paulo commutat: εἰ δὲ καὶ δικαίως τινὲς ἐξηγοῦνται, ἴσι καὶ ὕτως ἀκοῦν· (εἰ φαῦλον γὰρ τὸ ῥῆμα) κ. τ. λ. *Quod si etiam recte interpretantur nonnulli, licet quoque sic dicere, (non enim absurda est oratio)* cet. TOUTTEIUS.

ἀγγέλιον, ἀλλ' εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι τὸν φωτισμὸν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι τοῦ εὐαγγελίου, πᾶσιν ἐφίεται· ἡ δόξα δὲ τοῦ εὐαγγελίου, τοῖς Χριστοῦ γνησίοις μόνοις ἀφώρισται. ἔλεγεν οὖν ὁ κύριος, τοῖς μὲν ἀκοῦσαι μὴ δυναμένοις, ἐν παραβολαῖς· τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐπέλυε κατ' ἰδίαν τὰς παραβολάς. ὁ αὐγασμὸς γὰρ τῆς δόξης τοῖς πεφωτισμένοις, ἡ τύφλωσις τοῖς ἀπίστοις. Ταῦτα τὰ μυστήρια ἃ νῦν ἡ ἐκκλησία διηγεῖταί σοι τῷ ἐκ κατηχουμένων μεταβαλλομένῳ, ἐκ ἔστιν ἔθος ἐθνικοῖς διηγεῖσθαι. οὐ γὰρ ἐθνικῷ τὰ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος διηγούμεθα μυστήρια· οὐδὲ τὰ περὶ τῶν μυστηρίων ἐπὶ κατηχουμένων λευκῶς λαλοῦμεν, ἀλλὰ πολλὰ πολλάκις λέγομεν ἐπικεκαλυμμένως, ἵνα οἱ εἰδότες πιστοὶ, νοήσωσι· καὶ οἱ μὴ εἰδότες, μὴ βλαβῶσι.

nitatis radios contueri non possunt. Nec dixit: excæcavit cogitationes ne audiant evangelium; sed [6] *ne fulgeat in illis illuminatio gloriæ evangelii Domini nostri Jesu Christi.* Nam evangelium audire [ab] omnibus expetitur (permittitur): at evangelii gloria solis Christi germanis sincerisque (discipulis) tribuitur. Dominus itaque loquebatur in parabolis iis quidem qui non poterant audire: discipulis vero privatim parabolas et similitudines explicabat. Gloriæ enim fulgor eorum est, qui jam illustrati sunt: excæcatio infidelium. Hæc mysteria nunc tibi patefacit Ecclesia ex catechumenorum sorte transgresso: Gentilibus exponere mos non est. Non enim Gentili cuiquam de Patre et Filio et Spiritu sancto arcana mysteria declaramus: neque palam apud catechumenos de mysteriis verba facimus, sed multa sæpe loquimur occulte: ut fideles qui rem tenent, intelligant; et qui non tenent, ne lædantur.

[6] 2 Cor. iv. 4.

Ecce Archelai Fragmentum, quod Zacagnius supra paginis 126 et 142 Præfationis suæ commemoravit, teste adducto Petro Lambecio in *Commentar. De Bibliotheca Cæs. Vindobonensi*, L. iii. p. 60. Ubi Codex xl. postea vero num. ccci. desig-

natus, in hunc modum describitur. " MS. Theologicus Græ- " cus, membranaceus, pervetustus, et optimæ notæ in quarto." Verba autem, quæ apud Lambecium sequuntur, jam supra in *Testimoniis* a Zacagnio collocata sunt. Vid. supra pag. 142. Cum vero hanc Archelai ξῆσιν, sicut aliorum patrum nonnulla excerpta, mea causa describi petivissem ab illustrissimo bibliothecario, Barone Von Swieten, jussu ejus cum alia tum etiam duo fragmenta ad me transmissa sunt; quibus in margine codicis hic titulus præfixus est, ἀρχιλάου διάλογος, si posterioris vocis capio abbreviationem, *Codex MS. Theolog. num.* ccci. al. 40. *fol.* 73. 2.—πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι· Τῆς πεύσεως ἐκείνης ἣν προύτεινας, κ. τ. λ. Καὶ προσέφερον αὐτῷ ὄξος μετὰ χολῆς· Οὔτε ὁ εἶπὼν ὄξος μετὰ ὑσσώπου &c. At, postquam ego *Catenam Græcorum Patrum in Matthæum* Tolosæ anno 1646 Latine editam, et Chrysostomi *Homil.* 87. *in Mat.* xxvii. 34. p. 336. ed. Savilii, inspexi, adductus sum propter aliquot similia ibi deprehensa, ut posteriora Vindobonensia S. Matthæi illud in cap. xxvii. comm. 34. exponentia, Chrysostomo potius quam Archelao attribuenda crederem. His igitur omissis, priora tantum, quæ videntur Archelai esse respondentis ad opposita quædam a Manete, hic subjecturus sum; unde colligamus, vel mancum, vel epitomen tantum amplioris operis, Zacagnianum librum esse, in quo hæc præterea verba desiderantur.

ARCHELAI FRAGMENTUM,

Ex Codice Vindobonensi nunc primum editum.

Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι· (*S. Luc.* xxiii. 34.)

Τῆς πεύσεως ἐκείνης ἣν προύτεινας, εἴγε ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς, ἣν ἀνεβόησεν ἐπὶ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ λέγων, Πάτερ ἄφες αὐτοῖς, συνεχωρήθησαν οἱ Ἰουδαῖοι τῆς θεομάχου ψυχῆς τὸ ἔγκλημα, σαφὴς ἡ λύσις· ἐπείπερ ἐπήγαγε τὸ, Οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ὡς τὸ-

Pater, dimitte illis, non sciunt enim. (*S. Luc.* xxiii. 34.)

Quæstionis, quam proposuisti, an crimen in Judæos intentum animi Deo repugnantis Domini voce dilutum fuerit, quam fixus salutiferæ cruci protulit, *Pater dimitte illis, non sciunt enim*, clara est solutio; cum ille addiderit, *Non sciunt enim, quod faciunt.* Quapropter ii, qui simul cum ignorantia vita illico decesserint, beneficium ex voce illa accepe-

τὺς τῇ ἀγνοίᾳ παραχρῆμα συναπελθόντας ἔχειν ἐκ τῆς φωνῆς τὸ ὠφέλιμον· τὺς μέντοι γε ἐπιμείναντας μετὰ τὸν σταυρὸν, ἔξω τῆς ὠφελείας ἐποίησεν τὰ ἐπιγινόμενα θαύματα· σκότυς δηλαδὴ πληρωθείσης μεσσούσης ἡμέρας πάσης τῆς γῆς, καὶ αὐτῆς σεισθείσης ἐκ βάθρων αὐτῶν· καὶ τοῦ καταπετάσματος ῥαγέντος· σχισθεισῶν δὲ ὁμοίως καὶ τῶν πετρῶν. τοὺς γὰρ τοιούτους οὐκ ἄν τις ὑπὸ τῆς ἀγνοίας ἔτι βοηθεῖσθαι νομίσειεν· τῶν θεοπρεπῶν τούτων θαυμάτων ἀνακηρυττόντων αὐτὸν εἶναι Θεὸν λαμπρᾷ τῇ φωνῇ· καὶ ἐπισφραγισθέντων διὰ τῆς ἀναστάσεως. Τοῦτο δεδηλώκεν ἡ Ῥωμαίων πολιορκία, καὶ τὰ περιστοιχήσαντα τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἃ καὶ πρὸς φθορὰν αὐτὴν ἤγαγεν παντελῆ.

runt; qui vero post crucifixionem ejus remanserint, hos extra beneficium posuerunt miracula, quæ insecuta sunt: medio die terra omnis oppleta tenebris, et ab ipsis fundamentis quassata, velum templi disruptum, similiterque scissæ etiam rupes. Hujusmodi enim homines nemo putaverit ignorantia adhuc adjuvari, cum hæc Deo digna miracula illum Deum esse clara voce proclamarent; resurrectionis insuper sigillo confirmata. Manifestum hoc fecit Romanorum obsidium, tum vero illa, quæ Hierosolymam circumstiterunt, ipsam ad rerum omnium interitum ducentia.

Post editum hoc Fragmentum nonnulla ex Rescripto Imperatorum Diocletiani et Galerii Maximiani ad Julianum Proconsulem Africæ desumpta adpositurus sum, ut ex ejusdem ætatis monumento clarissime constet, illis circiter temporibus irrupisse in orbem Romanum hoc tantum malum Manichæismum. Fac porro, quæ verba et Turbo et Archelaus Maneti attribuerunt, ea interdum haud re ipsa dicta ab illo fuisse; tamen ipsum habes confitentem Lardnerum, qui supra est nominatus in hac re p. 133. hancce Disputationem, vel sub finem sæculi tertii, vel ineunte quarto, esse conscriptam. Immo vero ex Archelai commentariis librum compositum fuisse, vix dubitandum videtur.

Quoniam nobis (nos *vult reponere Cannegieter*), de quibus Solertia tua Serenitati nostræ retulit, Manichæos audivimus [eos *delendum*] nuperrime, velut nova inopinata prodigia, in hunc mundum de Persica adversaria nobis gente progressa vel orta esse; et multa facinora ibi committere: populos namque quietos perturbare: nec non et civitatibus maxima detrimenta inserere (ingerere *mavult Cannegieter*): et verendum est, ne forte, ut fieri adsolet, accedenti tempore conentur (ingerere, *conj. idem Cannegieter.*) execrandas consuetudines, et istebas (*vult* inficetas *Canneg.*) leges Persarum (in, *addit Canneg.*) innocentioris naturæ homines Romanam gentem modestam atque tranquillam, et universum orbem nostrum veluti venenis de suis malivolis inficere:——Jubemus auctores quidem ac principes una cum abominandis scripturis eorum severiori pœnæ subjici, ita ut flammeis ignibus exurantur: consentaneos vero et usque ad eos (*Rescribit Cannegiet.* usque adeo omnes) contentiosos capite puniri præcipimus: et eorum bona fisco nostro vindicari sancimus. Si qui sane etiam honorati, aut cujuslibet dignitatis vel majoris personæ ad hanc inauditam et turpem, atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Persarum, se transtulerunt, eorum patrimonia fisco nostro adsociari facies: ipsos quoque Forensibus, vel Proconensibus metallis dari. Hæc desumpta erant ex Codice Gregoriano in *Collationem Legum Mosaic. et Romanarum*, Titulo xv De Mathematicis et Manichæis, p. 252 edit. Cannegieter.

Cum denique ita scripserit de Jesu in capp. xlix. et l. Archelaus, quasi super eum apud baptismum ejus venisset Spiritus Sanctus, sive Christus Dei, seu natura Divina; haud obliviscendum interea illud est, docuisse eundem Archelaum in cap. xxxiv. alibique, conceptum fuisse divinitus Dominum Jesum, quo tempore novimus auctore evangelista, Spiritum Sanctum *supervenisse, ideoque et quod natum* ex virgine *sanctum, vocatum esse Filium Dei.* Porro ipse quoque Archelaus, *natum esse de Maria*

Dei genitrice, Græce Θεοτόκῳ, Dominum Jesum, quemadmodum et alii prius locuti fuerant, ait eodem loco. De Archelao ita scribente hæc monenda erant.

De alio quoque patre, magno illo Dionysio Alexandrino, siquidem viro jure clari nominis Moshemio visum est, crimen in eum ferre dividendi personam Christi, nemo mihi succenseat, si aliquid hic subjungam. In Commentariis suis *De Rebus Christianorum ante Constantin. M.* Sæc. III. §. xxxiii. p. 697. doctissimus auctor Sabelliano dogmate explicato, eoque præterea admonito, Athanasium satis evidenter, aliquot Dionysii locis prolatis, docuisse, hunc patrem Arianorum errori de Christo non addictum fuisse, pergit scribere: " Ut vero Athanasius diligentissime " Dionysium, cujus sacrosancta erat Alexandriæ memoria, tueri, " omnibusque maculis liberare studeat, manifestum tamen erit " omnia, quæ ad excusationem ejus disputat, accurate conside- " ranti, aliquid in eo erroris fuisse, atque opinionem ejus de " Christo a Nicæno dogmate et nostro hodierno discrepare. Ut " Sabellium, qui Deum ipsum sive patrem in Christo natum, " pœnas passum et mortuum esse adseverabat, fortius compri- " meret, negabat *humana Christi*, quod clare satis scribit Atha- " nasius §. v. p. 246. ad Deum in Christo residentem pertinere, " et unice ad filium referebat. Ad alteram igitur extremitatem " contendendi studio declinabat. Distinguebat nempe Diony- " sius in Christo *verbum* seu personam divinam a patre distinc- " tam et *filium*, aut, si mavis, duplicem filium, divinum et hu- " manum. *Verbum* seu *filium divinum* ab omnibus Christi ἀνθρω- " πίνοις seu *humanis*, ab omnibus, quæ Christus ut homo fecit et " perpessus est, excludebat: hæc vero omnia ἀνθρώπινα, *nasci*, " *pati*, *mori* ad unum filium hominis ex Maria natum pertinere, " disputabat. In vitio hæc sunt et recta via ducunt ad illam, " quæ Nestorio tribuitur, sententiam. Nam si ad *filium Dei* " seu *verbum* Christo homini junctum nihil earum rerum per- " tinet, quæ *filius hominis* fecit et sustinuit, perspicuum est, du- " plicem in Christo et naturam et personam esse, *filiumque Dei* " seu verbum filium tantum hominis roborasse, illuminasse, ju- " visse. Nec igitur temere Dionysius Romæ accusabatur, quam- " quam parum distincte ac perite." Sic Moshemius. Quæ gravis profecto, sed nova, ni fallor, accusatio. Atenim Dionysium distrahendæ personæ in Christo unquam postulatum fuisse, vetat nos credere sua ipsius defensio, tot locis ab Athanasio commemorata; quæ tota in eo versatur, ut arceatur a se crimen negatæ, vel certe imminutæ, divinæ Christi naturæ, non duos pro uno Christo asserendi. Neque in sequentibus, quod sciam, sæculis Dionysii auctoritate se unquam tuebantur Nestoriani dogmatis patroni. Ipse porro, quem indicat vir cl. Athanasii locus nihil valet ad obtinendam causam adversus Alexandrinum antistitem. " Dionysius," ait Moshe-

mius, "teste Athanasio, negabat *humana* Christi ad Deum in "Christo residentem pertinere, et unice ad Filium referebat." At audi Athanasium: Ἐν Πενταπόλει, inquit, τῆς ἄνω Λιβύης τηνικαῦτά τινες τῶν ἐπισκόπων ἐφρόνησαν τὰ Σαβελλίου· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσαν ταῖς ἐπινοίαις, ὡς ὀλιγοῦ δεῖν μηκέτι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεσθαι τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. τοῦτο μαθὼν Διονύσιος, αὐτὸς γὰρ εἶχε τὴν μέριμναν τῶν ἐκκλησίων ἐκείνων, πέμπει καὶ συμβουλεύει τοῖς αἰτίοις παύσασθαι τῆς κακοδοξίας· ὡς δὲ οὐκ ἐπαύοντο, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀναιδέστερον ἠσέβουν, ἠναγκάσθη πρὸς τὴν ἀναίδειαν ἐκείνων γράψαι τὴν τοιαύτην ἐπιστολὴν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Σωτῆρος ἐκ τῶν εὐαγγελίων παράθεσθαι· ἵν' ἐπειδὴ τολμηρότερον ἐκεῖνοι τὸν υἱὸν ἠρνοῦντο, καὶ τὰ ἀνθρώπινα αὐτοῦ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ἀνετίθεσαν, οὕτως οὗτος δείξας ὅτι οὐχ ὁ πατὴρ ἀλλ' ὁ υἱός ἐστιν ὁ γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπος, πείσῃ τοὺς ἀμαθεῖς, μὴ εἶναι τὸν πατέρα υἱόν· καὶ οὕτως λοιπὸν κατ' ὀλίγον ἐκείνους εἰς τὴν ἀληθινὴν ἀναγάγη Θεότητα τοῦ υἱοῦ, καὶ τὴν γνῶσιν τὴν περὶ τοῦ πατρός. num. v. p. 246. Hic certe, Dionysio rationeque ejus certandi comprobatis, Athanasius ostendit, Sabellianos, quibus ille se opposuit, ad Patrem, non ait ad Deum, *humana* Christi retulisse. Dionysium autem per *patrem* intellexisse primam personam Beatissimæ Triadis, quicquid revera statuebant Sabelliani, cum per omnia fragmenta ejus constat, tum fine libelli sui Athanasius hæc, quæ sequuntur, scribens demonstravit. Postquam enim id laudavit, præclare Dionysium in disputatione cum Sabellianis, non ab argumentis Filii divinitatem probantibus initium duxisse, sed præmisisse τὰ ἀνθρωπίνως εἰρήμενα de Servatore, cujusmodi sunt, *esurire, laborare, quod vitis sit, quod oraverit, et passus* sit; hæc addit, ὅσῳ γὰρ ταῦτα ταπεινὰ λέγεται, τοσούτῳ δείκνυται μὴ ὁ πατὴρ γενόμενος ἄνθρωπος. ἀναγκὴ γὰρ καὶ ἀμπέλου, λεγομένου τοῦ Κυρίου, εἶναι καὶ γεωργόν· καὶ εὐχομένου αὐτοῦ, εἶναι τὸν ἐπακούοντα· καὶ αἰτοῦντος αὐτοῦ, εἶναι τὸν δίδοντα. τὰ δὲ τοιαῦτα μᾶλλον εὐκολώτερον τὴν τῶν Σαβελλιανῶν μανίαν δεικνύσιν· ὅτι ἕτερος ὁ εὐχόμενος, ἕτερος ὁ ἐπακούων, καὶ ἄλλος ἡ ἄμπελος, καὶ ἄλλος ὁ γεωργός. num. 26. p. 261. Cum vero inter hæc verba Patris persona, non Christi divina natura, intelligatur, constat Athanasium quidem nullum odoratum esse vestigium Dionysii λύειν τὸν Χριστὸν gestientis. Et Dionysius (referente eodem Athanasio, pagina 256.) εἰ καὶ τὰς λέξεις εἴρηκε, (scil. voces γενητὸς et cætera) διὰ τοῦτό φησιν εἰρηκέναι, πρὸς τὸ μόνον δείξαι ὅτι μὴ ὁ πατὴρ ἔστιν ἀλλ' ὁ υἱὸς, ὁ τὸ γενητὸν, καὶ κτιστὸν καὶ ποιητὸν ἐνδυσάμενος σῶμα. Denique res ita comparata videtur, ut omnem moverit lapidem Dionysius, ne Pater cum Filio Dei atque hominis confunderetur, de duplici autem Christo ne per somnium quidem cogitaret. Neque enim eo minus valebant argumenta ejus contra illud quod ipse putabat dogma esse Sabellii, quod arctissima unio erat Dei atque hominis; immo idcirco vel efficaciores, ni fallor, essent eædem probationes ad ostendendum veram inter Patrem et Filium distinctionem. Adderem, opposuisse se huic ipsi sententiæ de duplici Filio, Divino et huma-

no, personatum Dionysium in epistola ad Paulum Samosatenum; quod quidem opus, etsi diversa me tenet de ejus γνησιότητι sententia, præsuli Alexandrino multi viri doctissimi asseruerunt. Id vero certe huc pertinet, totam scholam Alexandrinam arctissimam utriusque in Christo naturæ unionem docuisse. Itaque, postquam omnia bene collecta sunt, minime existimandum est, lapsum hac in re esse magnum decus ejusdem scholæ, etsi veterum sit proverbio *facilis ad lubrica lapsus.*

APOLOGIÆ S. PAMPHILI MARTYRIS

PRO ORIGENE LIBER PRIMUS,

EX RUFINI INTERPRETATIONE LATINA.

Ad Editionem Delarucanam Operum Origenis, Parisiis apud Delure 1759.

DE Apologia S. Pamphili pro Origene, atque Rufiniana ejusdem Interpretatione, quid statuendum viris doctissimis videretur, supra in Annotationibus ad S. PAMPHILUM in vol. iii. p. 270—273. exposui. Librum primum, quem solum Rufinus vertendo nobis servavit, hic repræsentatum habes, fere semper exceptis iis verbis Origenis, quæ Latine tantum, non etiam Græce, supersunt. Hæc autem Origeniana, quæ non sine causa meo opere omissa in ipsius Origenis deprehendi possunt editionibus, explebant circiter dimidium libelli.

IN APOLOGETICUM

SANCTI PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE,

RUFINI PRÆFATIO AD MACHARIUM.

COGNOSCENDÆ veritatis amore permotus, o vir desideriorum Machari, injungis mihi rem, quæ tibi agnitæ veritatis gratiam conferat: mihi tamen non dubito quin offensam maximam comparet eorum, qui se læsos putant ab eo qui de Origene non aliquid male senserit. Et quamvis non meam de eo sententiam, sed sancti martyris Pamphili sciscitatus sis, et librum ejus, quem pro Origene in Græco scripsisse traditur, transferri tibi poposceris in Latinum: tamen non dubito futuros quosdam, qui et in eo læsos se putent, si nos aliquid pro eo vel alieno sermone dicamus.

Quos tamen et ipsos deprecamur nihil præsumto vel præjudicato animo agere: sed quoniam ad judicium Dei

venturi sumus, non refugiant scire quod verum est, ne forte ignorantes delinquant: sed considerantes quia falsis criminationibus percutere fratrum infirmorum conscientias, in Christum peccare est; ideo non accommodent criminatoribus aurem suam, nec ab alio discant alterius fidem, maxime cum coram experiri sit copia, et oris sui confessio quid vel qualiter unusquisque credit, ostendat. Sic enim scriptum est, quia [a] *corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem:* et, [b] ex verbis suis unusquisque justificabitur, et ex verbis suis condemnabitur. Qualiter ergo Origenes de singulis capitulis sanctarum scripturarum senserit, tenor libelli hujus edoceat. De his autem, quæ apud eum contraria sibi inveniuntur, quid causæ sit, in ultimo brevi adjectione docebimus. Nos autem, sicut traditum est nobis a sanctis patribus, ita tenemus, quod sancta Trinitas coæterna sit, et unius naturæ, uniusque virtutis, atque substantiæ; et quod Filius Dei in novissimo tempore homo factus est, et pro peccatis nostris passus est, et in ea ipsa carne, in qua passus est, resurrexit a mortuis, propter quod et resurrectionis spem humano generi tribuit. Carnis vero resurrectionem non per aliquas præstigias, sicut nonnulli calumniantur, dicimus: sed hanc ipsam carnem, in qua nunc vivimus, resurrecturam credimus; non aliam pro alia, nec corpus aliud, quam hujus carnis dicimus. Sive ergo corpus resurrecturum dicimus, secundum Apostolum dicimus; hoc enim nomine usus est ille: sive carnem dicimus, secundum traditionem symboli confitemur. Stulta enim adinventio calumniæ est, corpus humanum aliud putare esse quam carnem. Sive ergo caro secundum communem fidem, sive corpus secundum Apostolum dicitur quod resurget, ita credendum est, sicut Apostolus definivit, [c] quia quod resurget, in virtute resurget, et in gloria; et incorruptibile resurget et spiritale corpus; quia [d] *corruptio incorruptionem non possidebit.* Salvis ergo his prærogativis futuri corporis vel carnis, resurrectio carnis credenda est integre atque perfecte, ut et natura carnis eadem servetur, et incorrupti ac spiritalis corporis status et gloria non infringatur. Sic enim scriptum est. Hæc in Hierosolymis in Ecclesia Dei a sancto sacerdote ejus Johanne prædicantur: hæc nos cum ipso et dicimus, et tenemus. Si quis præter hæc vel credit, vel docet, vel a nobis aliter credi quam exposuimus putat, anathema sit.

[a] Rom. x. 10. [b] Mat. xii. 37. [c] 1 Cor. xv. 42. et seq. [d] Ib. v. 50.

Nostræ ergo fidei documentum si quis habere vult, habeat ex his. Si quid autem aut legimus, aut hujus nostræ fidei facimus ratione, secundum Apostolum [e] probantes omnia, quod bonum est obtinentes, *ab omni specie mala nos* [f] *abstinentes:* [g] *et si qui hanc regulam sequuntur, pax super illos, et super Israel Dei.* Amen.

[e] 1 Thess. v. 21, 22. [f] MS. Sorbonicus, abstinemus. [g] Galat. vi. 16.

APOLOGIA

SANCTI PAMPHILI MARTYRIS PRO ORIGENE.

PRÆFATIO.

Ad Confessores ad metalla Palæstinæ damnatos.

Nihil mirum, fratres, videmini mihi esse perpessi, quod ita vos Origenis subterfugit intellectus, ut vos quoque ea æstimetis de illo, quæ et alii nonnulli: qui sive per imperitiam sui, qua non valent sensus ejus altitudinem contueri; sive pravitate mentis, qua studium gerunt non solum dicta ejus incusare, verum etiam adversus eos qui hæc legunt hostiles inimicitias sumere, tam pertinaciter id agentes, ut nulla prorsus venia eos dignos haberi putent, ne ea quidem quam impertire solent, verbi gratia, his qui vel Græcorum sæcularium libros, vel nonnunquam etiam hæreticorum, percunctandi atque agnoscendi studio decurrunt: sibi solis scilicet concedi debere peritiam probandi sermonis putant, ut si quid bene ab aliquo dictum est, retinere sciant, ab omni autem specie mala abstinere se noverint; ab his vero qui Origenis libros legunt, istud penitus exclusum putant esse mandatum, quo probabiles jubentur effici trapezitæ scientes, [h] quod bonum est retinere, ab omni autem specie mala se abstinere: sed tantummodo si quis legere libros illius visus

[h] 1 Thess. v. 21, 22.

fuerit, statim ab his hæreticorum perfundetur infamia. Denique cum multis honestæ vitæ et religiosi propositi viris in quibus nihil prorsus culpæ inveniunt, inimicitias propter hoc solum habent, si eorum studium circa memorati viri libros propensius esse perspexerint, invidiosius etiam ista fingentes, quòd ab his in loco sanctorum Apostolorum vel Prophetarum tam ipse quam dicta ejus habeantur.

Sed de hoc certum non habeo utrum calumniandi voto tantummodo ista factitent, an etiam ab aliquibus simplicioribus, et propensiore affectu diligentibus virum, aliquando fortassis tale aliquid audierint.

Nos tamen perspicimus frequenter ea quæ ab eo cum magno timore Dei et cum omni humilitate dicuntur, cum veniam petit pro his quæ per nimiam discussionem, et per multam scrutationem Scripturarum animo disputantis occurrunt: quæ cum exponit, frequenter addere solet et profiteri, se non hæc quasi definitiva pronunciare sententia, nec statuto dogmate terminare, sed inquirere pro viribus, et sensum discutere Scripturarum, nec tamen profiteri quod integre perfecteque comprehenderit; suspicari magis se de quamplurimis dicens, nec tamen certum esse quia in omnibus quod perfectum est et integrum assecutus sit. Sed et nonnunquam invenimus eum de multis hærere se profitentem, in quibus ea quidem quæ in quæstionem veniunt movet, nec tamen eorum absolutiones adjungit, sed cum omni humilitate et veritate non erubescit fateri hæc sibi non liquere. Audivimus etiam illud ab eo frequenter intexi, quod hodie ne isti quidem ipsi imperitissimi omnium obtrectatores ejus dicere [f] dedignantur, ut si quis melius de his locis quæ ille disseruit, dixerit vel exposuerit, illi potius qui rectius dixerit, quam sibi esset auscultandum. Præterea comprehendimus eum nonnunquam diversas expositiones ejusdem capituli facere; et

[f] MS. Regius, *dignantur*.

cum omni reverentia, quasi qui sciat se de sanctis Scripturis dicere, cum multa quæ sibi occurrerunt exposuerit, præcipit his qui legunt, probare de singulis quæ dixerit, et quod rectius prudens lector judicaverit, obtinere: profecto quia nec ipsum latebat quod nec omnia quæ moverat vel discusserat, probabilia vel fixa haberi deberent, pro eo quod multa mystica in Scripturis sanctis et in secreto recondita esse credantur. Illud denique ejus si intentius advertamus, quam integre et catholice de omnibus tractatibus suis in Præfatione eorum librorum quos in Genesim scribit, protestatus est, omnem ejus sensum ex hoc facile cognoscemus.

ORIGENES. "Nisi omnimodis [g] pigri essemus, ac de-
" sides, ne ad inquirendum quidem accedere, Domino et
" Salvatore nostro ad hoc nos provocante, profecto re-
" vocassemus pedem, considerantes quod longe simus ab
" ea magnitudine spiritalis intelligentiæ, qua de tam mag-
" nis rebus investigari debeat intellectus."

PAMPHILUS. Et paulo post ait: ORIGINES. "Si
" cui vero in disceptatione profundum aliquid occurrerit,
" de hoc dicendum quidem est, sed non cum omni affir-
" matione. Hoc enim aut temerarii hominis est, et ejus
" qui sensum humanæ infirmitatis perdiderit, oblitusque
" sui sit; aut certe perfectorum virorum et eorum qui
" confidenter se sciant ab ipso Domino Jesu didicisse, id
" est, a Verbo veritatis, et ab ipsa Sapientia per quam
" omnia facta sunt, agnovisse: vel eorum qui divina re-
" sponsa ingressi, turbinem et caliginem ubi Deus ipse
" est, coelitus acceperunt, in quod vix ille Moyses ingres-
" sus vel intelligere talia potuit vel proferre. Nos vero
" pro eo solo quod mediocriter licet, credimus tamen
" Domino Jesu, et ejus gloriamur esse discipuli; nec ta-
" men audemus dicere quod facie ad faciem ab ipso tra-
" ditam susceperimus intelligentiam eorum, quæ in di-

[g] MSS. *pigri essent*, al. *quidam p. essent.* al. *p. essent ingenii.*

" vinis libris referuntur: quæ quidem certus sum quod " ne ipse quidem mundus [h] pro virtute ac majestate sen- " suum capere potest.

" Propter quod pronuntiare quidem de his quæ dicimus, " sicut Apostoli potuerunt, non audemus: in eo autem " gratias agimus, quod cum multi imperitiam suam " nesciant, et motus suos incompositos et inordinatos, in- " terdum etiam et ineptos et fabulosos, cum omni intен- " tione, sicut sibi videntur, quasi verissima assertione an- " nuntient, nos de rebus magnis, et his quæ supra nos " sunt, ignorantiam nostram non ignoramus."

PAMPHILUS. Cum ergo hæc eum de se dicere audiamus, et hujuscemodi mente ac voto quæ dicit asserere, miramur in tantum temeritatis aliquos esse provectos, [i] ut qui se ita humilitate judicat, adstruant quod ab aliis dicta ejus vel liber pro sermonibus Apostolicis vel dictis propheticis habeantur, aut quod ille ipse vel Prophetis vel Apostolis ab aliquo comparetur. Et quidem quod et honore Presbyterii in Ecclesia præditus fuerit, et vitam abstinentissimam egerit, et valde philosophicam, quodque puram religionis observaverit disciplinam, et præ cæteris verbo Dei et doctrinæ operam dederit, nulli dubium est et ex his quæ ad nos laboris, et studii ejus certissima designantur indicia: præcipue vero per eos Tractatus, quos pene quotidie in Ecclesia habebat extempore, quos et describentes Notarii ad monumentum posteritatis tradebant. Consequens igitur erat, ex his omnibus laborum et studiorum suorum testimoniis amplecti talem virum: et neque defensionis studio plus dare ei meriti quam mensura deposcit, neque rursus obtrectandi vitio facile condemnare, et alienum ab ecclesiastica doctrina temere pronuntiare: cum utrumque istud præcipitium providens ante divinus sermo prohibuerit dicens: [k] *Non sit in te mensura major, neque mensura minor. Abominabile est enim in*

[h] Joan. xxi. 25. [i] (For. *ut* ei *qui.*) [k] Prov. xx. 10.

conspectu Domini utrumque. Unicuique enim, prout dignum est, tribuere, justitiæ hoc proprium est. Propter quod et mensura integra et pondus æquale acceptabile est apud Deum; non hoc quod mentitur veritatem, per quod vel plus donatur rebus quam merita exposcunt, vel subtrahitur meritis quod debetur. Quanto rectius agerent obtrectatores ipsi, si absque ulla animi præventione, cum omni religione veritatis quam omnibus proximis nostris cum caritate jubemur expendere, intelligerent et ipsum unum de proximis esse quibus caritatem ex mandato debemus, et assumtos libros ejus legerent cum ea venia, quam ipse in Præfationibus suis deposcit, sicubi venia dignum aliquid invenirent. Nunc vero e contrario videas eos maledictis quidem probrisque mihi non parcere; eos vero qui scripturarum intelligendarum secundum mandatum Domini et Salvatoris nostri, studium gerunt, a lectione librorum ejus deterrere, quælibet etiam alia inepta, etiam nihil profutura, potius quam illius Commentarios legi debere affirmantes.

In quibus sæpe etiam ridiculi aliquid pati solent. Nam ut eorum contentiosa præsumtio, vel ut verius dicam, præjudicata vesania facilius declaretur, accidere solet vel casu, vel interdum studio, ut nomine in codice non prætitulato legatur aliquid ipsius in auribus obtrectatorum quasi alterius Tractatoris. Quod tamdiu placet et laudatur, atque in omni admiratione habetur, quamdiu nomen non fuerit indicatum. At ubi Origenis cognita fuerint esse quæ placebant, statim displicent, statim hæretica esse dicuntur: et ea quæ paulo ante ad cælum usque ferebantur, iisdem vocibus eademque lingua usque ad inferos demerguntur. Præterea etiam illud est invenire, quod nonnunquam tales sunt accusatores ejus, qui nec Græcam noverint linguam: alii omnimodis imperiti: nonnulli etiamsi aliquid videntur habere peritiæ, non tamen etiam id studii habuisse inveniuntur, ut libris ejus

operam dederint; aut si acciderit ut etiam legerint, non continuo etiam tantæ eruditionis fuerint, ut altitudinem sensus ejus assequi quiverint, quo ea quæ ille diverso prospectu pro locis et causis disserere solet, advertere valuerint. Multos invenias quos si interroges in quibus libris, aut in quibus locis dicta sint hæc quæ arguunt, confitentur se quidem nescire ea de quibus affirmant, nec legisse unquam, audisse autem alios dicentes. Ex quo cuivis plena ridiculi sententia eorum videbitur, cum de his judicant atque ea condemnant, quæ nec discere quidem prius ac nosse potuerunt. In alios vero novi furoris morbus et inauditæ labes incessit insaniæ, cum tam multa ejus volumina referta totius utilitatis et instructionis habeantur, et satis rara et perpauca forte loca sint, in quibus vel imperitiores quique, vel, quod verius, malevoli posse sibi videantur offendi: omnia quidem illa quæ et catholica, et ad ædificationem animæ, atque ad scientiæ instructionem etiam ipsi apta fatentur, omittunt et negligunt; nec aliquid inde unde possunt et debent [1] proficere; ea vero sola quæ ad calumniam proficiant, summo studio ediscunt: ut qui boni nihil unquam forte didicerunt, hæc quæ ipsi non esse bona dicunt, apprime memoriæ retinenda commendent: quo videlicet promptius ea proferentes, exercitatius valeant concinnare calumnias. Aliud quoque est genus hominum fœdum sane et turpe, quantum ad probitatem pertinet morum, sed ad calumniandum vehementius et tetrius ad incusandum, quos Græci φαγολοιδόρους appellarunt: qui summum quidem studium, sed et satis intentam operam libris ejus dederunt, ita ut et magistro eo in omnibus uterentur, et se ei tanquam speciales discipulos manciparent; sed ubi ad id loci ventum est, ut jam se magistros malint quam discipulos nominari, ubi auditoris plausus sectari cœptus est, ibi si forte aliquis audientium quæ laudantur Origenis esse obmur-

[1] MS. Sorbon. *proficere assumunt.*

muraverit, ne vel laude cedant magistro, vel culpæ judicio, alienum esse Origenem continuo protestantur, nihil sibi cum ipsius doctrina commune esse confirmant. Anathema quoque dicere eum non dubitant improbe, et inferre maledicta non parcunt; ne illum quidem Apostolicum sermonem verentes, [k] quo designat, quia *maledici regnum Dei non possidebunt*. In tantum autem horum de quibus supra diximus, progressa malitia est, ut quidam etiam conscribere adversus eum ausi sint, et libellis editis derogare ei viro, qui per tot annos magister Ecclesiæ fuit, qui in Ecclesia Catholica senuit; qui adversus eas hæreses quæ illo tempore Ecclesiam impugnabant, ita constanter, ita fortiter dimicavit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis fundamenta subverterit; non studiorum laborem, non continentiæ, non institutionis, non humilitatis, quæ super cæteras omnes virtutes ejus maximam gratiam continet, non illud certe considerantes quod Presbyterii dignitate in Ecclesia honoratus est. Quæ si omnia ad revocandam linguam, comprimendumque sermonem sufficere non possunt, illud saltem contemplari debuerant, quantam ridendi materiam Gentilibus, quantamque hæreticis præbeant; cum eos quos assertores Christiani dogmatis et defensores putabant, confutari nunc videant, et refelli a propriis, et velut civili bello gaudeant impugnatum, quem ipsi hostiliter impugnare non poterant. Quoniam ergo quamplurimi ex simplicioribus quibusque fratribus a supra dictis læduntur, non solum de his qui de ipso male sentiunt, sed etiam de his qui studio scientiæ et intelligendarum Scripturarum inter cæteros libros etiam ipsius scripta conspiciunt, ita ut vos quoque ipsi in dubium veneritis, ne forte vel multitudini vel auctoritati calumniatorum fides debeat adhiberi de his quæ passim sine ullo respectu diffamantur: visum nobis est, primo quidem curare suspicionem vestram; simul etiam per occasionem

[k] 1 Cor. vi. 10.

vestri, omnium qui ei obtrectant confutare calumnias. Quod ita nobis prosequi rectius visum est, ut non nostris verbis et assertionibus defensionem paremus, sed ex suis propriis vocibus, quibus ipsa aliena sibi hæc esse, quæ isti objiciunt, proprio sermone testatur, id est, omne quicquid præter fidem Catholicam prædicatur: quia si nostris verbis hæc asserere velimus, suspiciosum videri forte possit; eo quod nos amore ejus si quid ipse prave senserit celaverimus. Ubi autem ejus ipsius qui accusatur vocibus utimur, et ad omnes objectiones accusatorum suis verbis eum, non nostra assertione defendimus; quæ ultra relinqui potest criminationis occasio, saltem his ipsis qui non veri studio, sed velut libidine quadam culpandi semper agitántur? Et quoniam de eo nunc sermo est, qui utique apud homines defunctus est, quid apud omnes judices pro defuncto fortius et firmius valere debet, quam et litteræ et scripta defuncti?

Incipientes igitur indiciis scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipue libris testimonia congregabimus, quos accusatores ejus quam maxime criminantur, id est, quos per spatium et quietem in secreto conscripsit, hos enim asserunt maxime a prædicatione Ecclesiastica discrepare: ex his præcipue libris quos περὶ ἀρχῶν attitulavit, in quibus quamplurima a calumniatoribus incusantur. In his ergo ipsis inter principia quali expositione fidei usus sit proferemus: tum deinde et ex his quæ sparsim vel per ipsos libros, vel cæteros sensit, assignabimus eum prædicationem Apostolicam custodisse. Est ergo lectio ex primo libro περὶ ἀρχῶν, quam promisimus, hæc.

CAPUT I.

Catalogus Ecclesiasticæ prædicationis.

ORIGENES. (Præfat. Libror. περὶ ἀρχῶν num. 2. et seq.) *Sicut enim——an innatus.*

PAMPHILUS. Qui de nato vel innato requirit, sine dubio creaturæ in eo nullam habet opinionem, alioquin et hoc adduxisset ad inquisitionem. Et adjungit. *Vel Filius—— condonatur.* Et post pauca ait. *Est etiam——reperierit.* Hæc quidem inter principia primi libri περὶ ἀρχῶν disseruit, ut ostenderet quæ sint illa quæ manifeste in Ecclesiastica prædicatione tradita sunt, et quæ sint quæ non aperte definiuntur. De quibus singulis secundum eam divisionem quam supra ostendit, sparsim disputat in reliquo corpore librorum; ea quidem quæ ex definito prædicari ab Ecclesia supra docuit, omnibus adhibitis probamentis, ex Scripturis sanctis manifestius et constantius asserens; de his vero de quibus ostendit non manifeste, neque ex definito in Ecclesia prædicari, opinionibus magis, et his sensibus qui disputanti ei et tractanti de talibus occurrere potuerunt, quam certis aliquibus ac definitis assertionibus utitur, id est, discutiens et pertractans potius quam affirmans. In omnibus tamen sermonis sui meminit, ejus quem supra exposuit, cum ait illam solam recipiendam et credendam esse veritatem, quæ in nullo Apostolicis et Ecclesiasticis dogmatibus adversatur: et non solum in his libris quorum supra fecimus mentionem, sed et in omnibus quæ de Scripturis exponit, hac sententia uti solet, et in his præcipue in quibus plures unius capituli interpretationes exponit; hoc asserens, se quidem ne quid quod dici possit omitteret, plura vel diversa, prout sentire potuit, protulisse; illud autem debere teneri, quod Apostolicus atque Ecclesiasticus lector probaret. Hoc idem facit etiam cum hæreticorum discutit sectas: quibus omnibus confutatis atque convictis, unam solam, eamque quam supra exposuit, Catholicæ veritatis sententiam tenet. De quibus singulis qualiter responderit hæreticis, et quomodo universa eorum dogmata destruens, ipse semper Apostolicam confirmaverit fidem, si velimus omnes sententias ejus congregare, et longum satis est, et

erit tam nobis qui scribimus onerosum quam legentibus tædiosum. Sed sufficit pauca proferre, in quibus omnium profecto facile dignoscentur indicia. Neque enim contra Domini sententiam sentiendum est, ut [l] qui in paucis invenitur fidelis, non etiam in multis et haberi debeat et credi fidelis.

Primum ergo ex ejus libris ponemus exemplum quod illi superiori conveniat, ex eo libro quem in Epistolam Pauli Apostoli ad Titum scripsit de eo capitulo in quo dicit Apostolus; [m] *Hæreticum hominem post unam correptionem devita; sciens quia perversus est, et peccat, qui est a semetipso damnatus.* De quo dicit qualis sit qui hæreticus, et qualis sit qui Catholicus est et Ecclesiasticus.

ORIGENES. (Comment. in Epist. ad Titum.) *Nomen hæresis,——misceri.* Et post hæc, paucis quibusdam per medium insertis, adjecit. *Quid vero sit——puritas.* Et post pauca addidit hæc. *Requisierunt——sicut illi.*

Istæ voces sunt ejus qui velut hæreticus accusatur, et corruptio ac perditio animarum, ab his qui nequaquam [n] ostium ori suo et claustra labris suis imponere a Propheta didicerunt. Quæ quidem non in publico ab eo dicta sunt, id est, in communi Ecclesiæ auditorio, ne forte putetur propter audientes favorabilem aptasse sermonem: sed ex illis hæc libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitro intercedente dictabat. In quo attentius vos illud volo considerare quod dixit, quia " si quis " horum aliquid commutaverit, hæreticus est, [o] *et peccat* " *in subversione positus, et a semetipso damnatus,* secun- " dum Apostoli sententiam: cujus et nos auctoritati obse- " quentes eadem sentire debemus." Cum ergo hæc ita se habeant, consequens arbitror interrogare istos ipsos accusatores ejus, si ipsi aliter quam ejus vocibus designatum est, vel de hæretico sentiunt, vel de catholico. Dicant ipsi quæ alia sunt Ecclesiastica dogmata, si hæc non sunt quæ

[l] Luc. xvi. 10. [m] Tit. iii. 10. 11. [n] Psal. cxiii. 3. [o] Tit. iii. 9.

superius ab illo digesta sunt. Et hæc quidem generaliter de omnibus Ecclesiasticis dogmatibus ab illo dicta sunt. Pergamus autem et quæ specialiter de singulis, et maxime de principalibus rebus, de sancta et beata Trinitate, id est, de Patre, et Filio, et Spiritu sancto senserit indicantes, et proferentes in medium ea quæ in diversis sui operis voluminibus inserta mandavit, et ut ipsius sententia de maximis et divinis rebus quæ fuerit ostendatur, et [P] duobus vel tribus vocum suarum testibus stet omne verbum defensionis ejus. Indicat ergo quid de Deo Patre omnipotente senserit in his ipsis libris, qui quam maxime ab accusatoribus celebrantur, id est, περὶ ἀρχῶν, scribens hæc.

CAPUT II.

De Deo Patre omnipotente.

ORIGENES. (Lib. i. De Princip. cap. i. num. 1.) *Omni igitur——specie constare.*

PAMPHILUS. Hæc in primo libro περὶ ἀρχῶν scribit de Divina natura. In secundo vero, quia idem Deus veteris et novi Testamenti sit, hoc modo refert.

ORIGENES. (Cap. iv. num. 1.) *His per ordinem——præbitorem.*

PAMPHILUS. Post hæc in consequentibus multis argumentis atque exemplis Scripturarum affirmans, ostendit quoniam unus et idem Deus, Deus est Legis, et Evangeliorum, et Prophetarum, et Apostolorum, justus et bonus, visibilium et invisibilium ac totius universitatis Dominus. Quomodo ergo senserit de Deo Patre, ex his ejus Scriptis quæ supra exposuimus, claruit. Videamus ergo nunc qualiter et de Dei Filio disserat.

CAPUT III.

De Deitate Filii Dei.

ORIGENES. (Lib. ii. De Princip. cap. vi. num. 1.) *Pro viribus——pertinent.*

[P] Mat. xviii. 16.

PAMPHILUS. Unum istud testimonium de Deitate Filii Dei ex illis libris protulimus, qui maxime ab accusatoribus arguuntur. Dubium autem non est, quod eodem sensu etiam in cæteris sentiat, nec sibi sit ipse contrarius. De eo quod non sit Pater ante quam Filius, sed coæternus sit Filius Patri, in primo libro de Genesi hæc ait.

(ORIGENES.)

[q] Οὐ γὰρ ὁ Θεὸς Πατὴρ εἶναι ἤρξατο, κωλυόμενος, ὡς οἱ γινόμενοι πατέρες ἄνθρωποι ὑπὸ τοῦ μὴ δύνασθαί πω πατέρες εἶναι. εἰ γὰρ ἀεὶ τέλειος ὁ Θεὸς, καὶ πάρεστιν αὐτῷ δύναμις τοῦ Πατέρα αὐτὸν εἶναι, καὶ καλὸν, αὐτὸν εἶναι Πατέρα τοῦ τοιούτου Υἱοῦ, τί ἀναβάλλεται, καὶ ἑαυτὸν τοῦ καλοῦ στερίσκει, καὶ, ὡς ἔστιν εἰπεῖν, ἐξ οὗ δύναται Πατὴρ εἶναι Υἱοῦ; τὸ αὐτὸ μέντοιγε καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λεκτέον.

ORIGENES. "Non enim Deus, cum prius non esset Pater, postea Pater esse cœpit, velut impeditus aliquibus ex causis, quibus homines mortales impediri solent, ut non statim ex quo sunt etiam patres esse possint. Si enim semper perfectus est Deus, nec deest ei virtus qua Pater sit, et bonum est esse eum Patrem talis Filii; quid differt, aut quid hoc bono se fraudat, et non statim, si ita dici potest, ex quo potest esse Pater, efficitur Pater? Id ipsum autem etiam de Spiritu sancto dicendum est."

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re ex libris Epistolæ ad Hebræos. *Lux autem æterna——quando non erat.*

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eadem re de libris Epistolæ ad Romanos (num. 4. et 5.) Quod promiserat, *inquit*, per——*quando non erat.*

[q] Hunc locum Græce exhibet Eusebius lib. i. adversus Marcellum Ancyranum.

PAMPHILUS. Item in libro primo περὶ ἀρχῶν (cap. 2. num. 2). Quod extra ullum initium est generatio Filii Dei. *Si ergo semel——Sapientiam.*

PAMPHILUS. Aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 3.) *Qui autem initium——nominari potest.*

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 9.) *Efficitur ergo——dicenda est.*

PAMPHILUS. Item aliud testimonium de eisdem. (Ex eod. cap. num. 11.) *Sempiternum, vel æternum——ab ipso Deo.*

PAMPHILUS. Item de æternitate Filii Dei, et inseparabilitate ejus a Patre, aliud testimonium de libro primo. (Ex eod. cap. num. 4.) *Infandum autem——Filius est.*

PAMPHILUS. Item de eodem aliud testimonium. (Homil. 9. in Jerem. num. 4.)

ORIGENES.

Ἴδωμεν δὲ τίς ἡμῶν ἐστιν ὁ Σωτήρ· ἀπαύγασμα δόξης. τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης ἐχὶ ἅπαξ γεγέννηται, καὶ ἐχὶ γεννᾶται· ἀλλὰ ὅσον ἐστὶ τὸ φῶς ποιητικὸν τοῦ ἀπαύγασματος, ἐπὶ τοσοῦτον γεννᾶται τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. ὁ Σωτὴρ ἡμῶν σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. ἔστι δὲ ἡ σο-

(*Interpretatio Rufini.*)

Videamus ergo quis sit Salvator noster. Splendor dicitur gloriæ, id est, æternæ lucis splendor; et certum est quod splendor ex lumine inseparabiliter generatur, et donec permanet lux, permanet semper et splendor. Salvator ergo noster qui sapientia est (Sapientia autem Dei ipsa est splendor

Interpretatio Nova.

" Videamus autem quis sit Salvator noster: Splendor est glo-
" riæ. Splendor gloriæ non semel nasçitur, et deinceps nasci
" desinit: sed quamdiu existit lux, efficiens splendoris, tamdiu
" gignitur splendor gloriæ Dei. Salvator noster est sapientia

æternæ lucis) inseparabiliter et indesinenter generatur ex patre. Sic enim et ipsa de se sapientia per Salomonem dicit: *Ante omnes colles generat me.* Non enim dixit: ante omnes colles genuit me, sed generat me. In quo significantia sempiternitatis est.

φία ἀπαύγασμα φωτὸς ἀϊδίε. εἰ ἔν ὁ Σωτὴρ ἀεὶ γεννᾶται, καὶ διὰ τῦτο λέγει· Πρὸ δὲ πάντων βεννῶν γεννᾷ με· ἐχὶ δέ· πρὸ δὲ πάντων βεννῶν γεγέννηκέ με, ἀλλὰ πρὸ πάντων βεννῶν γεννᾷ με· καὶ ἀεὶ γεννᾶται ὁ Σωτὴρ ὑπὸ τῦ Πατρὸς, &c.

" Dei. Sapientia vero splendor est lucis æternæ. Si ergo Sal-
" vator semper gignitur, et propter hoc dicit: [r] *Ante omnes colles*
" *generat me:* non vero: ante omnes colles genuit me, sed ante
" omnes colles generat me: et si semper ex patre generatur Sal-
" vator," &c.

[r] Prov. viii. 25.

CAPUT IV.

De Spiritu sancto.

In libro secundo. ORIGENES. (De Princip. lib. ii. cap. vii. num. 1.) *Tempus est——prædicari.*

PAMPHILUS. Quod eadem sit inconvertibilitas Spiritus Sancti, quæ Patris et Filii. De libro i. περὶ ἀρχῶν.

ORIGENES. (Ex lib. i. De Princip. cap. viii. num. 5.) *Nulla ergo natura est——recepisse quod bonum est.*

PAMPHILUS. Et post pauca addidit. *Nulla ergo——studii quantitate.*

PAMPHILUS. Quod æqualis sibi sit Trinitas, et quod Spiritus sanctus non sit creatura. De libro primo περὶ ἀρχῶν. (cap. iii. num. 2.) *De Spiritu vero sancto——*neque in futuro.

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit. (Ex eod. cap. num. 3.) *Verumtamen——diceretur.*

PAMPHILUS. Et insertis compluribus testimoniis de virtute Spiritus sancti, post aliquanta etiam hæc adjecit. (Ex eod. cap. num. 4.) *Si revelante Filio——sanctus.*

PAMPHILUS. Et post pauca adjecit. (Ex eod. cap. num. 5. 6.) *Rectum tamen——describamus.*

Ὅτι ὁ μὲν Θεὸς καὶ Πατὴρ συνέχων τὰ πάντα φθάνει εἰς ἕκαστον τῶν ὄντων μεταδιδοὺς ἑκάστῳ ἀπὸ τοῦ ἰδίου τὸ εἶναι· ὧν γάρ ἐστιν. ἐλάττων δὲ πρὸς τὸν πατέρα ὁ Υἱὸς φθάνων ἐπὶ μόνα τὰ λογικά. δεύτερος γάρ ἐστι τοῦ Πατρός. ἔτι δὲ ἧττον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ μόνους τοὺς ἁγίους διϊκνούμενον. ὥστε κατὰ τοῦτο μείζων ἡ δύναμις τοῦ Πατρὸς παρὰ τὸν υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. πλείων δὲ ἡ τοῦ Υἱοῦ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ πάλιν διαφέρουσα μᾶλλον

Rufini Interpretatio.

[q]Arbitror igitur operationem quidem esse Patris et Filii, tam in sanctis, quam in peccatoribus, in rationabilibus hominibus et in mutis animalibus; sed et in his quæ ex anima sunt, et in omnibus omnino quæ sunt: operationem vero Spiritus sancti nequaquam prorsus incidere vel in ea quæ ex anima sunt, vel in ea quæ animantia quidem, sed muta sunt: sed ne in illis quidem inveniri qui rationabiles quidem sunt, sed in malitia positi, nec omnino ad meliora conversi. In illis autem solis arbitror esse opus Spiritus sancti, qui jam se ad meliora convertunt, et per vias

Interpretatio Nova.

Arbitror Deum quidem et Patrem, cum omnia contineat, ad unumquodque entium pervenire, esse unicuique impertientem de suo: ipse enim est qui est. Minor vero Patre Filius ad sola rationabilia pervenit, est enim secundus a Patre. Adhuc etiam minor Spiritus sanctus ad solos sanctos pertingit. Ita ex hoc major est potestas Patris quam Filii et Spiritus sancti; amplior item potestas Filii, quam Spiritus sancti, ac rursum præstantior

[q] (Hæc Origenis verba interveniunt.)

Christi Jesu incedunt, id est, qui sunt in novis actibus incedentes, et in Deo permanentes.

τῦ ἁγίυ Πνεύματος ἡ δύναμις παρὰ τὰ ἄλλα ἅγια[r].

est sancti Spiritus virtus quam aliorum sanctorum entium.

PAMPHILUS. Et post multam de Patre et Filio per Scripturarum exempla assertionem, addidit hæc. (Ex eod. cap. num. 7.) *Spiritus vero——in Spiritum sanctum.*

PAMPHILUS. Quod sicut Pater novit initia omnium quæ sunt et fines, sic et Filius, sic et Spiritus sanctus sciat, eo quod Deo possibile est omnem creaturam cognoscere. De quarto libro περὶ ἀρχῶν. (num. 26.) *Paulus——sæculo sæculorum.*

CAPUT V.

De incarnatione Verbi Dei.

(Ex lib. iv. *De Princip.* num. 1—5.)

Rufini Interpretatio.

ORIGENES. In omni orbe terrarum, in omni Græcia, atque exteris nationibus innumeri sunt et immensi, qui relictis patriis legibus, et his quos putabant Deos, vel observantia Moysi legis, in discipulatum se Christi, cultumque tradiderunt; et hoc non sine ingenti odio eorum qui simulacra vene-

Πᾶσα δὲ Ἑλλὰς, καὶ βάρβαρος ἡ κατὰ τὴν οἰκουμένην ἡμῶν, ζηλωτὰς ἔχει μυρίους, καταλιπόντας τοὺς πατρῴους νόμους καὶ νομιζομένους Θεοὺς, τῆς τηρήσεως τῶν Μωσέως νόμων, καὶ τῆς μαθητείας τῶν Ἰησῦ Χριςῦ λόγων· καί τοιγε μισουμένων μὲν ὑπὸ τῶν τὰ ἀγάλ-

Interpretatio Nova.

At universa tum Græcia, tum quæ per universum nostrum terrarum orbem patet Barbaria, innumeros habet qui derelictis patriis legibus et diis receptis, summo studio Mosaicas leges et disciplinam verborum Jesu Christi custodiunt, quamvis simula-

[r] (Græca hæc Origenis exhibet Imp. Justinianus calce Epist. ad Menam, exprobraveratque Origeni Hieronymus. Verum dubito, an huc pertineant.)

μαλα προσκυνέντων, τῶν τῷ Μωσέως νόμῳ προσιθεμένων· καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἢ πρὸς τῷ μισεῖσθαι, κινδυνευόντων τῶν τὸν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ λόγον παραδεξαμένων. καὶ ἐὰν ἐπισκήσωμεν πῶς ἐν σφόδρα ὀλίγοις ἔτεσι, τῶν ὁμολογέντων τὸν Χριστιανισμὸν ἐπιβουλευομένων, καί τινων διὰ τοῦτο ἀναιρουμένων, ἑτέρων δὲ ἀπολλύντων τὰς κτήσεις, δεδυνῆται ὁ λόγος, καίτοιγε οὐδὲ τῶν διδασκάλων πλεοναζόντων, πανταχόσε κηρυχθῆναι τῇ οἰκουμένῃ, ὥστε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους, σοφούς τε καὶ ἀνοήτους προσθέσθαι τῇ διὰ Ἰησοῦ θεοσεβείᾳ, μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ πρᾶγμα εἶναι λέγειν οὐ διστάζομεν· μετὰ πάσης

rantur: ita ut ab his frequenter et cruciatibus affligantur, nonnunquam etiam agantur in mortem. Amplectuntur tamen et cum omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonem. Et est videre quomodo brevi tempore ipsa religio creverit pœnis cultorum mortibusque proficiens, sed et bonorum direptionibus, atque omni ab his afflictionum genere tolerato. Et eo maxime mirum est, quod ne doctores quidem ipsi vel satis idonei sunt, vel satis plures. Prædicatur tamen sermo iste in omni orbe terrarum, ita ut Græci ac barbari, sapientes et insipientes, religionem Christianæ doctrinæ suscipiant. Ex

crorum cultoribus odio sint qui Mosaicæ legi adhærent; et præter odium, in vitæ periculo versentur qui Jesu Christi doctrinam susceperunt. Quod si ad id quoque animum attenderimus quo pacto annis tam paucis, tot insidiis structis adversus Christianos, quorum nonnulli necati, alii bonis mulctati sunt, potuerit hæc doctrina, licet alioqui non magna sit doctorum copia, ubique terrarum prædicari, ita ut Græci et Barbari, sapientes et insipientes, ad verum per Jesum Christum Dei cultum sese adjunxerint, rem humanis viribus majorem dicere non dubitabimus,

quo dubium non est non hæc humanis viribus aut opibus agi, ut cum omni potestate et persuasione sermo Jesu Christi apud omnium mentes atque animos convalescat. Nam et prædicta esse ab eo hæc ipsa, et divinis ab eo responsis confirmata, manifestum est, cum dicit, quia: [r] *Apud præsides et judices adducemini propter me in testimonium ipsis et gentibus.* Et iterum: [s] *Multi mihi dicent in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo mandicavimus et bibimus et in nomine tuo dæmonia ejicimus. Et dicam illis: Discedite a me operarii iniquitatis: nunquam vos cognovi.* Quæ si ita quidem dicta ab eo fuissent, nec ad finem tamen ea quæ prædicta sunt, pervenissent, fortassis minus esse

ἐξουσίας καὶ πειθοῦς τὸ περὶ τοῦ κρατυνθήσεσθαι τὸν λόγον τοῦ Ἰησοῦ διδάξαντος. ὥστε εὐλόγως χρησμοὺς ἂν νομίσαι τὰς φωνὰς αὐτοῦ, οἷον, ὅτι ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων ἀχθήσεσθε ἕνεκεν ἐμοῦ, εἰς μαρτύριον αὐτοῖς, καὶ τοῖς ἔθνεσι. καὶ, Πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, Κύριε, Κύριε, οὐ τῷ ὀνόματί σου ἐφάγομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σε ἐπίομεν, καὶ τῷ ὀνόματί σου δαιμόνια ἐξεβάλομεν; κἀ ἐρῶ αὐτοῖς, Ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐδέ ποτε ἔγνων ὑμᾶς. Εἰρηκέναι μὲν γὰρ ταῦτα ἀποφθεγγόμενον μάτην, ὥστε αὐτὰ μὴ ἀληθῆ γενέσθαι, τά-

cum præsertim summa cum potestate et fiducia docuerit Christus numquam suam victum iri doctrinam. Itaque jure pro Oraculis habendæ sunt ejus voces, quales hæ sunt: *Ad reges et præsides ducimini propter me, in testimonium illis et gentibus. Et multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo manducavimus, et in nomine tuo bibimus, et in nomine tuo dæmonia ejicimus? Et dicam eis: Discedite a me qui operamini iniquitatem. Numquam novi vos.* Hæc enim temere prolata, nec proinde vera esse, forte olim verisimile erat: at cum deinde evenerint quæ tan-

[r] Matth. x. 18. [s] Matth. vii. 22, 23. (Sed diversa a receptis.)

καὶ εἰκὸς ἦν· ὅτε δὲ ἐκβέβηκε τὰ μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας εἰρημένα, ἐμφαίνει θεὸν ἀληθῶς ἐνανθρωπήσαντα σωτήρια δόγματα τοῖς ἀνθρώποις παραδεδωκέναι. Τί δὲ δεῖ λέγειν καὶ ὅτι προεφητεύθη ὁ Χριστὸς, τότε ἐκλείψειν τοὺς ἐξ Ἰούδα ἄρχοντας καὶ ἡγουμένους ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ὅταν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, δηλονότι ἡ βασιλεία, καὶ ἐπιδημήσῃ ἡ τῶν ἐθνῶν προσδοκία; σαφῶς γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας δῆλον, καὶ ἐκ τῶν σήμερον ὁρωμένων, ὅτι ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ, οὐκ ἔτι βασιλεῖς Ἰουδαίων ἐχρημάτισαν· πάντων τῶν Ἰουδαϊκῶν πραγμάτων ἐν οἷς ἐσεμνύνοντο, λέγω δὲ

vera viderentur nec habere aliquid auctoritatis: nunc vero cum in effectum res quæ fuerant ab eo prædictæ, perveniant, cum tanta autem potestate atque auctoritate prædicta sint, manifestissime declaratur Deum vere esse, qui homo factus salutaria præcepta hominibus tradidit. Quid vero inde dicendum est, quod prophetæ de ipso ante prædixerint [t] *non cessaturos principes ex Juda, neque duces ex femoribus ejus, usque quo veniat ille cui repositum est,* regnum scilicet, et usque quo veniat expectatio gentium? Manifestissime enim ex ipsa historia apparet, et ex his quæ hodie pervidentur, quia ex temporibus Christi ultra reges apud Judeos non exstiterunt. Sed et omnes illæ ambitiones Judaicæ, in quibus jactantiæ quamplurimum gerebant, et in quibus gloriabantur, id est, vel

ta cum auctoritate dicta fuerant, perspicuum est Deum vere hominem factum salutarem hominibus doctrinam tradidisse. Quid vero attinet dicere prænuntiatum fuisse Christum, tunc nempe *defuturos principes ex Juda et duces de femore ejus, cum venisset cui repositum est,* regnum videlicet, et prodiisset expectatio gentium? Ex historia enim et iis quæ hodie cernuntur, manifestum est a Christi temporibus nullos deinde Judæorum reges exstitisse, fractis et dissipatis rebus omnibus Judaicis quibus gloriabantur;

[t] Gen. xlix. 10.

de templi decore, vel de altaris insignibus, atque omnibus illis sacerdotalibus infulis, indumentisque pontificum, simul universa destructa sunt. Completa est enim Prophetia quæ dixerat: [u] *Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege sine principe: non erit hostia, nec altare, nec sacerdotium, nec responsa.* His ergo testimoniis utimur adversus eos qui videntur asserere de his quæ in Genesi ab Jacob dicta sunt de Juda, et dicunt permanere adhuc principem ex genere Judæ, istum videlicet, qui est gentis ipsorum princeps, quem nominant Patriarcham: nec deficere posse de semine ejus, qui permaneat usque ad adventum ejus Christi quem sibi ipsi descri-

τῶν τε κατὰ τὸν ναὸν, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὴν ἐπιτελουμένην λατρείαν, καὶ τὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καταλελυμένων. ἐπληρώθη γὰρ ἡ λέγουσα προφητεία· Ἡμέρας πολλὰς καθίσουται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, οὐκ ὄντος βασιλέως, οὐδὲ ὄντος ἄρχοντος, οὐκ ὄσης θυσίας, οὐδὲ ὄντος θυσιαστήριου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δήλων. καὶ τούτοις χρώμεθα τοῖς ῥητοῖς, πρὸς τοὺς ἐν τῷ θλίβεσθαι ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Γενέσει ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰούδαν εἰρημένων, φάσκοντας τὸν ἐθνάρχην ἀπὸ τοῦ Ἰούδα γένους τυγχάνοντα ἄρχειν τοῦ λαοῦ· οὐκ ἐκλειψόντων τῶν ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, ἕως ἧς φαντάζονται Χριστοῦ

templo nempe, altari, rei divinæ consueto ritu, et indumentis pontificis. Impleta est quippe Prophetia quæ dicit: *Per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis.* Quibus verbis utimur adversus eos qui dum urgentur iis quæ in Genesi ab Jacob ad Judam dicta sunt, permanere etiamnum ex genere Judæ asserunt Principem qui populo dominetur; neque defuturos ex semine ejus duces usque ad eum quem sibi animo fingunt Christi adventum.

[u] Osea iii. 4.

ἐπιδημίας. εἰ γὰρ ἡμέρας πολλὰς καθίσονται οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐκ ὄντος βασιλέως, μηδὲ ὄντος ἄρχοντος, ἐκ ἔστης θυσίας, οὐδὲ θυσιαστηρίου, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ δῆλων· ἐξ οὗ δὲ κατεσκάφη ὁ ναὸς, ἐκ ἔστι θυσία, οὐδὲ θυσιαστήριον, οὐδὲ ἱερατεία· δῆλον ὅτι ἐξέλιπεν ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγέμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ. ἐπεὶ ἡ προφητεία φησὶν, Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγέμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, δῆλον ὅτι ἐλήλυθεν ᾧ τὰ ἀποκείμενα, ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν. καὶ τοῦτο σαφὲς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἐθνῶν τῶν διὰ Χριστοῦ πεπιστευκότων εἰς τὸν Θεόν. Καὶ

bunt. Sed si verum est quod ait Propheta, quia *dies multos sedebunt filii Israel sine rege sine principe, nec est sacrificium, neque altare, neque sacerdotium*; et ex quo utique subversum est templum, nec hostiæ offeruntur, nec altare invenitur, nec sacerdotium constat: certissimum est defecisse principem ex Juda, sicut scriptum est, [x] *et ducem ex femoribus ejus usque quo veniat ille cui repromissum est.* Constat ergo quia venit ille *cui repositum est*, in quo exspectatio gentium est. Quod manifeste videtur impletum de multitudine eorum qui per Christum Deo ex diversis gentibus crediderunt. Sed et in

Si enim *per dies multos sedebunt filii Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine responsis*; ex quo autem eversum est templum, non est sacrificium, non altare, non sacerdotium: perspicuum est defecisse principem ex Juda, et ducem de femore ejus. Quoniam igitur Prophetia dicit: *Non deficiet princeps ex Juda, nec dux de femore ejus, donec veniant reposita ei*: venit certe cui reposita sunt, expectatio gentium. Quod et manifestum est ex multitudine gentium, quæ per Christum in

[x] Genes. xlix. 10.

Deuteronomii cantico per prophetiam designatur pro peccatis prioris populi futura esse insensatæ gentis electio : non alia utique quam hæc quæ per Christum facta est. Sic enim ait ; [y] *Exacerbaverunt me in simulachris suis, et ego in zelo concitabo eos, in gente insipiente irritabo illos.* Est ergo satis evidenter agnoscere, quemadmodum Hebræi qui Deum exacerbasse dicuntur in his qui non sunt Dii, et irritasse eum in simulachris suis, irritati sunt et ipsi in zelotypiam per gentem insipientem, quam Deus

ἐν τῇ τῆ Δευτερονομίου δὲ ᾠδῇ προφητικῶς δηλῆται ἡ διὰ τὰ ἁμαρτήματα τοῦ πρωτέρου λαοῦ ἐσομένη τῶν ἀσυνέτων ἐθνῶν ἐκλογὴ, οὐ δι' ἄλλου τινὸς ἢ τῆ Ἰησοῦ γεγενημένη. Αὐτοὶ γάρ, φησι, παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ Θεῷ, παρώργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, καὶ ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτές. καὶ ἔστι σφόδρα τραχῶς καταλαβεῖν δυνατὸν, τίνα τρόπον οἱ λεγόμενοι παρεζηλωκέναι τὸν Θεὸν Ἑβραῖοι ἐπὶ τῷ μὴ Θεῷ, καὶ παροργικέναι αὐτὸν ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, παρωξύνθησαν εἰς ζηλοτυπίαν ἐπὶ τῷ οὐκ ἔθνει τῷ ἀσυνέ-

Deum crediderunt. In Deuteronomii quoque cantico stultarum gentium propter prioris populi peccata futura electio prophetice declaratur, quæ non per alium quam per Jesum facta est. *Ipsi enim,* inquit, *me provocaverunt in eo qui non erat Deus, et irritaverunt in idolis suis: et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.* Atque aperte omnino perspicere licet quo pacto Hebræi, qui Deum dicuntur in eo qui non erat Deus ad æmulationem provocasse, et ipsum irritasse in idolis suis, incitati sunt ad æmulationem in non gente, et in gente stulta

[y] Deuter. xxxii. 21.

τῷ· ὅπερ ὁ Θεὸς ἐξελέξατο διὰ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ. Βλέπομεν γοῦν τὴν κλῆσιν ἡμῶν, ὅτι οὐ πολλοὶ σοφοὶ κατὰ σάρκα, οὐ πολλοὶ δυνατοὶ, οὐ πολλοὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο ὁ Θεὸς ἵνα καταισχύνῃ τοὺς σοφούς· καὶ τὰ ἀγενῆ καὶ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ τὰ μὴ ὄντα, ἵνα ἐκεῖνα τὰ πρότερον ὄντα καταργήσῃ· καὶ μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ, ἐνώπιον Θεοῦ. Τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τῶν ἐν Ψαλμοῖς προφητειῶν περὶ Χριστοῦ; ᾠδῆς τινος ἐπιγεγραμμένης Ὑπὲρ τῆς ἀγα-

elegit per adventum Christi Jesu et discipulos ejus. Sic enim dicit Apostolus; [z] *Videte enim vocationem vestram, fratres; quoniam non multi sapientes inter vos secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret.* Non ergo glorietur carnalis Israel; ita enim ab Apostolo vocatur; [a] *Non*, inquam, *glorietur caro in conspectu Dei.* Sed et de his quæ in Psalmis prophetantur de Christo, quid dicendum est, in eo maxime qui superscribitur,

quam elegit Deus per adventum Jesu Christi, et discipulos ejus. *Videmus* igitur *vocationem* nostram, *quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; et ignobilia et contemptibilia elegit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret;* et ne glorietur coram Deo qui secundum carnem est Israel, ab Apostolo *caro* appellatus. Quid autem opus est de iis dicere quæ de Christo præcinuntnr in Psalmis, ubi *Canticum* inscribitur

[z] 1 Cor. i. 26, 27, 28. [a] Ibid. v. 29.

Canticum pro dilecto, ubi refertur [b] quia *lingua* ejus *calamus scribæ velociter scribentis: decorus specie super filios hominum* quoniam *effusa est gratia in labiis ejus?* Indicium autem effusæ gratiæ in labiis ejus hoc est, quod brevi tempore transacto doctrinæ ejus, (anno enim et aliquot mensibus docuit) universus tamen orbis prædicatione ac fide pietatis ejus impletus est. Orta est ergo [c] *in diebus ejus justitia et multitudo pacis* permanens usque in finem, qui finis ablatio lunæ appellata est, *et dominatur a mari*

πητῦ, οὗ ἡ γλῶσσα λέγεται εἶναι κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἐπεὶ ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσιν αὐτοῦ. Τεκμήριον δὲ τῆς ἐκχυθείσης χάριτος ἐν χείλεσιν αὐτῦ τὸ (ὀλίγῳ διαγεγενημένῳ χρόνου τ[ὴ]ν διδασκαλίας αὐτῦ, [1] ἐνιαυτὸν γάρ πῳ καὶ μῆνας ὀλίγους ἐδίδαξεν,) πεπληρῶσθαι τὴν οἰκουμένην τ[ὴ]ν διδασκαλίας αὐτῦ καὶ τῆς δι' αὐτῦ θεοσεβείας. Ἀνατέταλκε γὰρ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης παραμένον ἕως συντελείας, ὃ ἀνταναίρεσις ὠνόμασται σελήνης, καὶ μένει καταχυριεῦον ἀπὸ θαλάσ-

pro dilecto, cujus *lingua* esse dicitur *calamus scribæ velociter scribentis: ipse speciosus forma præ filiis hominum quoniam diffusa est gratia in labiis ejus?* Indicium enim diffusæ gratiæ in labiis ejus hoc est, quod licet pauco tempore docuerit, (annum enim et menses aliquot docuit) universus tamen orbis doctrina ejus et vero per ipsum Dei cultu impletus est. Orta est enim *in diebus ejus justitia et abundantia pacis,* permanens usque ad consummationem quæ ablatio lunæ vocata est; *et dominatur a mari usque*

[1] (At vid. Origenem ipsum lib. ii. *Contra Celsum,* cap. 12.)

[b] Psal. xliv. 2, 3. [c] Psal. lxxi. 7, 8.

σης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. καὶ δέδοται σημεῖον τῷ οἴκῳ Δαυίδ· Ἡ παρθένος γὰρ ἔτεκε, καὶ ἐν γαστρὶ ἔσχε, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουὴλ, ὅπερ ἐστὶ μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. πεπλήρωται, ὡς ὁ αὐτὸς προφήτης φησὶ, Μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· Γνῶτε ἔθνη, καὶ ἡττᾶσθε, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε. ἡττήμεθα γὰρ καὶ νενικήμεθα οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐαλωκότες ὑπὸ τῆς χάριτος τοῦ λόγου αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ προείρηται τόπος γενέσεως αὐτοῦ ἐν τῷ Μιχαίᾳ· Καὶ σὺ γάρ, φησι, Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν

usque ad mare, et a flumine usque ad fines orbis terræ. [d] Datum est autem et signum domui David. [e] *Virgo* enim in ventre concepit, et peperit *Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus,* et impletum est quod ait ipse propheta: [f] *Nobiscum Deus scitote gentes et vincemini.* Victi enim nos sumus et superati ex gentibus, et velut exuviæ ejus existimus qui ejus gratiæ nostra colla subjecimus. Sed et locus nativitatis ejus prædictus est in Michæa propheta dicente: [g] *Et tu Bethleem terra Juda nequaquam exigua es in ducibus*

ad mare, et a fluminibus usque ad terminos orbis terrarum. Datum est præterea signum domui David. *Virgo* enim peperit, et concepit; et peperit *filium, et nomen ejus Emmanuel, quod est nobiscum Deus.* Id impletum est quod ait idem propheta: *Nobiscum Deus: cognoscite gentes et vincemini, potentes cedite.* Superati enim et victi sumus quos ex gentibus gratia doctrinæ ejus cepit. Sed et locus natalium ejus prædictus est apud Michæam: *Et tu* enim, inquit, *Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in prin-*

[d] Esai. vii. 14. [e] Matth. i. 23. [f] Esai. viii. 9. [g] Mich. v. 2.

Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Sed et [h] Septimanæ annorum impletæ sunt usque ad Christum ducem, quas prædixerat Daniel propheta. Adest nihilominus et is qui per Job prædictus est [i] belluam ingentem consumpturus, qui et [k] dedit potestatem familiaribus suis discipulis calcare super serpentes et scorpiones et supra omnem virtutem inimici, nihil ab eo nocendis.

Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅς τις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ἑβδομήκοντα ἑβδομάδες ἐπληρώθησαν ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου κατὰ τὸν Δανιήλ· ἦλθέ τε κατὰ τὸν Ἰὼβ ὁ τὸ μέγα κῆτος χειρωσάμενος, καὶ δεδωκὼς ἐξουσίαν τοῖς γνησίοις αὐτοῦ μαθηταῖς πατεῖν ἐπάνω ὀφέων, καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ, οὐδὲν ὑπ' αὐτῶν ἀδικουμένοις. Græca eruta sunt ex capite primo *Philocaliæ.*

cipibus Juda: ex te enim exibit dux qui regat populum meum Israel. Et septuaginta hebdomades impletæ sunt usque ad Christum ducem, juxta Danielem: venitque is qui in libro Job dicitur ingentem cetum subegisse, et qui veris suis discipulis proculcandi serpentes et scorpeos potestatem dedit, et omnem inimici vim ita proterendi, ut nihil ab illis lædantur.

Pamphilus. Hæc est de summis rebus, id est, de sancta Trinitate, Origenis fides, quam ex paucissimis testimoniis de quampluribus ejus voluminibus assumtis edocuimus. Et quid tam rectum, quid tam verum, quid tam catholicum, quid certe ad instructionem omnium magis utile; vel apud istos certe ipsos qui inimica adversus eum mente desæviunt, quid tam irreprehensibile? Et quidem in summa hæc posuisse de fidei ejus documento ac probatione sufficeret, nisi etiam ad reliqua his qui eum cri-

[h] Dan. ix. 24. [i] Job. iii. 8. [k] Luc. x. 19.

minantur, respondere necessarium videretur. Intueamur tamen quæ sint istæ ipsæ criminationes quæ a malevolis intenduntur.

Prima illa est, quod aiunt eum innatum dicere filium Dei.

Secunda, quod dicunt per prolationem, secundum Valentini fabulas, in subsistentiam venisse filium Dei dicere.

Tertia, quæ his omnibus valde contraria est, quod dicunt eum, secundum Artemam vel Paulum Samosatenum, purum hominem, id est, non etiam Deum dicere Christum filium Dei.

4. Post, ista est, quæ istis omnibus adversatur, (cæca enim est malitia) quod dicunt eum dicere, δοκήσει, id est, putative tantum, et per allegoriam, non etiam secundum ea quæ per historiam referuntur, gesta esse omnia quæ a Salvatore gesta sunt.

5. Alia quoque criminatio est, qua asserunt eum duos Christos prædicare.

6. Addunt illud quoque quod historias corporales, quæ per omnem sanctam Scripturam referuntur de gestis Sanctorum, penitus deneget.

7. Sed et de resurrectione mortuorum, et de impiorum pœnis non levi impugnant eum calumnia, velut negantem peccatoribus inferenda esse supplicia.

8. Quidam vero disputationes ejus vel opiniones, quas de animæ statu vel dispensatione disseruit, culpant.

9. Ultima vero omnium est criminatio illa, quæ cum omni infamatione dispergitur, μεῖενσωμαλώσεως, id est, quod humanas animas in muta animalia, vel serpentes, vel pecudes asserat transmutari post mortem, et quod etiam ipsæ mutorum animalium animæ rationabiles sint. Quam criminationem idcirco novissimam posuimus, ut plura de libris ejus [1] coacervantes exempla evidentius ejus falsitas nosceretur.

Si ergo bene meminimus ordinis criminationum quem supra conscripsimus, incipiamus a prima.

[1] (Sermo est vitiosus.)

Responsio ad primam criminationem.

Quod ex Deo Patre natus est Filius, et unius est cum Patre substantiæ: alienus vero a substantiis creaturarum.

Ex primo libro Epistolæ ad Romanos. (num. 5.)

ORIGENES. *Quærat fortasse——progenitum.* De eisdem in quinto libro de Evangelio secundum Joannem. *Unigenitus——adoptione Filius est.* Item in ipso libro. *Unus ergo——*filii Excelsi omnes.

PAMPHILUS. De libris Epistolæ ad Hebræos, quomodo ὁμοούσιος est cum Patre Filius, id est, unius cum Patre substantiæ, alienus autem a substantiis creaturæ.

ORIGENES. *Interrogamus———præstantior.* Et post pauca in eodem libro. *Cum autem——purissima.* Et post aliquanta. *Oportet autem——vel vapor.*

PAMPHILUS. Satis manifeste, ut opinor, et valde evidenter ostensum est, quod Filium Dei de ipsa Dei substantia natum dixerit, id est, ὁμοούσιον, quod est, ejusdem cum Patre substantiæ; et non esse creaturam, neque per adoptionem, sed natura Filium verum, ex ipso Patre generatum.

Superest ut et secundæ criminationi illatæ sibi ab accusatoribus, per nos quidem prolatis sed suis verbis ipse respondeat, duobus vel tribus testimoniis adhibitis, [1] quibus æquum est secundum legem nostram omne verbum stare.

Responsio ad secundam criminationem.

Quod non per prolationem natum dicat esse Filium Dei secundum Valentini impietatem.

ORIGENES. (Lib. I. *De Princip.* cap. ii. num. 6.) *Ego arbitror——lumen.*

PAMPHILUS. De his ipsis ex quarto libro περὶ ἀρχῶν. (num. 28.)

[1] 2 Cor. xiii. 1.

ORIGENES.

[m] Ὥρα ἐπαναλαβόντα περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ὀλίγα τῶν τότε παραλελειμμένων διεξελθεῖν περὶ Πατρὸς, ὡς ἀδιαίρετος ὢν καὶ ἀμέριστος Υἱῷ γίνεται Πατὴρ, οὐ προβαλὼν αὐτὸν, ὡς οἴονταί τινες· εἰ γὰρ προβολή ἐστιν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ γεννᾷ μὲν ἐξ αὐτοῦ ὁποῖα τὰ τῶν ζώων γεννήματα, ἀνάγκη σῶμα εἶναι τὸν προβάλλοντα, καὶ τὸν προβεβλημένον.

Rufini Interpretatio.

Tempus est, decursis his quæ de Patre et Filio et Spiritu sancto disseruimus, de illis quoque quæ a nobis relicta fuerant, pauca repetere. Deus Pater cum et invisibilis sit et inseparabilis a Filio, non per prolationem ab eo, ut quidam putant, generatus est Filius. Si enim prolatio est Filius Patris, prolatio vero dicitur quæ talem significat generationem, qualis animalium vel hominum solet esse progenies; necessario corpus est et is qui protulit, et is qui prolatus est.

Interpretatio Nova.

Tempus est ut nonnulla de Patre et Filio et Spiritu sancto repetamus, et pauca quæ tunc prætermisimus, persequamur de Patre; qui cum in nullas partes dividi queat, Filii tamen fit Pater, non emittens illum, ut quidam putant. Nam si Filius est prolatio Patris, qui illum de se ipso generet ad eum modum quo de se animalia gignunt; necessario corpus est tum qui emittit, tum qui emittitur.

PAMPHILUS. Tum deinde in consequentibus vehementius adversus Valentini hæresim talia describentem invectus, longe his contrariam suam sententiam secundum Catholicæ fidei protulit veritatem. Ex secundo libro secundum Joannem de his ipsis. *Unigenitus ergo——attraxerit.*

PAMPHILUS. Sufficiat per hæc respondisse secundæ criminationi. Nunc consequenter respondebimus etiam

[m] Græca hæc desumpta sunt e libro primo Eusebii contra Marcellum Ancyranum. p. 22. ed. Paris.

his qui purum hominem, id est, sine Deo, ab eo dici asserunt Christum.

Responsio ad tertiam criminationem.

Quod non purus homo, sed divinæ naturæ sit Christus.

De primo libro Epistolæ ad Galatas.

ORIGENES. *Ex eo quod——per hominem.*

PAMPHILUS. Hæc in initio Epistolæ dicens, in sequentibus libri ipsius similia adjecit, exponens illud capitulum in quo scriptum est: [n] *Notum autem vobis facio, Fratres, evangelium quod prædicavi vobis, quoniam non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, sed per revelationem Jesu Christi.*

ORIGENES. (Ibidem.) *Adverte ergo——loquitur Christus.*

PAMPHILUS. Tempus est his ita evidenter ostensis nos etiam ad insequentis criminationis tendere defensionem, brevitatis studio paucorum testimoniorum probatione contentos.

Responsio ad quartam criminationem.

Adversum eos qui dicunt, eum per allegorias adimere omnia, quæ a Salvatore scripta sunt corporaliter facta.

ORIGENES. (Ibid.) *Adjungendum est——ex muliere.*

PAMPHILUS. [l] Quid tam evidenter aut integre, quam ex his omnibus quæ scripsit, confirmatur ab eo, et Dominicorum gestorum veritas, et historiæ Scripturarum fides? Sed persequamur consequenter etiam alia, in quibus accusatur quasi duos Christos dicens, unum Deum Verbum, et alium Jesum Christum qui ex Maria natus est.

[l] (For. Quid tam evidens aut integrum, quam quod &c. Sed editor Benedictinus verbum *confirmatur* censebat repetendum.)

[n] Galat. i. 11, 12.

Responsio ad quintam criminationem.

Quod unus est Christus Filius Dei.

Ex primo libro de Esaia.

ORIGENES. *Sicut dicit Apostolus——facit.*

PAMPHILUS. Unum hoc testimonium est quod Christus verus unus sit, qui participatione sui multos facit Christos. Adhibeamus tamen et aliud ex primo libro de Evangelio secundum Matthæum, in quo hoc modo dicit.

ORIGENES. *Si Christus Jesus——caro est.*

PAMPHILUS. Et in tertio libro Epistolæ ad Colossenses de eisdem ita scribit. *Data est——a Christo.*

PAMPHILUS. Sufficere opinor etiam de hoc tribus testimoniis confutatam esse calumniam. Si quis sane offenditur quod dixit: Salvatorem etiam animam suscepisse: nihil de hoc amplius respondendum puto, nisi quod hujus sententiæ non Origenes auctor est, sed ipsa sancta Scriptura testatur, ipso Domino et Salvatore dicente: [o] *Nemo tollet animam meam a me:* et, [p] *Tristis est anima mea usque ad mortem:* et, [q] *Nunc anima mea turbata est.* Et multa his similia in sanctis Scripturis invenies.

Superest respondere ad illam accusationem, quæ calumniatur eum omnem Scripturam in allegoriam vertere. Ex ipsis libris quos vel maxime obtrectatores ejus incusant, id est, de quarto περὶ ἀρχῶν libro proferemus, quia non negat ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum literam gesta.

Responsio ad sextam criminationem.

CAPUT VI.

Quod ea quæ in Scripturis referuntur, etiam secundum literam gesta sint.

ORIGENES.	*Rufini Interpretatio.*
Ἵνα δὲ μὴ ὑπολάβῃ τις	Ne quis autem suspicetur

Interpretatio Nova.

Ne quis vero nos suspicetur in omnibus id dicere, nullam his-

[o] Joan. x. 18. [p] Mat. xxvi. 38. [q] Joan. xii. 27.

nos hoc dicere, quia nullam historiam Scripturæ factam esse sentiamus, quoniam aliqua ex his non esse facta suspicamur: vel nulla præcepta legis secundum literam stare, quoniam quædam secundum literam dicimus observari non posse, in quibus vel ratio, vel rei possibilitas non admittit: vel ea quæ de Salvatore scripta sunt, non putare etiam sensibiliter impleta, vel præcepta ejus secundum literam non debere servari: respondendum est quoniam a nobis evidenter decernitur in quamplurimis servari oportere historiæ veritatem. Quis enim negare possit, quod Abraham in duplici spelunca sepultus est in Ebron, sed et Isaac, et Jacob, et singulæ eorum uxores? Vel quis dubitet, quod Sichima in portionem data est Joseph? Vel quod Jerusalem metropolis est Judææ, in qua constructum est templum Dei

ἡμᾶς ἐπὶ πάντων τοῦτο λέγειν, ὅτι ἀδεμία ἱστορία γέγονεν, ἐπεί τις οὐ γέγονε· καὶ ἀδεμία νομοθεσία κατὰ τὸ ῥητὸν τηρητέα ἐστὶν, ἐπά τις κατὰ τὴν λέξιν ἄλογος τυγχάνει, ἢ ἀδύνατος· ἢ ὅτι τὰ περὶ τοῦ Σωτῆρος γεγραμμένα κατὰ τὸ αἰσθητὸν οὐκ ἀληθεύεται· ἢ ὅτι μηδεμίαν νομοθεσίαν αὐτῆ καὶ ἐντολὴν φυλακτέον· λεκτέον ὅτι σαφῶς ἡμῖν παρίσαται, περί τινων τὸ τῆς ἱστορίας εἶναι ἀληθὲς, ὡς ὅτι Ἀβραὰμ ἐν τῷ διπλῷ σπηλαίῳ ἐτάφη ἐν Χεβρὼμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ ἑκάστου τέτων μία γυνή· καὶ ὅτι Σίκημα μερὶς δέδοται τῷ Ἰωσὴφ, καὶ Ἱερουσαλὴμ μετρόπολίς ἐστι τ Ἰουδαίας, ἐν ᾗ ᾠκοδόμητο ὑπὸ Σολο-

toriam contigisse, quoniam aliqua non contigit; et nullam legem ad litteram esse servandam, quoniam aliqua secundum litteram aut absurda, aut impossibilia præcipit; vel quæ de Salvatore scripta sunt, secundum literalem sensum non esse vera; aut nullam ipsius legem et præceptum servari oportere: dicimus manifeste in quibusdam historiæ veritatem nobis apparere, verbi gratia, Abraham, Isaac, et Jacob, cum una sua unumquemque uxore in duplici spelunca sepultos esse in Hebrom; Sichem Josepho in portionem esse attributam; Jerusalem Metropo-

μῶπτος ναὸς Θεοῦ· καὶ ἄλλα μυρία. Πολλῷ γὰρ πλείονά ἐστι τὰ κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀληθευόμενα τῶν προσυφανθέντων γυμνῶν πνευματικῶν. πάλιν τε αὖ τίς ἂν εἴποι τὴν λέγουσαν ἐντολὴν, Τίμα τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, χωρὶς πάσης ἀναγωγῆς χρησίμην τυγχάνειν καὶ τηρητέαν γε, καὶ τὸ ἀποστόλου Παύλου χρησαμένου ταύτῃ αὐτολεξεί; τί δὲ δεῖ λέγειν περὶ τοῦ, Οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις; καὶ πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ ἐντολαί εἰσι γεγραμμέναι, οὐ ζητούμεναι πότερον αὐτὰς κατὰ τὴν λέξιν τηρητέον ἢ

a Salomone? et alia innumerabilia. Multo enim plura sunt, quæ secundum historiam vera sunt, quam ea quæ nudum sensum continent spiritalem. Tum deinde quis non affirmet, mandatum hoc quo præcipitur: [o] *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi,* sine ulla spiritali interpretatione sufficere, et esse observantibus necessarium? maxime cum et Paulus [p] eisdem verbis repetens confirmaverit ipsum mandatum. Quid vero oportet dicere de eo quod dictum est, [q] *Non adulterabis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices,* et cætera hujusmodi. Jam vero de his quæ in Evangelio mandata sunt, ne dubitari quidem potest quin secundum literam obser-

lim esse Judææ, in qua a Salomone ædificatum fuit templum Dei, et alia sexcenta. Multo enim plura sunt secundum historiam vera, qam quæ mere spiritualia illis attexta sunt. Rursum quis infitias ierit, mandatum hoc: *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi,* etiam sine altiore intelligentia utile esse ac servandum, maxime cum Paulus iisdem verbis illud commendarit? Quid attinet dicere de cæteris, *Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, non dices falsum testimonium?* Rursus in Evangelio mandata quædam scripta sunt; de quibus non quæritur, sint ne ad litteram observanda, nec ne. Cujusmodi

[o] Exod. xx. 12. [p] Ephes. vi. 2. [q] Exod. xx. 13.

ventur, sicut cum dicit: [r] *Ego autem dico vobis non jurare omnino:* et cum ait: *Qui autem inspexerit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Et apud Paulum Apostolum quæ præcipiuntur; [s] *Commonete inquietos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, patientes estote ad omnes,* et alia quamplurima.

οὐ· ὡς ἡ φάσκουσα, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν ὀργισθῇ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς· καί, Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ τὸ μετὰ πηχτέον, Νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς ὀλιγοψύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενούντων, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας. Græca hæc extant in *Philocalia* cap. i. §. 19.

illud est; *Ego autem dico vobis, quicumque iratus fuerit fratri suo,* et quæ sequuntur. Et, *Ego dico vobis non jurare omnino.* Et custodiendum est illud Apostoli: *Corripite inquietos, consolamini pusillamines, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.*

PAMPHILUS. De Epistola Pauli Apostoli ad Philemonem.

ORIGENES. *Sed et de singulis——diximus.*

PAMPHILUS. Sufficienter ista ad probationem Catholicæ ejus fidei, et qualiter etiam de ipsa Scripturarum historia senserit, dicta sint. Et quoniam inter cæteras criminationes quas ei inferunt, etiam quam maximam ponunt, quod resurrectionem futuram deneget mortuorum; quod utique futurum manifeste in Ecclesiis prædicatur: consequens est etiam de hoc ipsius nos verbis calumniosos ostendere, et mendaces evidenter arguere, eos qui etiam scripta de hoc edere adversus eum non pepercerunt. Tam ex ipsis igitur libris quos de resurrectione scripsit, quam ex cæteris ejus diversis voluminibus, approbabimus etiam in hac parte quam Catholice senserit.

[r] Matth. v. 28. 34. [s] 1 Thess. v. 14.

Prima responsio ad septimam criminationem.

CAPUT VII.

Quomodo sentiebat de Resurrectione.

ORIGENES. (Ex primo libro de Resurrectione.) *Quomodo enim——accusat.*

PAMPHILUS. His assertionibus incipiens uti de resurrectione mortuorum, per totam voluminis sui seriem evidentissimis approbationibus usus est. In secundo vero libro ejusdem materiæ; cum prædixisset, quia quasi ad Gentiles loqueretur, hujuscemodi suam sententiam declaravit.

ORIGENES. *Nos vero——grano frumenti.*

PAMPHILUS. Et assertis his per hujuscemodi consequentiam, post pauca addit etiam hæc.

ORIGENES. *Quod autem——dicitur.*

PAMPHILUS. Post hæc, quibusdam per medium latius disputatis, adjecit etiam ista.

ORIGENES. *Sicut enim——comparari.*

PAMPHILUS. Pauca hæc ad testimonium traximus ex multis et innumeris, quæ per hujuscemodi sensum in ipsis libris quos de Resurrectione scribit, exposuit. Non autem videtur absurdum ad majorem satisfactionem etiam de reliquis ejus libris consonas his vel paucas adhibere sententias. In vigesimo igitur et octavo libro de Esaia Propheta, de illo capitulo scribens, in quo dicitur: [t] *Resuscitabuntur mortui, et resurgent hi qui in sepulchris sunt:* ita ait.

ORIGENES. *Melius est ergo——absurdum est.*

PAMPHILUS. Nihilominus in eo ipso libro, interjectis quibusdam, dicit.

ORIGENES. *Cum ergo——in infirmitate.*

PAMPHILUS. Hæc quidem ex his libris quos in Esaiam scripsit. Non præteribimus vero neque illum locum quem

[t] Esai. xxvi. 19.

de primo Psalmo disseruit, in quo etiam de resurrectione ita scripsit.

Interpretatio Rufini.

Sicut enim eadem in nobis species permanet ab infantia usque ad senectutem, licet characteres multam videantur immutationem recipere; ita intelligendum est hanc speciem quæ nunc est in nobis, ipsam permansuram etiam in futuro, plurima tamen immutatione in melius et gloriosius facta. Necesse est enim animam in locis corporeis habitantem uti corporibus talibus quæ apta sint his locis in quibus degit. Et sicut, verbi causa, si in aquis maris nos habitare vel [r] degere posceret sine dubio pro habitaculi qualitate necessarium videretur habere talem corporis statum et compositionem, qualem habent illa animalia quæ in aquis vivunt: ita nunc cum cœlorum habitaculum promit-

ORIGENES.

Ὥσπερ δὲ τὸ εἶδός ἐστι μέχρι τοῦ πέρατος, κἂν οἱ χαρακτῆρες δοκῶσι πολλὴν ἔχειν παραλλαγήν· οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἶδος ταυτὸν εἶναι τῷ μέλλοντι, πλείσης ὅσης ἐσομένης τῆς ἐπὶ κάλλιον μεταβολῆς. ἀναγκαῖον γὰρ τὴν ψυχὴν ἐν τόποις σωματικοῖς ὑπάρχουσαν, κεχρῆσθαι σώμασι καταλλήλοις τοῖς τόποις. καὶ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ζῆν ἡμᾶς ἐνύδρους γενομένους εἰ ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει παραπλησίαν ἔχειν καὶ τὴν ἄλλην ἰχθύων κατάστασιν· ἔτως μέλλοντας κληρονομεῖν βασιλείαν ἐρανῶν,

Interpretatio Nova.

Ac quemadmodum species ipsa ad ultimum usque eadem est, etsi ingens propriarum formarum notarumque videatur esse diversitas: ita et in eo de quo agimus, intelligendum est præsentem corporis speciem eamdem esse cum futura: cum eo tamen, ut incredibilis in melius sit futura mutatio. Necesse est enim animam corporeis in locis hærentem, consentaneis sibi uti corporibus. Atque ut si in aquatilium naturam conversos vitam in mari nos degere oporteret, necessarium foret nos alia corporum constitutione pisciumque simili esse præditos: ita qui cœlorum

[r] (For. degere res p.)

καὶ ἐν τόποις διαφέρουσιν ἑστεῦσθαι, ἀναγκαῖον χρῆσθαι σώμασι πνευματικοῖς, οὐχὶ τοῦ εἴδους τοῦ πρότερον ἀφανιζομένου, κἂν ἐπὶ τὸ ἐνδοξότερον γένηται αὐτοῦ ἡ τροπή. ὥσπερ ἦν τὸ Ἰησοῦ εἶδος, καὶ Μωσέως καὶ Ἡλίου, οὐχ ἕτερον ἐν τῇ μεταμορφώσει, παρ' ὃ ἦν. Græca extant apud Epiphanium *Hær.* lxiv. num. 14.

tatur, secundum locorum gloriam consequens est aptandas esse etiam corporum qualitates. Nec ideo tamen prior hæc species exterminabitur, licet gloriosior ejus effecta sit permutatio. Sicut enim ipsius Domini Jesu, vel Moysi, vel Eliæ species non erat alia in transformatione, quam fuerat ante transformationem, ita non erit alia sanctorum species, etiam si multo gloriosior fiat.

regni hæreditatem adituri sunt ac diversis in sedibus habitaturi, spiritalia quoque corpora habeant necesse est: non quod prior extinguatur species, tametsi in illustrius quiddam gloriosiusque mutetur. Quemadmodum Jesu, ac Moysis, et Eliæ species in transformatione non alia quam quæ initio erat, exstitit.

PAMPHILUS. Sed et in quinto decimo Psalmo exponens illum versiculum, *Insuper et caro mea requiescet in spe*, de carne Domini hæc ait.

ORIGENES. *Dominus Jesus——suscepta.*

PAMPHILUS. Et post pauca.

ORIGENES. *Hæc——cœlum.*

PAMPHILUS. Quid hoc evidentius et clarius ab aliquo dici potest de resurrectione carnis, quam assignavit non solum resurrecturam a mortuis, verum etiam in cœlos, si qua tamen id meruerit, assumendam, secuturam scilicet eum qui primogenitus ex mortuis factus, primus in cœlum naturam carnis invexit? Quid tamen in octavo decimo Psalmo (ver. 6.) exponens illum versiculum, *In sole posuit tabernaculum suum*, senserit, audiamus.

ORIGENES. *Quid est——gloria tua.*

PAMPHILUS. Erubescant etiam illi qui et hoc de ipso

non dubitaverunt concinnare figmentum, quo dicerent quia corpus vel carnem Christi usque ad solem dicit evectam, et ibi esse derelictam.

Hoc enim ille ab aliis dictum, non recte dictum esse confutat. Sed ostenderunt se ne hæc quidem intelligere potuisse obtrectatores ejus quæ ille ab aliis non recte dicta coarguit, et quæ sunt quæ ipse confirmat. Tum deinde etiam illi impudentiam suam retundant, qui dicunt eum corpus quidem resurgere confiteri, carnem vero negare. Desinant aliquando a maledictis, videntes eum carnem Verbi Dei cum ipso Verbo Deo in cœlo, quo Verbum ascendit, imponere.

His conjungit de suppliciis peccatorum, quæ nos quoque consequenter ad ea quæ supra dicta sunt, conjungimus, quoniam in ordine criminationum iste fuerat ordo digestus,

Altera responsio ad septimam criminationem,

CAPUT VIII.

De pœnis peccatorum.

Ex libro secundo περὶ ἀρχῶν. (cap. x. num. 4.)

ORIGENES. *Ego arbitror*——Christum.

PAMPHILUS. Sed et in sequentibus rursum de peccatorum pœnis hoc modo scribit.

ORIGENES. *Multa sunt*——*perdiderunt ?*

PAMPHILUS. Item post pauca addidit etiam hæc.

ORIGENES. *Quoniam*——Juda.

PAMPHILUS. Hæc quidem ex libris περὶ ἀρχῶν.

Innumerabilia vero dispersa sunt per omnes libros ejus assertionis hujus testimonia, quæ nos studio brevitatis omittimus, commemorantes de his solummodo, quæ in sexto Psalmo de hoc ipso pœnarum genere disputavit.

ORIGENES. *Possibile est*——*tormenta.*

PAMPHILUS. Sufficere arbitror etiam ad hujus criminationis calumniam propulsandam pauca hæc de ejus li-

bris testimonia protulisse, quæ innumera sparsim per libros ejus manifestum est contineri. Nunc ad ea etiam per nos ipsos respondebimus, quæ ei de anima objiciunt, id est quod ante corpus eam factam dicat exsistere. Sciens namque etiam istud dogma de anima non aperte neque manifeste haberi in Ecclesiastica prædicatione, sicubi occasionem aliquam vel suspicionem potius disputandi ei Scripturæ sermo suggessit, discutiens et pertractans ea quæ sensui ejus occurrerant, discernenda hæc legentibus exposuit et probanda, non manifesto dogmate, vel Scripturarum sententiam suam auctoritate definiens, frequenter et illud addens : " Si tamen habere videtur aut probatur " aliquid consequentiæ sermo is, quem de anima tractavi- " mus."

Denique in tam multis et tam diversis ejus libris nusquam omnino invenitur ab eo liber proprie de anima conscriptus, sicut habet vel de Martyrio, vel de Oratione, vel de Resurrectione. Nusquam prorsus librum proprie de Anima scriptum edidit; sed in diversis locis, sicut superius diximus, incurrentes sibi opiniones ex Scripturæ occasionibus disserebat : quod potius maximi signi reverentiæ ejus ac timoris in divinis dogmatibus esse deberet, quod tanti sensus vir, et tantæ prudentiæ, cum utique magister esset Ecclesiæ, et tanta ab eo dicta scriberentur, non est ausus id sibi auctoritatis assumere, ut proprie de anima librum ederet scriptum. Proculdubio hæc observatio ejus illud indicat, quod nihil audebat de hac re manifesto dogmate confirmare. Denique in eo libro quem in Epistolam Apostoli ad Titum scribit, hæreticum describens, et animæ faciens mentionem, hæc dicit.

Responsio ad octavam criminationem.

CAPUT IX.

De anima.

ORIGENES. *Sunt vero——introducentes.*

PAMPHILUS. Deinde post pauca ait.

ORIGENES. *Sed et——inducere.*

PAMPHILUS. Hæc quidem ipse in eo libro quem supra diximus, scribit. Nos vero his adjungimus etiam ista quæ nobis ipsa æquitas videtur exposcere. Si manifeste Ecclesia traderet vel prædicaret contraria his quæ ille sensit, sine dubio velut contrarius et resistens statutis Ecclesiasticis merito culparetur. Nunc vero cum diversitas sit apud omnes Ecclesiasticos, et alii alia de anima sentiant, et omnes diversa; quomodo hic magis quam cæteri incusandus est, maxime cum ea quæ a reliquis affirmantur, multo magis et absurda videantur, et sibi ipsa contraria?

Quidam enim opinantur præparatis jam in ventre mulierum deformatisque corporibus, tunc ad præsens creari animas, et inseri deformato jam corpori. Hæc vero sentientes, præter hoc quod manifestas probationes ex sanctis Scripturis adhibere non possunt, insuper etiam injustitiam quodammodo conditoris accusant, quod non æqualiter [omnes utantur,] id est, æquas vitæ conversationes tribuat omnibus. Statim enim ut creata fuerit anima, cum nihil utique adhuc in se culpæ commiserit, inseritur interdum, si ita acciderit, cæco corpori vel alias debili: aliæ vero sanis corporibus ac firmioribus: et aliis quidem multum vitæ tempus tribuitur, aliis vero brevissimum: ita ut interdum simul ut natæ fuerint, exturbentur e corpore: et aliæ quidem ad conversationem agrestem quamdam ac barbaram, et ubi ex nulla nihil humani aut honesti est, et super omnia ubi paternæ superstitionis impietas obtinet, diriguntur: aliæ vero ad viros honestos, sobrios, humanos, ubi et humanarum legum observatio viget; interdum etiam ad parentes religiosos, ubi educatio nobilis et honesta, ubi etiam eruditio rationabilis, transmittuntur. Quomodo igitur assertores eorum in talibus divinam providentiam recte omnia dispensantem, et æqua lance moderantem, tanquam boni et justi Dei poterunt assignare?

Jam vero illi qui ex traduce animas venire affirmant, et simul cum corporali eas semine seminari: si quidem (ut quidam ipsorum affirmare solent) non aliud dicunt animam esse quam insufflationem Spiritus Dei, [s]illam scilicet quam initio facturæ mundi Deus dicitur insufflasse in Adam, de ipsa Dei esse eam substantia profitentes: quomodo non et isti videbuntur quodammodo hæc præter Scripturæ regulam et rationem pietatis asserere, quod substantia Dei est quæ peccat, si anima quæ de substantia Dei est, peccat; insuper etiam quod et pœnis subdenda sit pro peccato? Sed et illud se (quod perabsurdum est) incurrere non vident, quia necesse est eam simul cum corpore mori, et esse mortalem, si simul cum corpore vel seminata vel formata vel nata est. Tum deinde illi qui unam quidem ex nullis substantibus a Deo factam esse dicunt animam, id est, illam quæ prima facta est in Adam, et ex ea jam omnium hominum animas existere, et secundum corporalem sine dubio successionem traducem quoque fieri animarum, etiam ipsi quid aliud ostendunt, nisi animas esse mortales? Si enim sicut animalia cætera ex solo semine oriuntur, ita etiam de hominibus sentiamus, ut cum corpore simul in eodem semine etiam anima diffundatur, quid dicimus de his qui imperfecti adhuc et de ventre aborsi sunt, et qui nonnunquam etiam antequam vasculorum naturalium receptaculis semina sint suscepta, depereunt? In quibus sine dubio invenietur; quod simul etiam illæ quæ naturali ratione seminibus insertæ inerant animæ, extinctæ sint pariter et corruptæ. Sive ergo ex insufflatione Dei sint, sive ab una illa quæ prima facta est; necessario simul cum corporibus corrumpentur, si eamdem cum corporibus etiam originem sumunt secundum ipsorum rationem. Aut enim nihil

[s] Gen. ii. 7.

omnino ex rationabili atque immortali anima participavit illud quod adhuc in ventre corruptum est; et repulsa illa ratio est quæ affirmat eam in seminis traduce simul cum corporibus seminatam: aut si participat, necessitas imminet confiteri mortalem esse animam: quod fides utique nostra non recipit. Verumtamen quid est quod ex his omnibus ostendi volumus? Illud profecto, quod sicut eos qui unam quamlibet de his quas supra exposuimus, opinionem veram putant, non recta ratione hæreticos quis appellat, pro eo quod neque ex divinis Scripturis certi aliquid de his vel manifeste dictum esse videatur, neque in prædicatione Ecclesiastica contineri: ita neque hunc virum culpari justum est, disserentem quod sibi visum est, maxime cum illud præcipue servaverit, quod in Ecclesia de animæ confessione servari omnimodis debet, id est, ne diversas naturas esse diceret animarum: quin immo et dicentes redarguit, et vehementi assertione convincit. Ipse autem fatetur unius substantiæ omnes esse animas, et immortales ac rationabiles, liberi arbitrii ac voluntatis: judicandas quoque esse pro his quæ in hac vita gesserunt: esse tamen eas factas a Deo, qui universa creavit et condidit. Quando autem factæ sint, olim simul, aut nunc per singulos nascentium, quid periculi est alterum e duobus opinari? Sed aliter respondere possibile est, ut omnis penitus culpandi aditus excludatur. Sicut enim de luminaribus cœli diversa singuli, etiam ipsi qui sunt in Ecclesiis, sentiunt; aliis quidem opinantibus esse animantia, et rationabilium animantium; aliis vero putantibus quod irrationabilia sint, immo vero quod non solum anima, sed et omni sensu penitus careant, et sola sine spiritu ac sensu sint corpora: nemo tamen merito alterum eorum qui hæc ita diverse sentiunt, hæreticum dixerit, propterea quod non aperte de his traditum est in Apostolica prædicatione: ita etiam eos qui de humana anima

dubitant, et de initio ejus vel origine diversa opinantur, non est rectum hæreticos pronuntiare, maxime cum in reliquis Ecclesiasticæ doctrinæ regulis quod rectum est et catholicum teneant.

Novissima criminatio est μετενσωματώσεως, hoc est, transmutationis animarum. Ad quod, sicut in cæteris fecimus, ipsius qui accusatur respondebimus verbis: illud primo pernecessario commonentes, quia accusatores ejus non intelligentes qualiter ab eo de ista quæstione tractatum sit, vel quod ratio disputationis ita se habeat, ut non semper sola velut ex persona pronuntiari videantur quæ dicuntur, sed interdum etiam ea quæ e contrario dici poterunt, disputentur: et hanc esse artem disputandi non advertentes, objiciunt ei de hoc dogmate, quod quasi ipse senserit ea quæ ex adversantis persona disseruit. Denique quod discutiendi hæc et non confirmandi dixerit causa, ipse per ea quæ post tractatum rei ipsius adjecit, ostendit hoc modo dicens.

ORIGENES. (Lib. I. περὶ ἀρχῶν cap. 8. in fine.) "Sed "hæc, quantum ad nos pertinet, non sint dogmata; sed "discussionis gratia dicta sint, et abjiciantur. Pro eo au- "tem solo dicta sunt, ne videatur quæstio mota, non esse "discussa."

PAMPHILUS. Sed hæc in eo loco dixit, in quo de animabus animalium requirebat, non de transmutatione animarum. De animarum vero transmutatione in septimo libro in Evangelium secundum Matthæum ita scribit.

Responsio ad nonam criminationem.

CAPUT X.

De transmutatione animarum.

ORIGENES. *Quidam quidem*——patrum ad filios.

PAMPHILUS. De eo ipso, ex undecimo libro de Evangelio secundum Matthæum. (num 17.)

Rufini Interpretatio.

Hi quidem qui alieni sunt a Catholica fide, transferri animas ex humanis corporibus in corpora animalium putant, secundum differentiam peccatorum. Nos vero qui hoc nusquam cautum invenimus in divina Scriptura, dicimus quia per multam vitæ negligentiam humana prudentia cum fuerit inculta atque neglecta, efficitur velut irrationabile pecus per imperitiam vel negligentiam, non per naturam. Similiter autem et hi qui tales fuerint effecti ex propositi sui negligentia qua erudiri neglexerint, si eruditioni

ORIGENES.

Ἄλλοι μὲν οὖν ὑπολαμβανέτωσαν ξένοι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου μεταβαίνειν τὰς ψυχὰς ἀπὸ σωμάτων ἀνθρώπων ἐπὶ σώματα κύνεια κατὰ τὴν διάφορον κακίαν. Ἡμεῖς δὲ μηδαμῶς τοῦτο εὑρίσκοντες ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, φαμὲν ὅτι κατάστασις λογικωτέρα μεταβάλλει εἰς ἀλογωτέραν· ἐκ πολλῆς ῥαθυμίας καὶ ἀμελείας τὸ τοιοῦτον πάσχουσα. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀλογωτέρα προαίρεσις παρὰ τὸ τοῦ λόγου μὴ ἠμεληκέναι, ἐπιστρέφει ποτὲ εἰς τὸ λογικὴ εἶναι, ὡς τό ποτε κυνίδιον, τὸ ἀγαπῶν ἐσθίειν ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, [s] ἥκειν εἰς

Interpretatio Huetii.

Existiment igitur alii in Ecclesiasticis sermonibus peregrini, transire animas ab humanis corporibus in corpora canina, pro varia iniquitate : nos vero in divina Scriptura id minime reperientes, pronunciamus ratione magis pollentem constitutionem in carentem magis ratione mutari, ex magna nempe ignavia et incuria id patientem : similiter et rationis inopem voluntatem propter neglectam rationem converti ita nonnunquam, ut ratione prædita evadat, adeo ut qui olim catellus fuerat de micis e mensa Dominorum suorum cadentibus edere amans, filii sta-

[s] (For. ἥκειν.)

κατάσασιν τέχνου. μέγα γὰ συμβάλλεται ἀρετὴ μὲν πρὸς τὸ ποιῆσαι τέκνον Θεοῦ, κακία δὲ καὶ τὸ λυσσῶδες ἐν λόγοις ὑβριστικοῖς, καὶ τὸ ἀναιδὲς, πρὸς τὸ ποιῆσαί τινα χρηματίσαι, κατὰ τὸν τῆς γραφῆς λόγον, κύνα. Τὸ δὲ ὅμοιον νοήσεις καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ὀνομάτων, τῶν κατὰ τὰ ἄλογα ζῶα. Πλὴν ὁ ἐλεγχθεὶς ὡς κυὼν, καὶ μὴ ἀγαναχτήσας ἐπὶ τῷ ἀνάξιος εἶναι λέγεσθαι ἄρτι τέκνων, καὶ μετὰ πάσης ἀνεξικακίας εἰπὼν τὸν τῆς Χαναναίας ἐκείνης λόγον, Τ Φήσαντα· Ναὶ Κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυ-

se atque exercitio rationabili dediderint, rationabiles efficiuntur atque prudentes : sicut scriptum est de illis Evangelicis canibus qui manducabant [t] *de micis quæ cadunt de mensa Dominorum suorum :* ex quibus conversa Chananæa facta est Dei filia, secundum quod dicit ad eam Salvator : [u] *O filia, magna est fides tua.* Sicut enim virtus animi confert unicuique ut sit filius Dei : ita malitia mentis et verborum insania atque impudentia facit unumquemque, secundum auctoritatem Scripturæ appellari

tum assequatur. Plurimum siquidem confert virtus, ut quis filius Dei fiat ; nequitia autem, et in contumeliosis sermonibus rabies et impudentia, ut quis, juxta Scripturæ sermonem, canis appelletur. Simile etiam intelliges de reliquis nominibus, quæ ratione carentibus animalibus tribuuntur. Verumtamen qui reprehenditur ut canis, nec ægre fert indignum se dici pane filiorum, et cum omni patientia sermonem Channanææ illius usurpat, dicentem : *Etiam Domine, nam et catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum,* mitissimam consequetur

[t] Matth. xv. 27. [u] Ibid. 28.

canem. Similiter autem intelligendum est etiam de cæterorum animalium mutorum appellationibus.

ρίων αὐτῶν, τεύξεται τῆς προσηνεστάτης ἀποκρίσεως, Ἰησοῦ λέγοντος αὐτῷ· Μεγάλη σου ἡ πίστις, ἐπὰν τηλικαύτην ἀναλάβῃ πίστιν, καὶ λέγοντος· [u] Γενέσθω σοι ὡς θέλεις, ἵνα καὶ αὐτὸς ἰαθῇ, καὶ εἴ τινα καρπὸν ἐγέννησε δεόμενον ἰάσεως, καὶ ἕτος θεραπευθῇ.

responsionem Jesu dicentis ipsi: *Magna est fides tua*, postquam tantam assumpserit fidem, et dicentis: *Fiat tibi sicut vis*, ut et ipse sanetur, et si quem protulit fructum sanatione indigentem, sanetur et ille.

PAMPHILUS. De eodem, ex tertio decimo libro de Evangelio secundum Matthæum. (num. 13.)

Rufini Interpretatio.

In his Elias non anima Eliæ dici mihi videtur, uti ne incurramus in dogma alienum ab Ecclesia Dei de transmutatione animarum, quod nec ab Apostolis traditum est, nec usquam in Scripturis cautum est. Contrarium namque est his

ORIGENES.

Ἐν τούτοις Ἠλίας, οὐχὶ ἡ ψυχὴ δοκεῖ μοι λέγεσθαι, ἵνα μὴ ἐμπίπτω εἰς τὸ ἀλλότριον τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ περὶ τῆς μετενσωματώσεως δόγμα, ὅτε παραδιδόμενον ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων, ὅτε ἐμφαινόμενόν που τῶν γραφῶν· καὶ γὰρ ἐναν-

Interpretatio Huetii.

In his per Eliam non mihi videtur anima significari, ne forte in alienam ab Ecclesia Dei de migratione e corpore in corpus sententiam, neque ab Apostolis traditam, neque uspiam in Scripturis prolatam incidam: huic enim adversatur quod scriptum

[u] Mat. xv. 28.

τῶν ἐστὶ τῷ, τὰ βλεπόμενα πρόσκαιρα εἶναι, καὶ συντέλειαν αἰσθάνεσθαι τὸν αἰῶνα τοῦτον· ἀλλὰ καὶ τῷ πληρωθῆναι τό· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· καὶ τό· Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· καὶ τό· Οἱ οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, μετὰ τῶν ἐζῆς αὐτῷ. εἰ γὰρ, καθ' ὑπόθεσιν, δὶς δύναται γενέσθαι ἐν τῇ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι συντελείας τοῦ κόσμου καταστάσει ἡ αὐτὴ ψυχὴ ἐν τῷ σώματι, [1] δι' αἰτίαν ἣν ἂν γένοιτο ἐν αὐτῷ; ἢ δι' ἁμαρτίαν γενομένη δὶς ἐν σώματι, διὰ τί οὐχὶ καὶ τρὶς; καὶ πλεονάκις ἔσται ἐν αὐτῷ· τῶν διὰ τὸν βίον τοῦτον καὶ τὰ ἡμαρτημένα

quæ dicta sunt ab Apostolo: [x] *Quoniam quæ videntur temporalia sunt*, et ubi est hoc quod omnes Scripturæ confirmant, [y] quod præsens sæculum finiendum est. Sed nec illud poterit stare quod dictum est: [z] *Cælum et terra transibunt;* neque illud quod dicit Apostolus: [a] *Transibit enim habitus hujus mundi:* et illud: [b] *Cæli peribunt*, et ea quæ sequuntur. Si enim ut (aiunt auctores hujus dogmatis) nemo potest in id initium restitui, quod primo fuit ab initio mundi usque ad finem, qua ex causa immutari animam, vel transferri secundo vel tertio opus est vel frequenter? Hoc enim modo reddi de-

est, caduca ea esse quæ videntur, et consummatum iri sæculum hocce; quin et eorum peractioni: *Cælum et terra transibunt*, et: *Præterit enim figura hujus mundi*, et: *Cæli peribunt*, cum iis quæ sequuntur. Nam si ut id ponamus, in eo rerum statu qui ab initio ad consummationem usque mundi obtinebit, eadem anima bis corpus subire potest, ecquamnam ob causam subibit illud? Si propter peccatum bis corpus subit, cur non ter, et sæpius subibit, cum per migrationem solummodo e corpore in cor-

[1] (For. scribend. δι' ἣν αἰτίαν γένοιτο ἂν ἐν αὐτῷ;)

[x] 2 Cor. iv. 18. [y] Matth. xiii. 39. [z] Matth. xxiv. 35.
[a] 1 Cor. vii. 31. [b] Psal. ci. 27.

licta uniuscujusque perhibent, et pœnas lui, si in diversa corpora frequentius transmittantur. Quod utique superfluo fiat, si finis nullus emendationis occurrat, nec erit umquam quando non anima transferatur. Et si semper pro delictis animabus ad corpora diversa redeundum est, quis umquam mundo dabitur finis ut impleatur illud quod dictum est: [c] Cœlum et terra transibunt? Quod et si concedatur, verbi gratia ut sit aliquis sine peccato, quem jam non sit necesse revolvi in corpus, per quot tempora putabimus inveniri unam fortasse vix animam quæ penitus pura sit, nec permutatione corporis indigeat? Quod et ip-

ἐν αὐτῷ κολάσεων τούτῳ ἀποδοθησομένων μόνῳ τῷ τρόπῳ κατὰ τὴν μετενσωμάτωσιν; Ὅπερ ἐὰν ἐξ ἀκολουθίας δοθῇ, οὐκ ἔσαι τάχα ὅτε ψυχὴ ἀ μετενσωματωθήσεται. Ἀεὶ γὰρ διὰ τὰ πρότερα ἁμαρτήματα ἐπιδημήσει τῷ σώματι, κ᾽ οὕτως οὐκ ἔξει χώραν ἡ τοῦ κόσμου [b] Φορὰ, καθ᾽ ἣν ὁ ἀρανὸς κ᾽ ἡ γῆ παρελεύσονται. Ἵνα δὲ, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην, δίδωται τὸν πάντη ἀναμάρτητον μηκέτι ἥξειν εἰς τὸ διὰ γενέσεως σῶμα, διὰ πόσων χρόνων οἴει μίαν εὑρήσεσθαι πάντη καθαρεύσασαν ψυχὴν, καὶ μὴ δεομένην μετενσωματώσεως; Ὅμως δὲ καὶ ἔτως μιᾶς

pus nec alia quavis ratione vita hæc, in eaque admissa flagitia puniantur? Quod si ex consequentibus fuerit concessum, numquam non fortasse anima e corpore in corpus transmigrabit. Semper enim propter priora crimina in corpore versabitur; atque ita locum non habebit motio illa mundi, qua cœlum et terra transibunt. Ut autem concedatur, juxta hanc positionem eum qui nullius peccati reus erit, non amplius per ortum in corpus rediturum; an toto temporum decursu reperiri posse existimas animam omnis puram labis, nec ullius in aliud corpus migrationis egentem? Verumtamen et sic aliqua semper ex præfinito

[b] For. φθορὰ Hurtius. [c] Matth. xxiv. 35.

τινος ἀεὶ ἐκ τοῦ ὡρισμένου τῶν ψυχῶν ἀριθμοῦ μεθισταμένης, καὶ μηκέτι εἰς σῶμα ἐρχομένης, ἐπιλείψει ποτὲ ὡς διά τινων ὡσπερεὶ ἀπείρων χρόνων ἡ γένεσις, καταντήσαντος τοῦ κόσμου ἐπί τινα ἕνα, ἢ δεύτερον, ἢ ὀλίγῳ πλείους, μεθ' οὓς καὶ αὐτὸς τελειωθέντας, ὁ κόσμος φθαρήσεται, ἐπιλειπόντων τῶν εἰς σῶμα ἐρχομένων· ὅπερ οὐκ ἀρέσκει τῇ γραφῇ. πολῆθος γὰρ οἶδεν ἁμαρτωλῶν ἐν τῷ χρόνῳ τῆς τοῦ κόσμου φθορᾶς· ὅπερ ἐστὶ δῆλον συνεξεταζομένου του· Πλὴν ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; ὡς εὕρομεν παρὰ τῷ Ματθαίῳ ὕστως εἰρημέ-

sum si concedatur, rursum contrarium suum dogma efficitur. Si enim demus corpus quasque animas per singulos ad perfectionem posse restitui, ita ut ultra in corpora venire non indigeant; necesse est (licet per infinita sæcula et immensa tempora) singulis quibusque animabus ad perfectionem restitutis, cessare jam usum corporum et per hoc finem mundum recipere ac resolvi. Non tamen ita videtur sanctæ Scripturæ, quæ dicit multitudinem peccantium relinquendam esse in fine sæculi. Quod ex eo manifestissime indicatur quod in Evangelio scriptum est, [d] *Verumtamen putas veniens Filius hominis in-*

animarum numero excedente, nec amplius redeunte in corpus, ortus aliquando, post immensum puta tempus, desinet, redacto scilicet ad unum, vel alterum vel paulo pluries mundo, quibus jam perfectionem adeptis, mundus interibit, deficientibus qui in corpus eant: quod Scripturæ minime consentaneum est; multitudinem siquidem peccatorum futuram novit, quo tempore interibit mundus: quod ex his attente consideratis perspicuum est: *Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?* et quemadmodum apud Matthæum ita expressum inveni-

[d] Luc. xviii. 8.

veniet fidem super terram? [e] *Sicut enim in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis.*

νον· ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τῆ Νῶε, ὕτως ἔσται ἡ παρουσία τῆ Υἱῆ τῆ ἀνθρώπου.

mus: *Sicut autem in diebus Noe, ita erit et adventus Filii hominis.*

PAMPHILUS. Et posteaquam de Scripturis multa disseruit, ipse jam suam sententiam hoc modo declarat[a].

Rufini Interpretatio.

Erit autem his qui tunc erunt vindicta, non ex transmutatione animarum: non enim jam ad peccandum locus erit: sed alia genera erunt pœnæ. Transmutatio namque corporum pœnam non faciet peccatorum, ita ut nulla extrinsecus putentur inferri supplicia: quin potius est peccatoribus pœnarum modus, id est, ut pro his quæ in hoc mundo gesserunt, pœnam recipiant delictorum.

ORIGENES.

Ἔσαι δὲ τοῖς τότε ἡ τῶν ἁμαρτημάτων εἴσπραξις, οὐκ ἐν μετενσωματώσει· εἰ γὰρ ἔτι ἁμαρτάνοντες παραλαμβάνονται, ἤτοι ἄλλῳ τρόπῳ κολάσεως μετὰ ταῦτα κολασθήσονται, ᾗ κατὰ τοῦτο ἤτοι δύο τρόποι κολάσεων ἔσονται γενικοί· ὁ μὲν ἐν μετενσωματώσει· ὁ δὲ ἔξω [3] τοιούτου σώματος. ᾗ λεγέτωσαν τὰς τούτων αἰτίας, καὶ διαφοράς· ἢ οὐ κολασθήσονται, ὡς ἀθρόως ἀπο-

Interpretatio Huetii.

Punientur autem eorum peccata qui tunc erunt, non per migrationem e corpore in corpus: nam si adhuc peccantes deprehenduntur, vel alio pœnæ genere postea punientur: ac duæ proinde generales puniendi rationes erunt; illa quidem per transitum e corpore in corpus; illa vero extra hocce corpus; ac illarum caussas et differentias exponant: vel non punientur, quasi peccata sua confestim abjecerint qui in consummatione fuerint

[a] Certe sequens Origenis contextus immediate priorem sequitur in Græco. EDITOR BENEDICTIN.

[3] (For. τούτου τοῦ σ.)

[e] Matth. xxiv. 37.

καλόντες τὰ ἁμαρτήματα οἱ ἐπὶ συντελείᾳ καταληφθέντες· ἢ, ὅπερ βέλτιον, εἷς ἐστι τρόπος κολάσεως τοῖς ἡμαρτηκόσιν ἐν σώματι, τὸ ἔξω[3] αὐτῆς τῆς κατασάσεως τοῦ βίου τούτου τὸ καταξίαν τῶν ἡμαρτημένων παθεῖν. ἕκαστον δὲ τούτων τῷ ἑνορᾶν δυναμένῳ τοῖς προγεγραμμένοις ἀνατρεπτικόν ἐστι τῆς μετενσωματώσεως. Εἰ δὲ ἀναγκαίως οἱ τὴν μετενσωμάτωσιν εἰσάγοντες Ἕλληνες, ὡς ἀκόλουθα αὐτοῖς τιθέντες, οὐδὲ φθείρεσθαι βέλονται τὸν κόσμον, ὥρα καὶ τούτους ἀντιβλέψαντας ταῖς ἐκφαινούσαις γραφαῖς φθαρήσεσθαι τὸν κόσμον, ἢ ἀπιστῆσαι αὐταῖς, ἢ εὑρεσιλογεῖν

Manifestum tamen est quod istæ singulæ rationes his qui possunt rei consequentiam diligenter advertere, contrariæ sunt huic dogmati quo perhibentur animæ transmutari. Quod si gentilium auctores sequi volunt qui opinionem istam ex principiorum suorum consequentia persecuti sunt, dicentes cum hæc fiant, sine dubio numquam mundum istum posse finiri: consequens est eos qui hæc sentiunt, Scripturæ nostræ non credere, quæ manifestissime pronuntiant finem mundi futurum, et non exquirere in ipsis Scripturis expositiones sive assertiones ineptas et inconsequentes, ex quibus

deprehensi, vel quod melius est, una tantum ratione plectuntur, qui in corpore peccaverunt, pœnas videlicet extra illud et extra vitæ hujus statum ex peccatorum suorum merito dantes. Unumquodque autem illorum, ut facile intelligit quisquis res introspicere potest, sententiam de migratione animarum e corpore in corpus funditus labefactat. Quod si qui transitum animarum in varia corpora invehunt Ethnici, utpote consentanea doctrinæ huic adstruentes, mundi interitum necessario non admittunt; superest ut postquam Scripturis mundi occasum asserentibus palam refragati fuerint, vel fidem iis non habeant, vel verba repe-

[3] Fort. αὐτὰς Editor Bened. (et τὰ delend. ante καταξίαν.)

nullo genere ostendi potest quod secundum Scripturas nostras numquam sæculi finis futurus sit.

περὶ διηγήσεως τῶν κατὰ τὴν συντέλειαν, ὅπερ κἂν βάλωνται ποιῆσαι, οὐ δυνήσονται.

riant quibus ea quæ ad consummationem pertinent, explicare possunt: quod facere neutiquam poterunt, etiamsi velint.

PAMPHILUS. De eadem re, ex libro de Proverbiis Salomonis.

ORIGENES. *Videtur autem——diabolum.*

PAMPHILUS. Et paulo post.

ORIGENES. *Sed superfluæ——peccata sunt.*

ADDENDA.



FRAGMENTA

S. DIONYSII ALEXANDRINI EPISCOPI,

EX LIBRIS EJUS DE NATURA AD TIMOTHEUM,

Ab Eusebio in lib. xiv. *Præparat. Evang.* adducta.

MONITUM.

QUANQUAM separatim prodiissent, ut sæpe dictum est, Romæ edita S. Dionysii Fragmenta, quem librum culpa non mea nunquam videram, licere tamen adjicere Canonicæ Epistolæ ejus ad Basilidem, quam a me mei operis ratio postulabat, Excerpta aliqua ex Catena in Jobum sumpta ejusdem clari præsulis putabam, utpote quæ ex MStis Bodleianis correcta essent. Quod vero in secundo volumine faciendum duxi, id loco licet non suo hic præstiturus, alia nonnulla gravissimi Scriptoris profero, emendata auxilio codicis illius MSti *Præparationis Evangelicæ* Eusebii, qui in Collegio S. Joannis Baptistæ conservatur. Jam vero, si Fragmenta annumeres post DIONYSIUM ROMANUM in vol. iii. collocata, in harum Reliquiarum tomis merito dixeris extare S. Dionysii Alexandrini ampliora, quæ supersunt, omnia præter excerpta, sed ea sane et longissima et magni momenti, quæ in ejusdem Eusebii *Historia Ecclesiastica* reperiuntur.

I.

ΠΟΤΕΡΟΝ ἓν ἐςι συναφὲς τὸ πᾶν, ὡς ἡμῖν τε καὶ τοῖς σοφωτάτοις Ἑλλήνων Πλάτωνι καὶ Πυθαγόρᾳ, καὶ τοῖς

Interprete Francisco Vigero.

I.

UTRUM unum est, atque aptum ex se se universum, uti nobis Græcorumque sapientissimis Platoni et Pythagoræ, Stoicis, et Heraclito videtur: an

ἀπὸ τῆς ϛοᾶς καὶ Ἡρακλείτῳ φαίνεται; ἢ δύο, ὡς ἴσως τις ὑπέλαβεν; ἢ καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρα, ὥς τισιν ἄλλοις ἔδοξεν, οἳ πολλαῖς τῆς διανοίας παραφοραῖς, καὶ ποικίλαις προφοραῖς ὀνομάτων τὴν τ' ὅλων ἐπεχείρησαν καταχερματίζειν ὐσίαν, ἄπειρόν τε, καὶ ἀγέννητον, καὶ ἀπρονόητον ὑποτίθενται. Οἱ μὲν γὰρ, ἀτόμους προσεικότες ἄφθαρτά τινα καὶ σμικρότατα σώματα, πλῆθος ἀνάριθμα, καί τι χωρίον κενὸν μέγεθος ἀπεριόριϛον προβαλόμενοι, ταύτας δή φασι τὰς ἀτόμους, ὡς ἔτυχεν ἐν τῷ κενῷ φερομένας, αὐτομάτως τε συμπιπτούσας ἀλλήλαις διὰ ῥύμην ἄταϰτον, καὶ συμπλεϰομένας διὰ τὸ πολύσχημον, ἀλλήλων ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ ὕτω τόν τε ϰόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ϰόσμους ἀπείρους ἀποτελεῖν. Ταύτης δὲ τῆς δόξης Ἐπίϰουρος γεγόνασι καὶ Δημόϰριτος. τοσοῦτον δὲ διεφώνησαν, ὅσον ὁ μὲν, ἐλαχίϛας πάσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀνεπαισθήτους· ὁ δὲ Δημόϰριτος, καὶ μεγίϛας εἶναί τινας ἀτόμους ὑπέλαβεν. ἀτόμους δὲ εἶναί φασιν ἀμφότε-

duo, quemadmodum forte non nemo cogitarit? an multa potius adeoque infinita? ut aliis quibusdam placuit, qui pluribus mentis erroribus, ac variis appellationum formis, universi naturam distrahere ac lacerare conati, infinitum illud esse, ortu carere, nec ullo providentiæ consilio regi voluerunt. Hi enim atomos, incorrupta quædam exiguaque corpuscula, numeroque infinita nominantes, unaque spatium aliquod vacuum, nec ullis finibus circumscriptum invehentes, atomos illas dictitant, hoc in vacuo temere dum feruntur, dum casu propter impetus perturbationem, aliæ cum aliis concurrunt, ac propter multiplicem figuram inter se se commiscentur, cum apprehendere mutuo se se, tum hunc quoque mundum, quæque ipso continentur omnia; imo vero mundos etiam infinitos efficere. Hac in sententia Epicurus Democritusque versati sunt: hoc uno discrimine, quod Epicurus minimas omnes atomos, quasque propterea sensus non attingeret, Democritus nonnullas saltem maximas esse vellet. Cæterum individuas illas et dici et esse, propter indissolubilem ea-

ροι, καὶ λέγεσθαι διὰ τὴν ἄλυτον στερρότητα. οἱ δὲ, τὰς ἀτόμους μετονομάσαντες, ἀμερῆ φασιν εἶναι σώματα, τοῦ παντὸς μέρη, ἐξ ὧν ἀδιαιρέτων ὄντων συντίθεταί τε τὰ πάντα, καὶ εἰς ἃ διαλύεται. καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι· ὄνομα δὲ, φασὶν, αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος, ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ' οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησε τὸ ὄνομα.

Ταῦτ' εἰπὼν, ἐξῆς ἀνασκευάζει (inquit Eusebius) τὸ δόγμα διὰ πολλῶν, ἀτὰρ καὶ διὰ τούτων.

II.

Πῶς αὐτῶν ἀναχώμεθα, τυχηρὰ λεγόντων εἶναι συμπλώματα τὰ σοφὰ καὶ διὰ τοῦτο τὰ καλὰ δημιουργήματα; ὧν ἕκαστόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸ γενόμενον, ὥφθη τῷ προστάξαντι γενέσθαι καλὸν, καὶ συλλήβδην ὁμοίως ἅπαντα. [a] Καὶ εἶδε γάρ, φησιν, ὁ Θεὸς, τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Ἀλλ' ἰδοὺ ἀπὸ τῶν μικρῶν τῶν συνήθων καὶ παρὰ πόδας νουθετοῦνται παραδειγμάτων, ἐξ

rum firmitatem, uterque docet. Sunt tamen, qui atomorum nomine corpora quædam intelligunt, quæ partibus careant ipsa quidem, sint tamen universi partes, ex quibus, individuæ cum sint, conflata primum omnia, in easdem quoque dissolvantur. Harum, prout partibus carent, nominis auctorem faciunt Diodorum: Eas enim ὄγκους, hoc est moles, seu pondera Heraclides vocabat, unde etiam Asclepiades [illegible]s nomen invenit.

Hæc præfatus multis deinceps hoc dogma confutat, interque cætera, verbis quæ sequuntur.

II.

Qui tandem homines istos feramus, dum opera sapientiæ plena, eoque ipso bona, casu facta esse dicunt? quæ et singula seorsim, et simul universa, ei cujus omnia jussu extiterant, bona sint visa. *Vidit enim*, inquit, *Deus cuncta quæ fecerat: et ecce bona valde.* Quanquam ne pusilla quidem illa cogitant vulgarium exempla rerum, quorum ipsi monitu

[a] Gen. i. 31.

ὧν δύνανται μανθάνειν, ὅτι χρειώδες μὲν καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἔργον, ἡδὲν (for. ἡδὲ) ἀνεπιτηδεύτως, ἡδὲ συμβατικῶς ἀπεργάζεται, ἀλλὰ χειρουργέμενον εἰς τὴν πρέπουσαν ὑπηρεσίαν καταρτίζεται. ὅταν δὲ εἰς ἄχρηστον μεταπίπτῃ καὶ ἀνωφελὲς, τότε διαλυόμενον ἀορίστως καὶ ὡς ἂν τύχῃ διασκίδναται, ἅτε μηκέτι μεταχειριζομένης, μηδὲ διατατούσης αὐτὸ τῆς σοφίας, ἣ τοῦ συνεχάναι τοῦτο ἔμελεν. ἱμάτιόν τε γὰρ, οὐ χωρὶς ἰσουργοῦ, συνισαμένων τῶν σημόνων, ἡδὲ τῆς κρόκης αὐτομάτως παρεμπλεκομένης, ἀναφαίνεται· εἰ δὲ κατατριβείη, τὰ λακισθέντα διαῤῥιπίζεται ῥάκη. οἰκία τε ἀνοικοδομεῖται καὶ πόλις, οὐ τὺς μέν τινας δεχομένη θεμελίοις αὐτομολοῦντας λίθους, τὺς δὲ ἀναπηδῶντας εἰς τὰς ἐπιβολὰς, ἀλλὰ κατὰ χώραν ὁ τοιχοδόμος τὺς εὐθέτους ἐπιφέρει. καταῤῥιφθείσης δὲ, ὡς ἂν παρέιχη, κατενεχθεὶς ἕκαστος ἀπεσφάλη. καὶ κατασκευαζομένης νεὼς, ἀχ ἡ μέν τις ὑπέβαλεν ἑαυτὴν τροπὶς, ὁ δὲ κατὰ μέσην ἑαυτὸν ἰσὸς ὤρθωσε, καὶ τ' ἄλλων ἕκαστον

doceri possint, quicquid ejusmodi est, ut fructus aliquid et utilitatis afferat, id non temere ac sine studio fieri, sed potius solerti manuum opera suum ac proprium in usum elaborari: at idem simulatque fructuosum et commodum esse desinit, solvi continuo, et confuse admodum ac perturbate dissipari, utpote quod ea non amplius sapientia, cujus ipsum ante cura conservabat, tractetur ac regatur. Ita vestimentum, nec stamine, absque textoris manu, se ipso consistente, nec subtemine se ipsum ultro eidem implicante pertexitur: cujus tamen, ubi disrumpitur, lacera hinc inde frusta disjici videas. Ita cum domus aut urbs ædificatur, non lapides excipit, alios in fundamenta sponte subsidentes, alios superius in structuræ corium ultro subvolantes: sed architectus in suum quosque locum delatos apte concinneque disponit. At postquam subruta est, ubi ubi casus tulerit, singuli disjecti passim temereque jacent. Ita dum navis co[illegible]ngitur, non se ipsam carin[illegible]mittit, non malus in medio rectum se se tollit, non ligna cætera situm ex se se fortuitum accipiunt: nec centum

ξύλων, ἣν ἔτυχεν ἐξ ἑαυτῆ θέσιν κατέλαβεν. ὑδὲ τὰ λεγόμενα ἑκατὸν τῆς ἁμάξης ξύλα, καθ' ὃν εὗρε κενὸν τόπον ἕκαστον συνεπάγη. ἀλλ' ὁ τέκτων ἑκατέρας (for. ἑκάτερα) συνεχόμισε καίριον. εἰ δὲ διαλυθείη ἡ ναῦς ἐνθαλασσεύουσα, ἢ φερομένη κατὰ γῆν ἅμαξα, ὅπη τύχῃ τὰ ξύλα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν κυμάτων, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς συντόνου ῥύμης διασπείρεται. ἔτως ἂν ἁρμόζοι λέγειν αὐτοῖς, ἢ τὰς ἀτόμους, ἀργὰς μενούσας, καὶ ἀχειροποιήτους, καὶ ἀχρήους, εἰκῇ φέρεσθαι. ὁράτωσαν γὰρ τὰς ἀθεάτους (ἀθέτους MS. Vigeri.) ἐκεῖνοι, ἢ τὰς ἀνοήτως νοείτωσαν, ἢ ὁμοίως (for. ἢ ἀνομοίως) ἐκείνῳ, ὃς φανερωθὲν ἑαυτῷ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ὁμολογεῖ, [b] Τὸ ἀκατέργαστόν σου εἶδοσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Ὅταν δὲ καὶ ἃ φασιν ἐξ ἀτόμων ὑφάσματα γίνεσθαι τὰ εὐήτρια, ταῦθ' ὑπ' αὐτῶν ἀσόφως καὶ ἀναισθήτως αὐτεργεῖσθαι λέγωσι, τις ἀνέξεται τὰς ἀτόμους ἀκέων ἀῤῥύθμους, ὧν ἢ ὁ ἀράχνης ἐστὶ σοφώτερος, χειροτεχνῶν ἐξ ἑαυτοῦ; ἢ τὸν μέγαν τοῦτον οἶκον τὸν ἐξ

illa, quæ vulgo in plaustro ligna numerantur, quem vacuum quæque locum repererint, in eo sponte coagmentantur. Faber lignarius suis apta quæque locis in utrumque comportat. Quod si aut navis medio jactata mari, aut plaustrum in terra dum agitur, dissolvatur, utriusque ligna vel fluctibus, vel incitato impetu dissipantur. Ita plane dicendum iis fuerit, suas illas atomos, quod otiosæ, quod nulla manu perpolitæ, quod inutiles maneant, temere circumferri. Spectent enimvero, quæ spectari, cogitent quæ cogitari non possunt, nec jam ut ille, qui hoc abs Deo sibi patefactum Deo ipsi confitetur, his verbis, *Imperfectum tuum viderunt oculi mei.* Nunc vero, pulcherrima illa et elegantissima, quæ suis ex atomis contexta esse dicunt, dum ab iisdem sine consilio ac sine sensu perfecta esse addunt, quis tandem eos ferat, indigestas ac rudes atomos obtrudentes, quos araneus sapientia longe superat, quum suum illud opus suapte industria conficiat? Quis æquis por-

[b] Ps. cxxxviii. 16.

ἠρανὲ καὶ γῆς συνεχῶτα, καὶ διὰ τὸ μέγεθος καὶ πλῆθος τῆς ἐπιφερομένης αὐτῷ σοφίας καλούμενον κόσμον, ὑπὸ τῶν σὺν ἀδενὶ κόσμῳ φερομένων ἀτόμων κεκοσμῆσθαι, καὶ γεγονέναι κόσμον ἀκοσμίαν; πῶς δὲ κινήσεις καὶ ὁδοὺς εὐτάκτους ἐξ ἀτάκτου προσάγεσθαι φορᾶς; πῶς δὲ τὴν παναρμόνιον τῶν ἠρανίων χορείαν, ἐξ ἀμέτρων καὶ ἀναρμόστων συνάδειν ὀργάνων;

Τίνα δὲ καὶ τρόπον, μιᾶς ὔσης καὶ τῆς αὐτῆς ἁπασῶν οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς ἀφθάρτου φύσεως, πλὴν τῶν μεγέθων, ὥς φασι, καὶ τῶν σχημάτων· τὰ μέν ἐστι θεῖα, καὶ ἀκήρατα, καὶ αἰώνια, ὡς αὐτοὶ φήσαιεν ἄν, σώματα, ἢ μακραίωνά γε κατὰ τὸν ἔτως ὀνομάσαντα, φαινόμενά τε καὶ ἀφανῆ· φαινόμενα μὲν, ἥλιος, καὶ σελήνη, καὶ ἀστέρες, γῆ τε, καὶ ὕδωρ· ἀφανῆ δὲ, θεοί τε, καὶ δαίμονες, καὶ ψυχαί; ταῦτα γὰρ οὐδὲ θέλοντες, ὑπάρχειν ἀρνήσασθαι δύνανται. τὰ δὴ μακροβιώτατα ζῷά τε καὶ φυτά· ζῷα μὲν, ἔν τε ὄρνισιν, ὥς φασιν, ἀετοὶ, κόρακές τε, καὶ

ro auribus audiat, ingentem hanc domum, ex cœlo terraque constantem, qui propter maximam illam et multiplicem, quæ huic insidet, sapientiæ vim, mundus vocatur, ab atomis quæ nullo ferantur ordine, ordinem atque ornatum omnem accepisse, ac perturbationem ipsam in mundum esse mutatum? Quis statos illos motus atque conversiones, ex inconstanti quodam impetu proficisci? Quis absolutam rerum cœlestium harmoniam, ex inconditis et inconcinnis instrumentis temperari?

Quomodo autem, una cum omnium essentia sit incorruptibilisque natura, solo, ut aiunt, magnitudinum figurarumque discrimine; corporum tamen, alia quædam, ut ipsi vocant, divina sunt, fatis superiora, et sempiterna, vel ævi saltem, ut non nemo loqui maluit, longioris: eaque partim visu percipiuntur, ut sol, luna, stellæ, terra, et aqua; partim sensum fugiunt, ut dii, dæmones, et animi? Hæc enim esse, ut maxime velint, negare non possunt. Alia diuturnæ admodum vitæ, sive animantium, sive plantarum ex genere; animantium, ut aves inter (quod

φοίνικες· ἔντε χερσαίοις, ἐλαφοί τε, καὶ ἐλέφαντες, καὶ δράκοντες; ἐν δὲ τοῖς ἐνύδροις, τὰ κήτη. δένδρα δὲ, φοίνικες, καὶ δρύες, καὶ περσέαι. καὶ τῶν γε δένδρων, τὰ μέν ἐστιν ἀειθαλῆ, ἃ καὶ καταριθμήσας τις εἶπεν εἶναι τεσσαρακαίδεκα· τὰ δὲ πρὸς καιρὸν ἀνθεῖ, καὶ φυλλορροεῖ. τὰ δὲ πλεῖστα τῶν τε φυομένων καὶ τῶν γεννωμένων ἐστὶν ὠκύμορα καὶ βραχυτελῆ, ὧν ἐστι καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὡς εἴπέ τις ἁγία περὶ αὐτῦ γραφή· [c] Βροτὸς δὲ γεννητὸς γυναικὸς, ὀλιγόβιος. ἀλλὰ τοὺς συνδέσμους φήσουσι τῶν ἀτόμων διαλλάττοντας, αἰτίους γίνεσθαι τῆς περὶ τὴν διαμονὴν διαφθορᾶς (for. διαφορᾶς *Vigerus*). τὰ μὲν γὰ ὑπ' αὐτῶν πεπυκνῶσθαι καὶ κατεσφίγχθαι λέγεται, ὡς ταῦτα παντελῶς δυσαπάλλακτα γεγονέναι πιλήματα· τὰ δὲ μανωτέραν καὶ χαλῶσαν τ' συνάφειαν τῶν ἀτόμων ἐπ' ἔλαττον ἢ πλέον ἐσχηκέναι, ὡς ἢ θᾶττον ἢ μετὰ πολὺ τῆς κοσμήσεως αὐτῶν ἀφίσασθαι. καὶ τὰ μὲν ἐκ τοιῶνδε

ipsi dictitant) aquilæ, corvi, atque phœnices: e terrestribus cervi, elephantes, ac dracones; e piscibus, quæ cete dicuntur: plantarum vero, ut palmæ, quercus, et perseæ. Quarum etiam nonnullæ perpetuam retinent viriditatem, cujus modi quatuordecim a quopiam numerantur: aliæ certo florent tempore, certo quoque frondibus exuuntur. Alia denique, ac multo sane plurima, sive nascantur e terra, sive gignantur, iniquissimis fati vitæque brevissimæ angustiis includuntur: e quibus homo etiam ipse est, ut alicubi divina de illo Scriptura loquitur, dum ait, *Mortalis autem, natus de muliere, brevi vivens tempore.* Diversos, opinor, atomorum nexus, tantæ hujus in persistendo differentiæ caussas esse respondebunt. Alia enim videlicet, pressius ab iis arctiusque constringi, quæ proinde uti densiora, sic ad dissolvendum longe difficillima sint: alia vero, quod laxiori ac solutiori atomorum colligatione devincta sint, atque id etiam cum aliquo discrimine; celerius propterea vel tardius ab earum ornatu complexuque removeri. Postremo ex certis quibusdam alia, certoque modo

[c] Job. xiv. 1.

καὶ ὧδέπως ἐσχηματισμένων· τὰ δὲ, ἐξ ἑτέρων ἑτερωίως διακειμένων συμμεμίχθαι.

Τίς οὖν ὁ φιλοκρίνων (for. φυλοκρίνων *Vigerus*), συναγώγων τε, καὶ ἀναχέων, καὶ τάσδε μὲν ἔτω συντάττων εἰς ἥλιον, τάσδε δὲ ὡδὶ, ἵνα ἡ σελήνη γένηται, ἢ ἕκαστα συμφέρων κατὰ τὴν οἰκειότητα πρὸς ἑκάστω φαῦσιν ἀστέρος; ἔτε γὰ αἱ ἡλιακαὶ τοσαίδε, ἢ τοιαίδε, ἢ ὧδέπως ἐναθεῖσαι, πρὸς ἐργασίαν σελήνης ἂν καταβεβήκεσαν, οὔτ' ἂν αἱ τῶ σεληνιακῶν ἀτόμων πλεκτάναι γεγόνεσάν ποτε ἥλιος· ἀλλ' ὧδὲ Ἀρκτῦρος, εἰ καὶ λαμπρός ἐστι, τὰς Ἑωσφόρου μεγαλοφρονήσαιτό ποτε ἂν ἀτόμους ἔχειν, ὧδὲ τὰς Ὠρίωνος αἱ Πλειάδες. καλῶς γὰρ ὁ Παῦλος διέσειλεν, εἰπὼν, [d] Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Καὶ εἰ μὲν ἀνεπαίθητος αὐτῶν ὡς ἀψύχων ἡ σύμπηξις ἐγένετο, ἐπισήμονος αὐταῖς ἔδει δημιουργῦ· εἰ δὲ ἀπροαίρετος καὶ κατ' ἀνάγκην, ὡς ἀλόγων, ἡ σύνερξις, σοφός τις αὐτὰς ἀγελ-

figuratis, alii ex aliis ac se se aliter habentibus esse commixta.

Sed, quis ille porro diversarum quasi tribuum judex, alias cogit, dissipat alias? quis eas sic inter se committit, ut inde modo sol, modo luna oriatur? quis denique singularum stellarum naturis, quæ quibusque propria sunt nativaque contribuit? Nec enim profecto, aut solares illæ tot atque tales, eoque conjunctæ modo, ad lunæ procreationem concurrerent, aut lunarium atomorum nexus solem unquam efficerent. Ita nec Arcturus, tametsi perillustris, ex Auroræ, nec Orionis ex atomis conflatas se Pleiades unquam glorientur. Præclare enim Paulus ita distinxit, *Alia*, inquit, *claritas solis, et alia claritas lunæ, et alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in gloria.* Profecto, si earum tanquam inanimatarum coagmentatio sensu omni caruit, industrio ac perito artifice opus habuere: si tanquam rationis expertium, vacua consilii, necessitatem est sequuta conjunctio, sapientis omnino pastoris manu locum in unum

[d] 1 Cor. xv. 41.

ἀρχῆς συνελαύνων ἐπεσάτησεν· εἰ δὲ ἑκουσίως ἐθελεργῆσαι συγκέκλεινται, θαυμάσιός τις αὐτῶν ἀρχιτέκτων ἐργοδοτῶν προηγήσατο· ἢ καθάπερ εὔταχτος στρατηγὸς οὐ συγκεχυμένην εἴασε τὴν στρατιὰν, καὶ πάντα ἀναμίξ, ἀλλ' ἐν μέρει μὲν τὴν ἵππον, ἰδίᾳ δὲ τοὺς ὁπλίτας, τούς τε ἀκοντισὰς καθ' ἑαυτὰς, καὶ χωρὶς τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς σφενδονίτας, ἔνθα ἐχρῆν διετάξατο, ἵνα ἀλλήλοις οἱ ὁμόσκευοι συμμαχοῖεν. Εἰ δὲ τοῦτο χλεύην οἴονται τὸ παράδειγμα, διὰ τὸ μεγάλων σωμάτων με πρὸς τὰ ἐλάχιστα ποιεῖσθαι σύγκρισιν, ἐπὶ τὰ σμικρότατα μεταβησόμεθα.

. Εἶτα τούτοις ἑξῆς ἐπιλέγει, (Eusebius inquit,)

III.

Εἰ δὲ μήτε λέξις, μήτε ἐκλογὴ, μήτε τάξις αὐταῖς ἄρχοντος ἐπικέοιτο, αὐταὶ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν αὐτὰς ἐκ τ$^{\delta}$ πολλῆς κατὰ ῥύσιν τύρβης διευθύνουσαι, καὶ τὸν πολὺν τῶν συμπλώσεων διεκπερῶσαι κυδοιμὸν, αἱ ὅμοιαι πρὸς τὰς

compelli debuere: si denique suapte sponte voluntarium ad opus convenere, admirabilis plane architectus, operumque præses, suum cuique munus pensumque descripsit: aut quemadmodum ordinis amans imperator, non perturbatum reliquit exercitum, non permisceri omnia passus est, at loco suo equitem, peditemque suo disposuit, jaculatores item seorsim, seorsimque sagittarios, atque ubi par erat fundibularios collocavit, ut similis armaturæ milites simul etiam omnes dimicarent. Qui si ridiculum hoc exempli genus esse dicent, quod magnorum corporum cum minimis contentionem instituam; ad minima veniemus.

Hæc ille. Quibus deinde quæ sequuntur adjungit.

III.

Quod si ducis, inquit, neque nomen, neque delectus, neque collocatio in earum se se moderationem ingessit: at ipsæmet suopte arbitrio, ex multa se se continui fluxus turba colligentes, magnoque variarum commissionum tumultu declinato, similes cum similibus ita convenerint, ut tamen non di-

ὁμοίας οὐχ ὑπὸ τῆ Θειῆ, κατὰ τὸν ποιητὴν, ἄγοιντο, συντρέχοιεν ἢ καὶ συναγελάζοιντο, γνωρίζουσαι τὰς συγγενεῖς· θαυμαστὴ γε τῶν ἀτόμων ἡ δημοκρατία, δεξιουμένων τε ἀλλήλας τῶν φίλων καὶ περιπλεκομένων, εἰς μίαν τε κατασκηνῶν συνοικίαν ἐπειγομένων· καὶ τῶν μὲν, ἀποστερνευμένων αὐτομάτως εἰς ἥλιον φωσῆρα μέγαν, ἵνα πυκάσωσι τὴν ἡμέραν· τῶν δὲ εἰς πολλὰς ἴσως πυραμίδας ἀστέρων ἀναπεφλεγμένων, ἵνα καὶ ὅλον στεφανώσωσι τὸν οὐρανόν· τῶν ἢ, περιτεταγμένων, ἵνα αὐτὸν εἰκῆ στερεώσωσι καὶ καμαρώσωσι τὸν αἰθέρα εἰς τὴν τῶν φωσήρων ἐπιβάθραν, ἐπιλέξωνταί τε ἑαυταῖς αἱ συνωμοσίαι τῶν χυδαίων ἀτόμων μονὰς, καὶ διακληρώσωνται τὸν οὐρανὸν εἰς οἴκους ἑαυταῖς καὶ σταθμούς.

Εἶτα (Eusebius inquit) μεθ' ἕτερά φησιν,

IV.

Ἀλλ' οὐδὲ τὰ φανερὰ ὁρῶσιν ἤτοι οἱ ἀπρονόητοι, πολλοῦ γε δέουσι συνορᾶν καὶ τὰ ἀφανῆ. ἐοίκασι γὰρ μηδὲ

vini Numinis ductum, quemadmodum poeta fingit, sequutæ sint: sed potius, cum se se affines mutuo cognatæque nossent, in unum quasi gregem confluxerint: næ admirabilis hæc atomorum democratia est; ubi amicæ amicas excipiant, atque complectantur, itaque unum in domicilium convolent universæ. Tum certæ quædam ultro, in solem magnum illud sidus, quodam quasi torno rotundentur, ut diem efficiant: aliæ, quo cœlum integrum coronent, in plurimas fortassis ardentium stellarum pyramides figurentur: aliæ in orbem digestæ, firmitatis aliquid ætheri afferant, eoque testudinis in morem concamerato, subeuntibus cœli luminibus, quosdam quasi gradus præstruant: adeoque vulgarium atomorum factiones domicilia sibi deligant, ac cœlum ipsum proprias in domos atque stationes inter se se partiantur.

Rursus aliis quibusdam interjectis.

IV.

Imo, inquit, ne obvia quidem vident homines improvidi, tantum abest, ut occulta provideant. Utique ratos il-

ἀνατολὰς ἐποπτεύειν τεταγμένας, καὶ δύσεις, μήτε τῶν ἄλλων, μήτε τὰς ἐκπρεπεστάτας ἡλίου· μηδὲ χρῆσθαι ταῖς δι' αὐτῶν δεδωρημέναις ἀνθρώποις ἐπικουρίαις, ἀναπλομένῃ μὲν εἰς ἐργάσιαν ἡμέρᾳ, ἐπηλυγαζούσῃ δὲ νυκτὶ πρὸς ἀνάπαυλαν. [e] Ἐξελεύσεται γὰρ ἄνθρωπος, φησὶν, ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ, ἕως ἑσπέρας. Ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἑτέραν ἐπισκοπεῖσιν ἀνακύκλησιν αὐτῶν, καθ' ἣν ὡρισμένας ὥρας, καὶ καιροὺς εὐκαίρους, καὶ τροπὰς ἀπαρατρέπλους ἀποτελεῖ, ὑπὸ τῶν ἐξ ὧν ἐστιν ἀτόμων ὁδηγούμενος. ἀλλὰ κἂν μὴ θέλωσιν οἱ δείλαιοι, ὡς δ' ἂν πιστεύουσιν οἱ δίκαιοι, [f] Μέγας Κύριος ὁ ποιήσας αὐτὸν, καὶ ἐν λόγοις αὐτοῦ κατέσπευσε πορείαν. ἄτομοι γὰρ ὑμῖν χειμῶνα φέρουσιν, ὦ τυφλοὶ, καὶ ὑετοὺς, ἵνα ἡ γῆ τροφὰς ὑμῖν τε καὶ πᾶσι τοῖς ἐπ' αὐτῆς ζώοις ἀνῇ; θέρος τε ἐπάγουσιν, ἵνα καὶ τοὺς ἀπὸ δένδρων εἰς τρυφὴν καρπὸς λάβητε; καὶ διὰ τί μὴ ταῖς ἀτόμοις προσκυνεῖτε καὶ θύετε

los atque constantes ortus obitusque siderum, non cæterorum modo, verum etiam solis omnium nobilissimos, ne suspicando quidem videntur attingere: nec iis uti commoditatibus, quas hominum generi suppeditant, aut collucente ad obeundum opus die, aut nocte quietis capiendæ caussa terras opacante. *Exibit enim homo,* inquit, *ad opus suum, et operationem suam usque ad vesperum.* Nec vero alteram ejus circuitionem attendunt, qua distinctas tempestates, opportunaque tempora, nec usquam detortas conversiones efficiat, earum videlicet, ex quibus ipse consistit, atomorum ductum sequutus. At enimvero, velint nolint homines reapse miseri, quomodo tamen sibi persuadent æquissimi: Magnus ille Dominus, qui solem creavit, verborum quoque suorum vi ejusdem cursum incitavit. Atomi quippe, hyemem vobis, o cæci, ac pluvias afferunt, ut alimenta vobis ac cæteris animantibus terra producat. Earundem æstas beneficium est, ut arborum etiam ad delicias fructus colligatis. Quidni porro atomis frugum

[e] Ps. ciii. 23. [f] Apocryph. quoddam.

ταῖς ἐπικάρποις; ἀχάριστά γε, μηδὲ ἀπαρχὰς αὐταῖς ἐλίγας τῶν πολλῶν δωρεῶν, ἃς παρ' αὐτῶν ἔχετε, ἀφιερωῦντες.

Καὶ μετὰ βραχέα φησιν,

V.

Ὁ δὲ πολυεθνὴς καὶ πολυμιγὴς δῆμος τῶν ἀστέρων, ἃς αἱ πολυπλανεῖς καὶ ἀεὶ διαῤῥιπτέμεναι συπέσησαν ἄτομοι, χώρας ἑαυτοῖς κατὰ συνθήκας ἀπεδάσαντο, ὥσπερ ἀποικίαν ἢ συνοικίαν ἀνελόμενοι, μηδενὸς οἰκιστοῦ μηδὲ οἰκοδεσπότου προεσηκότος· καὶ τὰς πρὸς τὰς πλησιοχώρους γειτνιάσεις, ἐνωμότως καὶ μετ' εἰρήνης φυλάττουσιν, οὐχ ὑπερβαίνοντες οὓς κατειλήφασιν ἐξ ἀρχῆς ὅρους, ὥσπερ ὑπὸ τῶν βασιλίδων ἀτόμων νομοθετέμενοι. ἀλλ' οὐκ ἀρχὰς ἐκεῖναι· πῶς γὰρ, αἱ μηδ' ὦσαι; ἀλλὰ θείων λογίων ἐπακούσατε, [g] Ἐν κρίσει Κυρίου τὰ ἔργα αὐτοῦ· ἀπ' ἀρχῆς καὶ ἀπὸ ποιήσεως αὐτῶν, διέστειλε μερίδας αὐτῶν,

præsidibus solenni cultu sacra facitis? Homines ingrati, qui tot donorum, quæ ab iis accipitis, ne primitias quidem pauculas consecretis.

Iterumque post pauca,

V.

Multiplex autem, illa stellarum natio, quam erraticæ ac semper huc illucque disjectæ atomi conflaverunt, sedes ipsa sibi coloniæ cujusdam aut sodalitatis more, communi ex pacto, distribuit, nullius aut conditoris, aut familiæ præsidis auctoritatem sequuta. Atque ita deinceps, mutua, cum finitimis, religiose altaque cum pace, omnes viciniæ jura custodiunt, nec eos unquam fines, quos ab initio accepere, transiliunt, prorsus ac si regiarum quarundam atomorum legibus regerentur. At non imperant illæ profecto. Qui enim imperent, quæ nullæ sunt? Audite vero divinorum oraculorum vocem, *In judicio Domini opera ejus. Ab initio, et a creatione ipsorum, distinxit partes illorum. Ornavit in æternum o-*

[g] Ecclus. xvi. 26.

ἐκόσμησεν εἰς αἰῶνα τὰ ἔργα αὐτῦ, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν.

Καὶ μετὰ βραχέα φησὶν,

VI.

Ἤ τις ἄτως εὔτακτος πεδιάδα γῆν διώδευσε φάλαγξ, οὐ προθέοντος ἀδενὸς, οὐκ ἐκτρεπομένου, οὐκ ἐμποδοσατοῦντος, οὐκ ἀπολειπομένου τῶν συμπαρατεταγμένων; ὡς ἰσόσοιχοι καὶ συνασπιδοῦντες ἀεὶ προΐασιν, ὁ συνεχής τε καὶ ἀδιάσατος, ἀόχλητός τε καὶ ἀνεμπόδιστος τῶν ἄστρων στρατός. ἀλλ' ἐγκλίσεσι καὶ ταῖς εἰς πλάγιον ἐκνεύσεσι, γίνονταί τινες αὐτῶν ἄδηλοι τροπαί. καὶ μὴν ἀεὶ καιροφυλακοῦσι καὶ προορῶνται τὰς χώρας, ὅθεν ἕκαστος ἄνεισιν, οἱ τούτοις προσεχηκότες. Εἰπάτωσαν οὖν ἡμῖν οἱ τῶν ἀτόμων τομεῖς, καὶ τῶν ἀμερῶν μεριστὰ, καὶ τῶν ἀσυνθέτων συναγωγεῖς, καὶ τὰ ἄπειρα περινοοῦντες, πόθεν ἡ κυκλοφορικὴ τῶν ἀστρικῶν συνοδία καὶ περιοδία, ἐκ ἑνὸς παραλόγως ἀτόμων πήγματος ἕτω σφενδονιωθέντος, ἀλλὰ το-

pera sua, et principia eorum in generationes eorum.

Additque paulo post;

VI.

Aut quæ unquam acies, inquit, tam composito agmine campum transmisit, præcurrente nemine, nemine deerrante, nemine aut impedimentum oferente cæteris, aut cæteros minus consequente: quam æquatis semper ordinibus, et pressis veluti clypeis, perpetuus ille, nec usquam aut interruptus, aut perturbatus, aut obice ullo retardatus astrorum exercitus progreditur? Atqui transversis quibusdam inclinationibus ac nutibus, obscuræ nonnunquam eorum mutationes fiunt. Esto. Semper tamen et justum observant tempus, et loca illa, unde singula oriuntur, prospiciunt, qui hoc in studii genere occupantur. Dicant ergo nobis atomorum sectores egregii, qui et dividunt individua, et dissita sejunctaque consociant, et infinita mente definiunt; unde tandem circularis ille rerum cœlestium conjunctusque cursus atque conversio: cum non una quædam atomorum strues sic tanquam funda temere circumro-

στὰς κυκλικοῦ χοροῦ κατὰ ῥυθμὸν ἴσα βαίνοντος καὶ συμπεριδινουμένης, πόθεν ἀδιάκτοι, καὶ ἀπροαίρετοι, καὶ ἀγνῶτες ἀλλήλων συνέμποροι παμπληθεῖς συνανεχράφησαν. καλῶς τε ὁ Προφήτης ἐν τοῖς ἀδυνάτοις καὶ ἀνενδέκτοις ἔταξε, τὸ ξένους καὶν δύο συνδραμεῖν· [h] Εἰ πορεύσονται, φησὶ, δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ καθόλου, ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτούς;

Ταῦτ' εἰπὼν, (inquit Eusebius) μυρία τε ἄλλα τούτοις ἐπαγαγὼν, ἐξῆς κατασκευάζει διὰ πλειόνων τὸ προβλημα, ἀπό τε τῶν κατὰ μέρος στοιχείων τοῦ παντὸς, ἀπό τε τῶν ἐν τούτοις παντοδαπῶν ζώων, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως. ἐξ ὧν ἔτι βραχέα τοῖς εἰρημένοις προσθεὶς, καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον.

VII.

Καὶ οὔτε ἑαυτοὺς, οὔτε τὰ περὶ ἑαυτοὺς ὁρῶσιν. εἰ γάρ τις τῶν ἀρχηγετῶν τοῦ τῆς ἀσεβείας ταύτης δόγματος, ἑαυτὸν ὅστις ἐστι καὶ ὅθεν, ἀνελογίζετο, ἐφρόνησεν ἂν ὥστε

tetur; sed chorus ille tantus composito æqualique gressu procedat, et in orbem una volvatur: aut quo pacto fiat, ut tam multi ejusdem viæ socii, a nemine ordinati, nullo præditi consilio, sibique mutuo ignoti omnes, tanta simul concordia susceptum iter conficiant? Merito enim Propheta, hoc tanquam ex iis unum quæ nec fieri nec ostendi queant, protulit, ut duo simul peregrini concurrant, dum ait, *Convenientne duo in idem diversorium, si non se mutuo noverint.*

Hæc ille. Qui sexcenta alia persequutus, susceptum deinceps argumentum pluribus confirmat, partim ex singulis universi elementis, partim ex omnis generis animantium, quæ complectuntur, multitudine: partim ex ipsa quoque hominis natura depromptis. E quibus ubi pauca quædam superioribus addidero, tum demum huic libro finem imponam.

VII.

Ac ne se quidem ipsos, nec quæ naturæ suæ propria sunt, isti vident. Si quis enim ex illis impiæ doctrinæ principibus, qui tandem, aut unde sit, cum animo reputaret suo, is

[h] Amos iii. 3.

πῶς συνηθημένος ἑαυτῷ, καὶ εἶπεν ἂν οὐ πρὸς τὰς ἀτόμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Ποιητὴν ἑαυτοῦ· [i] Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με· καὶ προσεπεξεργάσατο ἂν ὡς ἐκεῖνος τὸν θαυμάσιον τῆς ποιήσεως ἑαυτῷ τρόπον, [k] Ἡ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔπηξας. Ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοὶ, ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. Πόσας γὰρ ἀτόμους ὁ Ἐπικούρου πατὴρ, καὶ ποσαπὰς ἐξ ἑαυτοῦ προέχεεν, ὅτ' ἀπεσπέρμαινεν Ἐπίκουρον; καὶ πῶς εἰς τὴν μητρῴαν αὐτοῦ κατακλειοθεῖσαι γαστέρα, συνεπάγησαν, ἐσχηματίσθησαν, ἐμορφώθησαν, ἐκινήθησαν, ηὐξύνθησαν; καὶ πολλὰς ἡ βραχεῖα ῥανὶς τὰς Ἐπικούρου ἀτόμους προσκαλεσαμένη, τὰς μὲν ἐπημφίεσεν αὐτῶν δέρμα καὶ σάρκα γενομένας, ταῖς δὲ ὀστωθείσαις ἠνώρθωται, ταῖς δὲ συνεδέθη νευρορραφεμένη; τά τε ἄλλα πολλὰ μέλη, καὶ σπλάγχνα, καὶ ἔγκατα, καὶ αἰσθητήρια,

profecto velut in suimet sensum adductus, saperet illico, atque hac voce, non jam atomos, sed Patrem ipse Creatoremque suum appellaret, *Manus tuæ formaverunt me, et fecerunt me.* Et quemadmodum alter ille, admirabilem molitionis suæ rationem pertexeret, *Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseam me coagulasti? Pelle et carne vestisti me, ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi et visitatio tua custodivit spiritum meum.* Quot enim, amabo, et cujusmodi atomos Epicuri pater ex se profudit, cum Epicurum proseminaret? Quomodo in matris ejus alvum inclusæ coaluerunt, figuram ac formam acceperunt, commotæ sunt, auctæ sunt? Quomodo ros ille perexiguus, plurimas Epicuri atomos cum advocasset, alias in cutem carnemque mutatas convestivit, aliis in ossa conversis erectior ac solidior constitit, aliis nervorum complexu illigatus est? Quo denique modo vim tantam membrorum aliorum, viscerum, intestinorum,

[i] Ps. cxviii. 73. [k] Job. x. 10.

τὰ μὲν ἔνδοθεν, τὰ δὲ ὑύραθεν ἐφήρμοσε, δι' ὧν ἐζωογονήθη τὸ σῶμα; ὧν οὐδὲν ἀργὸν, οὐδὲ ἀχρεῖον παρατεθῆ· ἐπεὶ μηδὲ τὰ φαυλότατα, μήτε τρίχες, μήτε ὄνυχες· πάντα δὲ, τὰ μὲν, πρὸς τὸ τῆς συστάσεως ὄφελος, τὰ δὲ, πρὸς τὸ καλλὸς τῆς ὄψεως συντελεῖ. οὐ γὰρ τῆς χρείας μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς ὥρας ἐπιμελὴς ἡ Πρόνοια. ἔρυμα μὲν γὰρ καὶ σκέπασμα πᾶσι τῆς κεφαλῆς ἡ κόμη· εὐπρέπεια δὲ ὁ πώγων τῷ φιλοσόφῳ. τήν τε τοῦ ὅλου σώματος τοῦ ἀνθρωπείου φύσιν ἐκ τῶν μερῶν ἀναγκαίων πάντων ἥρμοσε, καὶ τοῖς μέλεσι πᾶσι τήν τε πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν περιέβαλε, καὶ τὴν παρὰ τοῦ ὅλου χορηγίαν ἐπεμέτρησεν. ὧν τὰ μὲν ὁλοχερῆ, καὶ τοῖς ἰδιώταις ἐκ τῆς πείρας, ἣν ἔχει δύναμιν, πρόδηλα· κεφαλῆς ἡγεμονία, καὶ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, ὥσπερ ἄρχοντα ἐν ἀκροπόλει τῶν αἰσθήσεων ἡ δορυφορία· προσιοῦσαι (for. προϊοῦσαι *Vigerus.*) μὲν ὄψεις, ἀναγγέλλουσαι δὲ ἀκοαὶ, ἐδωδὴ δ' ὥσπερ φορτηγοῦσα, ὄσφρησις καθάπερ ἀνιχνεύουσα καὶ

sensus instrumentorum, intrinsecus extrinsecusve conflavit, quæ vivum ac spirans corpus efficeret? Nam ex illis quidem omnibus otiosum nihil est, nihil inutile, non pili, non ungues, non cætera quæ abjectissima videri possint: omnia vel ad constituendam ejus integritatem, vel ad speciem dignitatemque conducunt. Nec enim usui duntaxat uni Providentia, sed etiam pulcritudini ac formæ prospicit. Itaque totius capitis propugnaculum quoddam ac tegumentum coma est: barba philosophi decus et ornamentum. Illa igitur integri corporis humani naturam ex partibus necessariis omnibus coagmentavit, membrisque omnibus cum mutuam inter se communionem indidit, tum ex totius etiam opibus prolixe admodum ac liberaliter admensa est. Et membra quidem potissima, quam vim et facultatem habeant, usu et experientia ipsi etiam idiotæ norunt: capitis principatus, circa cerebrum tanquam imperatorem, sensuum in acropoli excubiæ atque præsidia, progredientes oculi, aures nuncios perferentes, gustatus velut commeatum annonamque convehens, olfac-

διερευνωμένη, καὶ ἡ ἀφὴ πᾶν διατάπουσα τὸ ὑπήκοον. (κεφαλαιωδῶς γὰρ νῦν ὀλίγα τῶν τῆς πανσόφου προνοίας ἔργων ἐπιδραμούμεθα, μετ' ὀλίγον ἀκριβέστερον τοῦ Θεοῦ διδόντος ἐπεξεργασόμενοι, ὅταν πρὸς τὸν δοκοῦντα λογιώτερον ἀποτεινώμεθα.) χειρῶν διακονία, δι' ὧν ἐργασίαι τε παντοῖαι, καὶ πολυμήχανοι τελοῦνται τέχναι, ταῖς κατὰ μέρος δυνάμεσιν εἰς μίαν συνεργίαν διηρθρωμένων· ὤμων τε ἀχθοφορίαι, καὶ κατοχαὶ δακτύλων, ἀγκώνων τε καμπαὶ, πρός τε τὸ σῶμα εἴσω τρεφόμεναι, καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀπονεύσαι, ἵνα ἐφέλκεσθαί τε καὶ ἀπωθεῖσθαι δύνωνται· ποδῶν ὑπηρεσία, δι' ὧν πᾶσα ἡμῖν ὑποπέπλωκεν ἡ περίγειος κτίσις, βάσιμος ἡ γῆ, πλωτὴ ἡ θάλασσα, περάσιμοι οἱ ποταμοὶ, καὶ πάντων πρὸς πάντα ἐπιμιξία. γαστὴρ ταμεῖον τροφῶν, πᾶσι τοῖς συντεταγμένοις μέλεσιν, ἐξ ἑαυτῆς ἐν μέτρῳ τὸ σιτηρέσιον διανέμουσα, καὶ τὸ περιττεῦον ἐκτιθεμένη. καὶ τὰ ἄλλα δι' ὅσων ἐμφανῶς ἡ δι-

tus indagans quodammodo atque vestigans, tactus subdita omnia digerens et ordinans. (Nunc enim ex sapientissimæ Providentiæ operibus summatim pauca tantum aliqua percurrimus, iidem paulo post, cum adversus illum, cujus major est eruditionis opinio, disputabimus, uberius Deo duce, ac plenius omnia persequemur.) Manuum ergo deinceps ministerium, quæ omnis generis functiones obeunt, artesque moliuntur singularis ingenii, propriis quibusque facultatibus ad unam functionum societatem instructæ: humeri gestandis oneribus idonei, digitorum prehensiones, flexiones cubitorum, quæ uti res vel attrahere possint vel depellere, intrinsecus extrinsecusque versantur: pedum obsequium, per quos creata circa terram omnia nobis obsecundant, quibus terræ peragrantur, navigantur maria, fluvii trajiciuntur, omnium commercia cum omnibus ineuntur. Venter ciborum ærarium, membris omnibus suo quibusque loco et ordine collocatis, justam per se se annonam distribuens, et quicquid superfluum est, ejiciens. Ac cætera, quorum vi humanæ fir-

οἴκησις τῆς ἀνθρωπείου μεμηχάνηται διαμονῆς. ὧν ὁμοίως τοῖς ἄφροσιν ἔχοντες οἱ σοφοὶ τὴν χρῆσιν, οὐκ (for. οὐχ ὁμοίαν) ἴσχουσι τὴν γνῶσιν. οἱ μὲν γὰρ εἰς ἣν ἂν οἰηθῶσιν ἀθεότητα (for. θεότητα *Vigerus.*), τὴν ἐπιστημονικωτάτην περὶ πάντων, καὶ τὴν εἰς ἑαυτοὺς εὐεργετικωτάτην ἀναφέρουσιν οἰκονομίαν, κρείττονος καὶ θείας ὄντως φρονήσεώς τε καὶ δυνάμεως ἔργον αὐτὴν εἶναι πιστούμενοι· οἱ δὲ, συντυχίᾳ καὶ συμπτώσει τῶν ἀτόμων, ἀσκόπως τὴν θαυμασιωτάτην καλλιεργίαν ἀνατιθέασι. τὴν δὲ ἐνεργεστέραν ἔτι τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τὴν τῶν ἐνδοσθίων διάθεσιν, ἰατροὶ μὲν ἀκριβῶς διερευνησάμενοι καὶ καταπλαγέντες, ἐξεθείασαν τὴν φύσιν· ἡμεῖς δὲ ὕστερον ὡς ἂν οἷοί τε γενώμεθα, κἂν ἐπιπολῆς, ἀναθεωρήσομεν. καθόλου δὲ καὶ συλλήβδην, ὅλον τοῦτο τὸ σκῆνος τίς τοιοῦτον ἐσκηνοποίησεν, ὑψηλὸν, ὄρθιον, εὔρυθμον, εὐαίσθητον, εὐκίνητον, εὐεργὸν, παντουργόν; ἡ τῶν ἀτόμων ἄλογος, φασὶ, πληθύς. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἰκόνα πηλίνην ἐκεῖναι συνελθοῦσαι

mitatis et conservationis ratio continetur. Horum usus in stultis æque sapientibusque similis est, cognitio dissimilis. Alii quippe quam animo Divinitatem informarint, ad eam, ut quæ rerum omnium scientissima sit, atque in se ipsos beneficentissima, totam referunt hujus œconomiæ rationem, quod eam superioris cujusdam prorsusque divinæ cum sapientiæ tum potestatis opus existiment: alii contra insulse admodum, fortunæ et casui administrationem summa dignissimam admiratione defendunt. At vero efficaciorem adhuc rerum istarum considerationem, et partium interiorem rationem, medici quidem altius diligentiusque rimati, ac vehementius admirati, Divinitatem naturæ tribuerunt: nos eam postea, jejune fortassis et exiliter, at pro facultate nostra persequemur. Nunc ut universe hoc summatimque dicamus, ecquis obsecro, totum hoc tabernaculum fabricatus est, sublime, altum, erectum, elegans, ad sensum, motum, actionem, et omne quidem actionis genus tam egregie comparatum? Ista videlicet atomorum multitudo rationis expers. At ille, ut maxi-

πλάσαιεν, οὐδ' ἀνδριάντα λίθινον ξέσαιεν, οὐδ' ἂν εἴδωλον ἀργυρᾶν ἢ χρυσᾶν χωνεύσασαι προσαγάγοιεν. ἀλλὰ τέχναι καὶ χειρουργίαι τούτων, ὑπ' ἀνθρώπων εὑρηνται σωματουργῶν (al. σωματεργοί *Vigerus.*). ὧν δὲ ἀπεικασίαι καὶ σκιαγραφίαι δίχα σοφίας οὐκ ἂν γένοιντο, πῶς τὰ ἀληθῆ καὶ πρωτότυπα τέτων αὐτομάτως συμβέβηκε; ψυχὴ δὲ, καὶ νοῦς καὶ λόγος, πόθεν ἐγγέγονε τῷ φιλοσόφῳ; ἢ παρὰ τῶν ἀψύχων καὶ ἀνοήτων καὶ ἀλογίστων ἀτόμων ταῦτ' ἠρανίσατο; κἀκείνων αὐτῷ τι ἐκάστη νόημα καὶ δόγμα ἐνέπνευσεν; καὶ ὥσπερ ὁ Ἡσιόδου μῦθος, τὴν Πανδώραν φησὶν ὑπὸ τῶν Θεῶν, ἔτως ἡ σοφία τἀνδρὸς ὑπὸ τῶν ἀτόμων συνετελέθη; καὶ ποίησιν δὲ πᾶσαν, καὶ πᾶσαν μουσικὴν, ἀστρονομίαν τε, καὶ γεωμετρίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας, ἐκέτι Θεῶν εὑρήματα καὶ παιδεύματα φήσουσιν Ἕλληνες εἶναι, μόναι δὲ γεγόνασιν ἐμπειρικαὶ καὶ σοφαὶ πάντων αἱ Ἄτομοι Μοῦσαι; ἡ γὰρ ἐκ τῶν ἀτόμων Ἐπικούρου Θεογονία, τῶν μὲν ἀπείρων κόσμων

me conveniant, ne luteam quidem imaginem formare, aut lapideum simulacrum perpolire, aut argenteum vel aureum idolum conflare possint: quorum omnium proprias manuum artes, fingendis aptas corporibus, hominum excogitavit industria. Quorum igitur sine sapientia vel adumbrari species informarique non possit, horum vera ipsa exemplaria, qui tandem existere per se se temereque potuerunt? Jam animum ipsum, mentem, atque rationem philosophus unde habet? Ea-ne ab inanimis, et mentis ac rationis expertibus atomis emendicavit, quæ sibi aliquam singulæ notionem dogmaque propriam infuderint? et quemadmodum Pandoram a Diis Hesiodus fabulatur, sic ab atomis absoluta hominis sapientia fuerit? Ita poesin deinceps omnem, omnemque musicam, astronomiam, geometriam, cæterasque doctrinas, Deorum inventa Græci atque instituta vocare desinant: solæ omnium peritæ, ac sapientes Atomi, Musæ celebrentur. Nam illa quidem ex atomis Epicuri Theogonia, ex infinitis etiam mun-

ἔρρός ἐστιν, εἰς δὲ τὴν ἄπειρον ἀκοσμίαν πεφυγάδευται.

Ἐργάζεσθαι δέ γε καὶ διοικεῖν, καὶ εὐεργετεῖν τε, καὶ προκήδεσθαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, τοῖς μὲν ἀργοῖς, καὶ ἄφροσι, καὶ ἀσθενέσι, καὶ κακούργοις, ἴσως ἐπαχθῆ, οἷς ἐγκατέλεξεν ἑαυτὸν Ἐπίκουρος, τοιαῦτα φρονήσας περὶ τῶν Θεῶν. τοῖς δὲ σπουδαίοις, καὶ δυνατοῖς, καὶ συνετοῖς, καὶ σώφροσιν, οἵους εἶναι χρὴ τοὺς φιλοσόφους· πόσῳ γε μᾶλλον τοὺς Θεούς; οὐχ ὅπως ἀηδῆ ταῦτα καὶ προσάντη, ἀλλὰ καὶ τερπνότατα, καὶ πάντων μᾶλλον ἀσπαστότατα, οἷς τὸ ἀμελὲς, καὶ τὸ μέλλειν τι πράττειν τῶν χρηστῶν, ὄνειδος, ὡς ἐκείνους τε ποιητὴς (for. ὁ ποιητὴς) νουθετεῖ συμβουλεύων,

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον·

καὶ προσεπαπειλῶν,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει·

ἡμᾶς τε σεμνότερον παιδεύει προφήτης, θεοπρεπῆ μὲν ὄντως ἔργα τὰ κατ' ἀρετὴν ὑπάρχειν λέγων, τὸν δὲ ὀλιγω-

dis exulavit, in infinitam perturbationis vastitatem ejecta.

Moliri aliquid, administrare, benefacere, providere, aliaque similia, inertibus quidem ac stultis, debilibus ac nequam, molesta forte sint, quorum se numero, dum talia de Diis sentit, Epicurus adjungit. At vero studiosis, valentibus, industriis, atque solertibus, cujusmodi philosophos (quanto magis Deos?) esse oporteat; non modo non injucunda hæc atque aspera, verum etiam jucundissima sunt, omniumque suavissima: quibus negligentia rerumque bonarum procrastinatio dedecori vertitur; ad quos illud commonentis poetæ consilium pertinent,

——*Cras ne expectato:*
Cui mox comminationem hanc adjungit,
Cunctator damnis semper luctatur acerbis.

At nos gravius instituit propheta, dum et actiones cum virtute conjunctas Deo vere dignas esse pronuntiat, et ne-

ῥῆντα τούτων, ἐξάγιστον. [1] Ἐπικατάρατος γάρ, φησιν ὁ ποιῶν τὰ ἔργα Κυρίου ἀμελῶς. εἶτα καὶ τοῖς μὲν ἀμαθέσιν ἠστινοσοῦν τέχνης καὶ ἀτελεστέροις, διὰ τὸ τὴν πεῖρας ἄηθες καὶ τὸ τῶν ἔργων ἀτριβὲς, κάμαλος ἐγγίνεται ταῖς ἐπιχειρήσεσιν· οἱ δὲ προκόπτοντες, καὶ μᾶλλον ἔτι οἱ τέλειοι, ῥᾳδίως ἂ μετίασι κατορθοῦντες γάννυνται, καὶ μᾶλλον ἂν ἔλοιντο τὸ τὰ εἰωθότα πράττοντες ἀνύειν καὶ τελεσιεργεῖν, ἢ πάντα σφίσιν ὑπάρξαι τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθά. Δημόκριτος γοῦν αὐτὸς, ὥς φασιν, ἔλεγε βούλεσθαι μᾶλλον μίαν εὑρεῖν αἰτιολογίαν, ἢ τὴν (for. τὴν τῶν) Περσῶν οἱ βασιλέαν γενέσθαι· καὶ ταῦτα, μάτην καὶ ἀναιτίως αἰτιολογῶν, ὡς ἂν ἀπὸ κενῆς ἀρχῆς, καὶ ὑποθέσεως πλανωμένης ὁρμώμενος, καὶ τὴν ῥίζαν, καὶ τὴν κοινὴν ἀνάγκην τῆς τῶν ὄντων φύσεως οὐχ ὁρῶν, σοφίαν δὲ μεγίστην ἡγούμενος, τὴν τῶν ἀσόφως καὶ ἠλιθίως συμβαινόντων κατανόησιν, καὶ τὴν τύχην, τῶν μὲν καθόλου καὶ τῶν θείων

farium illum, a quo negligantur, appellat. *Maledictus enim qui facit opera Domini negligenter.* Deinde ut in quavis arte rudes et inchoati, propter experientiæ novitatem, atque operum insolentiam, dum ad rem se se primum accingunt, molestiam patiuntur: ita qui aliquid profecere, multoque magis qui perfecti jam sunt, ii quæ susceperint dum facile feliciterque conficiunt, exultant animis, ac solennium operum absolutionem, bonis hominum omnibus anteponunt. Et vero Democritus ipse, caussam unam aliquam, ut ferunt, invenire, quam sibi Persarum imperium obvenire maluisset: atque id homo qui caussas frustra caussisque sublatis inquireret, cum inane principium, ac plenam erroris hypothesim sequutus, atque in radice communique naturæ rerum necessitate cæcutiens, eorum quæ imprudenter stolideque contingerent notitiam, summæ sapientiæ genus putaret, fortunamque rerum universalium atque divinarum dominam reginam-

[1] Jer. xlviii. 10.

δέσποιναν ἐφιεὰς καὶ βασιλίδα, καὶ πάντα γενέσθαι κατ' αὐτὴν ἀποφαινόμενος· τὲ ἢ τῶν ἀνθρώπων αὐτὴν ἀποκηρύττων βίου, καὶ τοὺς προσεύχονται αὐτὴν ἐλέγχων ἀγνώμονας. τῶν γοῦν ὑποθηκῶν ἀρχόμενος λέγει· "Ἀνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο, προφάσιν ἰδίης ἀνοίης. "Φύσει γὰρ γνώμη τύχη (for. γνώμη τύχη) μάχεται· καὶ "τὴν ἐχθίστην τῇ φρονήσει, ταύτην αὐτὴν ἔφασαν κρα- "τεῖν· μᾶλλον ἢ καὶ ταύτην ἄρδην ἀναιρεῦντες, καὶ ἀφα- "νίζοντες, ἐκείνην ἀντικαθιεᾶσιν αὐτῆς. οὐ γὰρ εὐτυχῆ "τὴν φρόνησιν, ἀλλ' ἐμφρονεςάτην ὑμνοῦσι τὴν τύχην." Οἱ μὲν οὖν τῶν βιωφελῶν ἔργων ἐπισάται, ταῖς προὸς τὸ ὁμόφυλον ἐπικουρίαις ἀγάλλονται, ἐπαίνου τε ὀρέγονται καὶ κλέους ἐφ' οἷς αὐτῶν προκάμνουσιν, οἱ μὲν τρέφοντες, οἱ δὲ κυβερνῶντες, οἱ δ' ἰώμενοι, οἱ δὲ πολιτευόμενοι· οἱ δέ γε φιλόσοφοι, καὶ σφόδρα παιδεύειν ἐπιχειρεῖντες ἀνθρώπους φρυάττονται. Ἢ τολμήσουσιν Ἐπίκουρος ἢ Δη-

constituens, cæteraque omnia ejus arbitrio fieri pronuntians, eandem tamen ab humanæ vitæ commercio procul ablegaret, quique illam colerent, insulsos esse convinceret. Sane quidem ipsomet institutionum suarum exordio, sic loquitur: "Homines," inquit, "dum "stultitiæ suæ velum quære- "rent, vanum fortunæ simu- "lacrum finxerunt: (pugnat "enim suapte natura cum for- "tuna consilium,) inimicissi- "mamque prudentiæ dominari "voluerunt; tametsi potius "hac etiam exterminata fun- "ditusque sublata, ejus in lo- "cum alteram illam sufficiunt; "nec enim fortunatam isti "prudentiam, sed prudentissi- "mam canunt celebrantque "fortunam." Porro utilium vitæ operum moderatores omnes, navanda suis opera maxime delectantur, laudemque simul et gloriam cum laboribus suis pro communi salute susceptis compensari volunt: alii quidem alendo, regendo alii, alii medendo, alii rempublicam gerendo: ipsique adeo philosophi suo illo instituendorum hominum conatu ac studio majorem in modum efferuntur. Audebunt-ne vero Epicurus et Democritus dicere, molestum sibi atque invisum

μάκριτος εἰπεῖν, ὡς ἀλλάλοισι φιλοσοφοῦντες; ἀλλ' οὐδὲ θυμηδίαν ταύτης ἂν ἑτέραν προθεῖντο. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἡδονὴν εἶναι φρονοῦσιν, ἀλλ' αἰδεσθήσονταί γε μὴ λέγειν ἥδιον αὐτοῖς εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν. τοὺς δὲ Θεοὺς περὶ ὧν οἱ μὲν ποιηταὶ παρ' αὐτοῖς ἄδουσι, δοτῆρας ἐάων· ἕτοι δὲ οἱ φιλόσοφοι μετὰ τωθάσας εὐφημοῦσι, Θεοὶ πάντων ἀγαθῶν ἀδώρητοί τε καὶ ἀμέτοχοι. καὶ τίνι τρόπῳ τεχμηριοῦνται Θεοὺς εἶναι, μήτε παρόντας καὶ πράττοντάς τι ὁρῶντες, ὡς οἱ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας θαυμάσαντες, διὰ τὸ θέειν ἔφασαν κεκλῆθαι Θεούς· μήτέ τινα δημιουργίαν αὐτοῖς ἢ κατασκευὴν προσνέμοντες, ἵν' ἐκ τοῦ θεῖναι, τοῦτ' ἔστι ποιῆσαι, θεοποιήσωσιν αὐτούς· (τοῦτο γὰρ ἕνεκα πρὸς ἀληθειαν ὁ τῶν ἁπάντων ποιητὴς καὶ δημιουργὸς μόνος ἐστὶ Θεός·) μήτε διοίκησιν, ἢ κρίσιν, ἢ χάριν αὐτῶν τινα πρὸς ἀνθρώπους ἐκτιθέμενοι, ἵνα φοβῶν ἢ τιμὴν ὀφλήσαντες προσκυνήσωμεν αὐτοῖς;

Ἦ τοῦ κόσμου προκύψας Ἐπίκουρος, καὶ τὸν ἐράνιον

esse philosophandi munus? Imo non aliam profecto huic animi voluptatem anteponant: Etsi enim bonum voluptatem omnem esse statuunt, hoc tamen dicere verebuntur, philosophari sibi non esse vulgari voluptate jucundius. Deos porro, quos poetæ quidem *bonorum auctores* prædicant, philosophi vero isti, nullius omnino boni vel auctores esse, vel participes ridendo jactant; Deos, inquam, illos, quibus tandem rationibus ut Deos esse putent adducuntur; quos nec præsentes videant, nec rerum quicquam molientes: (quod sequuti saltem videntur, qui solem, lunam, ac stellas admirati, Θεοὺς hoc est Deos, διὰ τὸ θέειν, id est, a currendo vocatos esse dixerunt) nec ullo prorsus in operum aut functionum genere versari credant, ut eos ἐκ τοῦ θεῖναι, hoc est ab efficiendo θεοποιήσωσιν, Deos efficiant: (propterea quippe omnium effector atque molitor unus vere Deus est,) nullo denique vel gubernationis, vel judicii, vel beneficii vinculo cum hominibus teneri velint, ut cultum iis aliquem vel metu, vel honoris caussa debeamus?

Num Epicurus forte, cum ultra mundum hunc prospici-

ὑπερβὰς περίβολον, ἢ διά τινων κρυφίων ἂς μόνος οἶδεν, ἐξελθὼν πυλῶν, ὃς (for. τὰς *Vigerus.*) ἐν τῷ κενῷ κατεῖδε Θεὰς, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακάρισε τρυφήν· κἀκεῖθεν ἐπιθυμητὴς γενόμενος τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτὴς διαίτης, οὕτω πάντας ἐπὶ τὴν τῶ μακαρισμῶ τούτου μετουσίαν, ἐξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, παρακαλεῖ· συμπόσιον αὐτοῖς μακάριον, οὐχ ὅπερ οἱ ποιηταὶ, τὸν ἀρανὸν ἢ τὸν Ὄλυμπον, ἀλλὰ τὸ κενὸν συγχροτῶν, ἔκ τε τῶν ἀτόμων τὴν ἀμβροσίαν αὐτοῖς παρατιθεὶς, κἄ προπίνων αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ νέκταρ; καὶ δὴ καὶ κατ' ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὅρκους τε καὶ ἐρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, ὀμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία καὶ νὴ Δία, ἐξορκῶν τε τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διαλέγοιτο, πρὸς τῶν Θεῶν, οὔ τί που δεδιὼς αὐτὸς (for. αὐτοὺς *Vigerus.*), ἢ δεδιττόμενος ἐκείνους (for. εἰς ἐκείνους) τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν ἢ τοῦτο, κἄ ψευδὲς, κἄ ἀργὸν, κἄ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς λόγοις αὐτοῦ παρ-

ens, ac cœlestem illum ambitum prætergressus, aut per occultum quoddam posticum, sibique soli notum egressus, Deos in vacuo degentes vidit, ac summam eorum tantis in deliciis felicitatem admiratus, voluptatem inde concupiscit, atque illam quæ in vacuo ducitur vitam æmulatus, omnes continuo tanquam Deorum illorum similes futuros, ejus ad felicitatis communionem ac societatem invitat. Quibus ille cœnaculum, non jam cœlum aut Olympum, ut poetæ, sed vacuum instruit, confectam ex atomis apponens ambrosiam, indidemque haustum nectar propinans. Cæterum iis de rebus, quæ nihil ad nos pertineant, mille juramenta sacrasque obtestationes suis passim libris inferciens, per Jovem assidue vel negat aliquid vel affirmat, lectoresque suos, et eos quibuscum ipse disputat, Deorum obstringit religione, non quod illos ipse vereatur, aut perjurium ullo modo reformidet; sed inanem hanc atque mendacem, vanamque ac nihil omnino significantem disputationum suarum appendicem effutiens, non

ἄρτημα, οἷον εἰ καὶ χρέμπτοιτο ἢ πτύοι, τό, τε πρόσωπον στρέφοι, καὶ τὴν χεῖρα κινοίη. τοιαύτη γὰρ ἀδιανόητος ἦν ἡ παρ' αὐτῷ καὶ ματαία ὑπόκρισις, ἡ τῶν Θεῶν ὀνομασία. ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρόδηλον, ὅτι μετὰ τὸν Σωκράτους θάνατον κατεπήχως Ἀθηναίους, ὡς μὴ δοκοίη τοῦθ' ὅπερ ἦν, ἄθεος εἶναι, κενὰς αὐτοῖς ἀνυποστάτων Θεῶν τερατευσάμενος ἐζωγράφησε σκιάς. οὔτε γὰρ εἰς ὑρανὸν ἀνέβλεψε νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα τῆς ἐναργοῦς ἄνωθεν φωνῆς ἀκούσῃ, ἧς ὁ προσεκτικὸς θεατὴς κατακούσας ἐμαρτύρησεν, ὅτι [m] Οἱ ὑρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ὅτε τῇ διανοίᾳ κατεῖδεν εἰς τοὔδαφος· ἔμαθε γὰρ ἄν, ὅτι [n] τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ, καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. [o] Καὶ μετὰ ταῦτα γάρ, φησι, Κύριος εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψε, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς. εἰ δὴ μὴ σφό-

aliter ac si excreet aut expuat, aut convertat vultum, aut manum commoveat. Ejusmodi quippe omnis ista Deorum appellatio est, superflua quædam ac sensus expers studiique simulatio. At illud quidem longe certissimum, cum Athenienses a Socratis interitu metueret, ne qualis erat atheos esse videretur, vacuas iis leviculorum Deorum umbras novum circulatorem informasse. Nec enim profecto aut spiritalibus unquam oculis suspexit in cœlum, ut clarissimam illam superioribus e locis vocem exaudiret, qua intentus ille contemplator afflatus cum esset, exclamavit, *Cæli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum.* Aut vero solum ipsum mente despexit; hoc enim si fecisset, didicisset utique, quod *Misericordia Domini plena est terra,* quodque, *Domini est terra, et plenitudo ejus.* Et illud, *Post hæc enim,* inquit, *Dominus in terram respexit, et implevit illam bonis suis. Anima omnis animantis operuit faciem ejus.* Qui

[m] Ps. xviii. 1. [n] Ps. xxxiv. 5. [o] Ecclus. xvi. 29, 30.

ἆρα τυφλώττουσιν, ἐπισκεψάσθωσαν τὴν παμποίκιλον τῶν ζώων πολυπλάθειαν, τὰ χερσαῖα, τὰ πτηνὰ, τὰ ἔνυδρα, καὶ καταυοησάτωσαν ὡς ἀληθὴς ἐπὶ τῇ πάντων κρίσει (for. κτίσει *Vigerus.*) γέγονεν ἡ μαρτυρία τοῦ δεσπότου, ᾗ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ προσταξιν πέφηνε καλά. Extant hæc in capp. v. postremis libri penultimi *Præparat. Evangelicæ* Eusebii pag. 772. et sqq. edit. Vigerianæ.

si nimia cæcitate non laborant, tantam illam ac tam variam animantium multitudinem contemplentur, terrenarum, volatilium, aquatilium, ac demum intelligant, quam verum hoc in omnium procreatione testimonium fuerit, *Et omnia secundum ejus mandatum extiterunt bona.*

EX LIBRIS IISDEM DE NATURA.

Οὐχ ἁπλως τῶν μεγίστων τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ αἰῶνος· ἀλλὰ πάντων καὶ τῶν ἐλαχίστων ἄπειρος ἀτέλεστος τῶν (for. ἀτέλεστός τε) ἐν ἀνθρώποις ἡ γνῶσις. Extat in *Sacris Parallelis*, pag. 752. tom. ii. edit. Lequien. Op. S. Joannis Damasceni.

Non modo maximarum rerum orbis, et earum quæ sub ipso sunt, quin etiam numeri τοῦ αἰῶνος; sed et omnium prorsus etiam minimarum ignara est atque rudis humana cognitio.

ANNOTATIONES

IN S. DIONYSII ALEXANDRINI

FRAGMENTA,

QUÆ EX LIBRIS EJUS DE NATURA SUMPTA SUNT.

P. 345. l. 3. Ex libris ejus de Natura ad Timotheum] Ait Eusebius in *Hist. Eccl.* lib. vii. cap. 26. postquam epistolas aliquot Dionysii recensuit, Καὶ ϖλείους δὲ ϖαρὰ ταύτας εἰσὶν αὐτῦ ϖαρ' ἡμῖν ἐπιϛολαὶ, καὶ δὴ καὶ ϖολυεπεῖς λόγοι ἐν ἐπιϛολῆς χαραϰτῆρι γραφέντες· ὡς οἱ ϖερὶ φύσεως Τιμοθέῳ τῷ ϖαιδὶ ϖροσπεφωνημένοι, καὶ ὁ ϖερὶ ϖειρασμῶν· &c. *Sed et aliæ plures sunt apud nos illius epistolæ: et prolixiores libri, epistolari forma ac stilo conscripti. Cujusmodi sunt illi de Natura libri, Timotheo puero dedicati. Item liber de Tentationibus,* &c. Ubi Valesius, "Ex hoc libro de Natura in-"signe fragmentum affert Eusebius in lib. xiv. de præpa-"ratione sub finem. Hic porro Dionysii liber de Natura "nuncupatus erat Τιμοθέῳ τῷ ϖαιδί. Quæ quidem vox am-"biguæ significationis est. Musculus quidem et Christo-"phorsonus *filium* interpretati sunt. Ego *puerum* verti. "Neque enim existimo Dionysium conjugem unquam "habuisse. Eadem difficultas occurrit supra in lib. vi. "cap. 40." Hæc ille. Ibi nimirum reddita fugæ suæ ratione in hunc modum Dionysius locutus est, ἔγω τε καὶ οἱ ϖαιδὲς ϰ᾽ ϖολλοὶ τῶν ἀδελφῶν ἅμα συνεξήλθομεν: porro ubi illas res narrat, quæ sibi post fugam hanc contigerunt, antequam Alexandriam urbem rediisset, ibi de Timotheo fit mentio; unde judice Fabricio ad Hieronymum *De Viris Illustr.* cap. 69. filium Dionysii Timotheum hunc fuisse colligendum est. Idem porro de conjugio Dionysii videntur sentire et Tillemontius in *Mémoires Eccl.* vol. iv. p. 101. ed. Bruxel. et Strothius annotans ad diversos historiæ Eusebianæ locos. Sin ita se res habebat, nondum tamen episcopum factum esse Dionysium, cum natus fuerit Timotheus, crediderim, propterea quod tempus episcopatus ejus anno sedecim non excederet; et quia gravis argumenti tractatum cuivis puerilem ætatem haud egresso vix

aut ne vix quidem dicavisset præsul Alexandrinus. Neque tamen cum Baraterio dicerem, illa de fuga sua a Dionysio commemorata indicare hunc Timotheum vel episcopum, vel presbyterum fuisse. Vide *Dissert.* ejus III. *de Pseudo-Dionysio Areop.* §. v. pag. 294. Cujus quidem Pseudo-Dionysii opera idem Barateriu cognomini Alexandrino idcirco maxime asseruit, quod et personatus Dionysius scripta sua omnia Τιμοθέῳ nuncupavit, quem παῖδα passim vocat. At vero personatus ille, qui libros suos plerosque ita inscripsit, Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος, ad Titum quoque, necnon, si diis placet, ad Joannem apostolum epistolas misit. Porro ad dicendi genus quod attinet, quicquid monuit ibi Baraterius, adeo id discrepat ab oratione veri Dionysii, ut nullum inde argumentum duci oporteat. Contraque tam latuit res istæc nonnullos veteres scriptores, ut traderent, Dionysium Alexandrinum in illa ipsa Pseudo-Dionysiana opera scholia conscripsisse. Cæterum divisum fuisse hoc opus *de Natura* in duos saltem libros, significant non tantum Eusebii verba supra adducta, sed et idem patet ex titulo ῥήσεως cujusdam in codice MSto *Parallelorum Joannis Monachi,* quem titulum invenias apud Montfauconium in *Catalogo Bibliothecæ Coislin.* p. 390. Est autem, Διονυσίου Ἀλεξ. περὶ φύσεως α'.

P. 345. l. 22. Πότερον ἔν ἐσι &c.] Quæ hic sequuntur, præter parvulam ῥῆσιν omnia in capitibus quinque postremis libri xiv. *Præparationis Evangelicæ* pag. 772. sqq. ed. Fr. Vigeri servantur, qui in Notis hæc scribit; "Pulcher-"rimum hoc S. Patris fragmentum, quod ad libri hujus "xiv. finem perducitur, Eusebianæ diligentiæ beneficium "est, quo alioqui, præter alia pleraque sapientissimi viri "monimenta, careremus." Ipse autem Eusebius ῥήσεις Dionysianas hunc in modum induxit. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Ἐγὼ δέ σοι καὶ Διονυσίου, τῆς κατὰ Χριςὸν φιλοσοφίας ἐπισκόπου ἀνδρὸς, ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως βραχέα τῶν πρὸς Ἐπίκουρον ἀντειρημένων παραθήσομαι. Σὺ δὲ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς ὅπως ἐχούσας αὐτοῦ φωνάς. *Hactenus Plato. Nunc juvat etiam ex Dionysii episcopi, hominis Christianam philosophiam professi, opere, quod de Natura conscripsit, pauca quædam e multis, quæ adversus Epicurum disputat, subjungere. Tu verba ejus ipsissima perlege.* Tum vero capiti 23. quo prima continetur ῥῆσις, hic titulus præfixus est; Πρὸς τοὺς κατ' Ἐπίκουρον πρόνοιαν μὲν ἀρνημένους, ἀτόμοις δὲ σώμασιν ἀνατιθέντας τὸ πᾶν. ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως Διονυσίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας. *Adversus Epicureos, qui et providentiam tollebant, et indi-*

viduis corporibus universa tribuebant. Ex Dionysii Alexandrini episcopi libris de Natura. Cæterum etsi ope, ut dixi, codicis MS. qui in Collegio S. Joannis Baptistæ Oxonii servatur, Dionysiana istæc pluribus locis emendare potui, id tamen mihi non licuit, quod facere aggressus sum in Notis ad MAXIMI et AFRICANI Fragmenta, ut veterem Georgii Trapezuntii interpretationem *Præparationis Evangelicæ* in hac parte adhiberem, cum inter plurima, quæ resecuit idem Trapezuntius, omissa sint ab eo tam capita posteriora libri hujus decimi quarti, quam totus liber ultimus sive decimus quintus.

P. 346. l. 5. ἀγέννητον] Ἀγένητον *non factum* cum ν simplici *MS.* supra dictus exhibet. Sed de his vocabulis supra aliquid notavi ad MAXIMI Fragmentum, quod ex eodem Eusebii opere in vol. I. desumpsi, p. 452. In superioribus l. 2. abest ab *cod. MSto* particula ἢ ante πολλά.

Ibid. l. 13. ἀποτελεῖν.] Perquam apte hæc verba exponere decreta Epicurea de atomis; atque convenire ea cum philosophi ipsius dictis in epistolis ejus ad Herodotum et Pythoclem, quæ supersunt, tum etiam cum Plutarchi (seu potius alius cujusdam auctoris) opere *De Placitis Philosophorum* lib. i. cap. 4. eruditissimus Stillingfleetus admonuit. Vid. *Origines* ejus *Sacras* lib. iii. cap. 2. §. 11.

Ibid. l. 16. ὁ δὲ Δημόκριτος] Cum positum sit Δημόκριτος in *MSto* non hic sed statim ante verbum ὑπέλαβεν, ex margine igitur in textum devectum nomen istud videtur, quo quidem non opus est. Cæterum Varro apud Ciceronem, *Jam vero*, inquit, *physica, si Epicurum, id est, si Democritum, probarem, possem scribere* &c. *Academic.* lib. i. cap. 2. Nonnulla vero, sed perpauca, mutabat Epicurus, teste eodem Cicerone, *De Finibus.* i. 6. et *De Nat. Deor.* i. 26.

P. 347. l. 1. οἱ δὲ, τὰς ἀτόμους μετονομάσαντες] Hic posui sumptum ex *MSto* μετονομάσαντες pro *edito* μὲν ὀνομάσαντες, cujus loco scribendum esse olim conjeceram μὴ ὀνομασάντες.

Ibid. l. 5. Διόδωρον] Diodorus hic est, qui cognomine Cronus dictus, ex Megaricis fuit philosophis; a Sexto Empirico sæpe commemoratus.

Ibid. l. 6. Ἡρακλείδης] Audi Edv. Corsinum in Syllabo editioni suæ præmisso libri superius commemorati *De Placitis Philosophorum*, p. xxx. "Heraclides *Ponticus* appellatus quod Heracleæ in Ponto natus esset, Aristotelis auditor fuit ex Laert. lib. v. seg. 86. adeoque circa Olymp. 110. floruisse debuit. De illo Fabricius *Bibl. Gr.* cap. xi. pag. 302."

P. 347. l. 7. Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς] Idem Corsinus p. xxvi. " Asclepiades *Prusiade*, vel, ut antea dicebatur, *Cio* Bi- " thyniæ urbe natus, oratoriam primum, mox medicam " artem excoluit. Pompeii magni temporibus floruit, eo- " que medico usus est Cicero, ut ipse testatur, lib. i. de " Oratore cap. 14. Vixit annis 150. Videndus Fabricius " lib. vi. cap. 9. pag. 87. Asclepiades alter Galeno memo- " ratus, Neronis proximorumque Cæsarum ætate floruit; " quemadmodum C. Calpurnius Asclepiades Prusa ad " Olympiam oriundus Trajani temporibus vixit, natusque " anno U. C. 840. septuagenarius interiit. Fabricius ibi- " dem, p. 90. Itaque ambiguum plane, quem ex Ascle- " piadis istis designet Plutarchus ubi variis in locis Ascle- " piadis opiniones exponit, quum uterque de rebus medi- " cis libros ibi a Fabricio recensitos ediderit." Hæc Corsinus. Quemcunque interea hominem Asclepiadis nomine scriptor *De Placitis* et Dionysius signare volebant, dum ὄγκοι atomi hic nominantur, non ὁ ὄγκος Asclepiades, tam Asclepiadem quam Heraclidem commemoravit in lib. *de Anima* Tertullianus, hunc in c. 9. illum in c. 15. Porro utrumque inter vetustiores illos atomistas recenset doctissimus Cudworthus, quos non atheos esse, sive Democrateos, credidit; vid. *Systema Intellectuale* cap. i. §. 16.

Ibid. l. 10. Πῶς αὐτῶν ἀναχώμεθα &c.] Præfixum est lemma hoc in Eusebii libris: Ἀπὸ τῶν ἐν ἀνθρώποις ὑποδειγμάτων. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Rerum inter homines vulgarium exemplis Epicureorum dogma refellitur. Ex eodem.*

Ibid. l. 12. καὶ καθ' ἑαυτὸ] Ut hic addidi particulam καὶ ex *MSto Coll. S. Joan.* desumptam, sic etiam ante voces εἶδε γὰρ, eandem restitui, nam eo loco ita et *R. Stephanus*, cujus princeps editio est.

Ibid. l. 16. νουθετῶνται] Deesse aliquid videtur (edita lectio fuerat νουθετούντων): pendent enim ista, nec verbo ullo fulciuntur. Quid si ἐξ ὧν, quod sequitur (lin. ead.), tolleretur? Quid si post παραδειγμάτων adderetur φιλοσοφοῦσιν, aut aliud simile? Quid si, quod magis placet, νουθετέντων, mutaretur in νουθετῶνται? VIGERUS. Ex conjecturis istis præ cæteris mihi quoque placebat postrema, quam firmat *MS. Coll. S. Joan.* in quo positum est νουθετοῦνται. Hanc igitur lectionem recepi. Mox prætulerim εἶδὲ pro εἶδεν, quod tamen ferri possit.

P. 348. l. 14. ὡς ἂν παρείκῃ] Interdum impersonaliter adhiberi hoc verbum ostendit Budæus *Comment. Ling. Gr.* p. 550. ed. R. Steph. ubi ex auctore quodam, Platone forsan, hoc affert, ὅσον ἂν δυνώμεθα, ᾗ ἑκάστῳ παρείκῃ. Paulo

post *MS.* exhibet *ὑπέβαλεν αὐτὴν* pro *ὑπέβαλλεν ἑαυτὴν*, quod quidem *ὑπέβαλεν* recepi.

P. 349. l. 3. *ἑκατέρας συνεκόμισε καίριον*] Hæc mutila sunt. Legi queat, *εἰς τὸν ἑκατέρας* &c. *ἑκατέρας* autem, *νεως* scilicet et *ἁμάξης*. VIGERUS. Quid si legatur *ἑκάτερα*, h. e. ligna, quæ ad utrumque, et navem et vehiculum, pertinent, ut *καίριον* adverbialiter adhibeatur? Ait auctor infra simili in causa, *καὶ ἕκαστα συμφέρει κατὰ τὴν οἰκειότητα πρὸς ἑκάστου φαῦσιν ἀσέρος* p. 352. l. 6.

Ibid. l. 9. *ὁράτωσαν γὰρ τὰς ἀθεάτους ἐκεῖνοι*] Neque hæc satis casta. Quæ enim illæ sunt *ἀθέατοι*, quas videre; quæ porro *ἀνόητοι*, quas cogitare jubet? An forte subintelligit *φύσεις*? Esto. qui deinde sententiarum istarum nexus est futurus? Alter quidem ex MSS. pro *ἀθεάτους ἀθέτους* habet: unde sensus hic elici possit, ut eos jubeat incompositas illas, et *ἀνοήτους* h. e. stolidas atomos diligentius expendere, non segnius et obiter intueri; quod abs se se factum David olim fatebatur in sui ipsius adhuc imperfecti cogitatione informanda: quo facilius intelligant, ex tanta illarum perturbatione, ordinatum politumque nihil existere potuisse. VIGERUS. Esse *ἀθεάτους* quidem *ἀτόμους* hic memoratas, quin censeret Epicurus, vix dubito, qui, referente ipso Dionysio supra, *ἀνεπαισθήτους* istas *εἶναι* propter parvitatem suam dixerit. Vid. pag. 346. lin. 15. Verumtamen propter *ἀκατέργαστον* illud mox allatum, quocum hæc conferri videntur, haud spernenda nobis est *ἀθέτους* lectio alterius ex MStis Vigeri. Extiterat præterea vox *εὐθέτους* lin. 14. p. 348. Interea pene affirmaverim, infra legendum esse *οὐκ ἀνομοίως* pro *οὐχ ὁμοίως*.

Ibid. l. 12. *τὸ ἀκατέργαστόν σου εἶδοσαν οἱ ὀφθαλμοί σου*] Locus mihi quidem perobscurus. Primum tamen pro *ἴδωσαν* (sic in prioribus Vigeriana edd.) legend. *ἴδον*, vel *εἶδον*, ut apud Chrysost. et alios, atque in omnibus græcorum Bibliorum editionibus. Deinde, relictam illam ab cæteris omnibus lectionem sequutus est, *ἀκατέργαστόν σε*, et *ὀφθαλμοί μου*. Illa enim *φανερωθὲν ἑαυτῷ* significant, non Dei sed Davidis oculos id vidisse: hoc, opinor, sensu, *τὸ ἀκατέργαστόν σου*, &c. *Quod ex tuis operibus imperfectum adhuc et impolitum videbatur, oculi tandem mei perviderunt*; ubi videlicet majori abs te luce perfusi caligare desierunt. Hæc ad aperiendam utcunque Dionysii sententiam. Cæterum communis eademque certior lectio est, *τὸ ἀκατέργαστόν μου, εἶδον*, vel *ἴδον, οἱ ὀφθαλμοί σου*. ut Hebr. גלמי ראו עיניך *me, cum adhuc materno in utero ἀμόρφωτος et inchoatus embryo clausus tenerer, oculi tui clarissime*

perviderunt. Id enim est בלם. Quæ Chrysostomus, Symmachi explicationem sequutus, cum sequentibus ita pertexit, Ἀμόρφωτόν με, τετέχι, μηδένα λαβόντα τύπον, ἔτι πλαττόμενον, ἔτι ὑφαινόμενον· καὶ οὕτω με ἴδον σαφῶς, ὡς ἐκεῖνον τὸν πεπληρωμένον καὶ ἑβδομιᾶς ἡμέρας ἔτι δεόμενον, πρὸς τὴν ἀπάρτισιν. Et paulo post, ὁμοίως ἐκείνοις με εἶδες, τοῖς πλασσομένοις, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἡμέραις, αἷς οὐκ ἐνέδει ἑβδομία ἡμέρα. VIGERUS. Notandum est, extare lectionem Dionysianam ἀκατέργαστόν σου, et ὀφθαλμοί μου, in codice Alexandrino τῶν ὁ'. a Grabio post Vigeri tempora publici juris facto, quamvis ab eodem Grabio in oram editi libri rejectam. Εἶδσαν quoque, quod ope *MSti Præparationis Evang.* vice τοῦ ἴδωσαν Dionysio reposui, *codex Alex.* præ se fert, nam forma est interpretibus LXX. solennis. Sed interea εἶδον lectionem communem Epiphanius habet locum excitans in *Hær.* xxx. num. 30. p. 156. ed. Petavii.

P. 349. l. 17. ἢ τὸν μέγαν τοῦτον οἶκον &c.] Cum his verbis, quæ, ut jam notavit Vigerus, cum superioribus contexi debent, incipit tamen Eusebii caput 25. dum hic titulus præmissus est, Ἀπὸ τῆς τοῦ παντὸς συςάσεως· ἀπὸ τῶ αὐτῶ. *Idem ex universi molitione conficitur. Ex eodem.*

P. 350. l. 2. ἐπιφερομένης] *MS.* ἐπιφαινομένης. Plato in *Gorgia* ex Pythagoreorum placitis; Φασὶ δ' οὖν σοφοὶ, ὦ Καλλίκλεις, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους τὴν κοινωνίαν συνέχειν, καὶ φιλίαν καὶ κοσμιότητα, καὶ σωφροσύνην καὶ δικαιότητα, καὶ τὸ ὅλον τοῦτο διὰ ταῦτα ΚΟΣΜΟΝ καλοῦσιν, ὦ ἑταῖρε, οὐκ ἀκοσμίαν. §. xlix. seu pag. 507. ed. Steph. Mox προάγεθαι pro προσάγεθαι *MS.*

Ibid. l. 8. Τίνα δὲ καὶ τρόπον] Particulam καὶ addidi ex *MSto* desumptam. In voce ἁπασῶν subaudi ἀτόμων.

Ibid. l. 12. ἢ μακραίωνα γε κατὰ τὸν ὅτως ὀνομάσαντα] Dixerat nimirum philosophus quispiam, naturalia non tam appellanda æterna esse, quam diuturna. Cæterum per Epicuri atque Atomistarum principia, monente Stillingfleeto in *Originibus Sacr.* lib. iii. cap. 2. §. 17. nulli naturæ vel effectus vel opera apte quæri et explicari possunt. Quod quidem præclare hic ostendere ait Dionysium, objicientem illud atomistis, efficere eos nulla idonea causa allata ex una eademque materia uniformi res, cum illas sensu perceptas, tum alias eum fugientes; nonnullas item, quæ vitam sortitæ sint diuturnam, alias autem, quæ brevissimam. Tum vero, judice eodem Stillingfleeto, Dionysius in ῥήσεσι sequentibus magna cum eloquentia istius philosophiæ liquido exposuit irrisitque stultitiam.

P. 351. l. 6. καὶ τῶν γενναμένων] Articulum præstitit *MS.*

P. 352. l. 3. ὁ φιλοκρίναν] Optime rescribit Vigerus ὁ φυλοκρινῶν. Statim post διαχέων pro ἀναχέων, et γέννηταϛ pro γένηταϛ, *MS.* Sed ἀτόμους ex antecedentibus subaudi.

Ibid. l. 5. τάσδε δὲ ὠδὶ] Sic pro τὰς δὲ ὠδὶ ex *MSto* edidi.

Ibid. l. 6. φαῦσιν] Olim φύσιν, quod mutavi cum φαῦσιν lectione *MSti*.

Ibid. l. 7. ἡλιακαὶ, τοσαίδε] Fide *MSti* particulam καὶ, quæ fortasse ex antecedente voce ἡλιακαὶ nata erat, omisi ante τοσαίδε.

P. 353. l. 4. συγκεχυμένην] Prout legendum conjecerat Vigerus, sic legitur in *MSto* pro συγκεχωρημένην. Scribitur paulo post in *eodem codice* τὸν ἵππον, sed male, et σφενδονήτας, et ἵν' ἀλλήλοις. Omissum est ibidem καὶ πάντα ante ἀναμίξ. Et inferius, ἑαυτὰς extat pro αὐτάς.

P. 354. l. 1. κατὰ τὸν ποιητὴν] *Odyss.* ϱ'. ver. 218.

Καΐ μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγηλάζει.
Ὣς ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς εἰς τὸν ὁμοῖον.

Ibid. l. 11. αἱ συνωμοσίαι] Hanc vocem *MS.* suppeditavit pro συνομολογίαι, quod interpretamentum esse videtur. Infra de stellis ait auctor, καὶ τὰς πρὸς τοὺς πλησιοχώρους γειτνιάσεις ΕΝΩΜΟΤΩΣ καὶ μετ' εἰρήνης φυλάττουσιν. pag. 356. lin. 9. Spectari inter hæc videntur duodecim cœli domus seu topi, de quibus, cum alii, tum Manilius.

Ibid. l. 15. ἔτοι] Hoc recepi ex *MSto* pro αὐτοί.

P. 355. l. 1. ἐποπλεύειν] Hoc quoque ex eodem *MSto* sumptum pro ὑποπλεύειν posui. Paulo infra habes, ἀλλ' ὠδὲ τὴν ἑτέραν ἐπισκοποῦσιν ἀνακύκλησιν αὐτῇ, καθ' ἣν ὡρισμένας &c.

Ibid. l. 11. Μέγας Κύριος ὁ ποιήσας αὐτὸν, &c.] Quanquam ita vertit Vigerus, ac si nullius scriptoris verba excitavisset Dionysius, tamen aliter, ni fallor, res se habere constaret, si locus in hunc modum rectius verteretur, *Verum quamvis nolint miseri isti, tamen quemadmodum credunt justi, Magnus est Dominus, qui eum creavit*, &c.

Ibid. l. 14. ἐπ' αὐτῆς] Sic recte scribitur cum in *edit. R. Steph.* tum in *MSto*, pro ἐπ' αὐτοῖς, quod in editionem irrepsit Vigerianam.

P. 356. l. 11. κατειλήφασιν] Sic immutavi *vulgatam lectionem* καὶ εἰλήφασιν, *MStum* secutus.

P. 357. l. 4. Ἤ τις ἔτως εὔτακτος] Ex *MSto* εὔτακτος pro εὐτάκτως reposui.

Ibid. l. 5. ἐμποδοϛατῶντος] Sic *MS.* uti olim conjecerat reponendum Vigerus pro ἐμποδισϛατῶντος. Statim post *MS.* sed minus recte, συμπαρατεταμένων pro συμπαρατεταγμένων.

Ibid. l. 9. ἐκνεύσεσι] Hoc reposui pro νεύσεσι *MStum*

secutus, in quo tamen ἐκνεύσασι. Lin. quoque 11. ἄνεισιν ex *eodem cod.* reposui pro ἀνίησιν.

P. 358. l. 1. κατὰ ῥυθμὸν] *MS.* κατ' ἀριθμὸν, a quo abest καὶ περιοδία, scribiturque in *eodem cod.* σφενδονηθέντος.

Ibid. l. 5. τὸ ξένους] *MStus* articulum suppeditabat.

Ibid. Εἰ πορεύσονται &c.] Hæc restitui ex *Versione* τῶν ο'. consentiente *Eusebii MSto*, præterquam quod in eo scribitur ἀπορεύσονται pro εἰ π. *Vulgo* enim Εἰσπορεύσονται pro εἰ π. et κατάλυμα pro καθόλου.

Ibid. l. 13. Καὶ ὅτε ἑαυτὸς, ὅτε &c.] Incipit ab his verbis caput 26. Eusebianum, cui hic titulus præfixus est. Ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Idem ex Hominis natura concluditur. Ex eodem.*

P. 359. l. 1. καὶ εἶπεν ἂν] Licuit ope *MSti. S. Joan.* addere particulam ἂν, in quo tamen codice scriptum erat ἅπερ ὁ συνηθημένος pro ὥσπερ σ.

Ibid. l. 3. καὶ προσεπεξεργάσατο ἂν ὡς ἐκεῖνος] *Vulgo* καὶ προσεπεξεργάσατο ἂν ἐκεῖνος. Ope *MSti*, in quo tamen προσεξεργάσατο, locum emendavi. Statim ante in *eodem codice* desunt illa ἔπλασάν με καὶ *Psalm.* cxviii. vel cxix. ubi LXX. habent αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με. Et paulo post in ῥήσει Jobiana ἔνυρας h. e. ἔνευρας pro ἔναιρας in *MSto Eusebii* exaratum est.

Ibid. l. 11. κατακλειδεῖσαι] *MS.* καταβληθεῖσαι.

P. 360. l. 10. πᾶσι] Hoc sumptum ex *MSto* prætuli *vulgato* πάσης.

Ibid. l. 16. ἐδωδὴ δ' ὥσπερ.] Sic *MStus. Vulgo* enim abest δέ. Et mox ἡ ἀφὴ ex *eodem* pro ἀφὴ posui.

P. 361. l. 4. πρὸς τὸν δοκοῦντα λογιώτερον] Hæc ait Dionysius disputaturus, ut videtur, contra philosophum habitum disertiorem et in dicendo exercitatiorem Epicuro, qui quidem indisertus vulgo extitisse ferebatur.

Ibid. l. 12. ἡ περίγειος κτίσις] Articulum ex MSto restitui.

P. 362. l. 1. διαμονῆς] Vulgo διανομῆς. Scribi vero aliter διαμονῆς notat in margine Vigerus, vertensque præstat. Porro hanc vocem supra adhibuerat Dionysius p. 351. l. 11. αἰτίους γίνεσθαι τῆς περὶ τὴν διαμονὴν διαφθορᾶς, vel διαφορᾶς, corrigente Vigero. Itaque, cum eadem extet in *MSto*, in contextum eam recepi.

Ibid. l. 2. τὴν χρῆσιν] Hoc recepi in textum ex *MSto* pro τὴν κρίσιν, sed et ad oram *edit.* suæ Vigerus notaverat, scribi aliter τὴν χρῆσιν. Interea recte quoque, ni fallor, reponas ἓχ ὁμοίαν (vel ἐχ ὁμοίως) ἴσχυσι τὴν γνῶσιν, pro illo ἐκ

ἴχουσι τὴν γνῶσιν. Mox omisit verba καὶ θείας *MStus.* l. 6. Habetque τῶν ἐντοθίων pro ἐνδοθίων l. 10.

P. 362. l. 13. κἂν ἐπιπολῆς] Eum mihi sensum expressisse videor, qui ex verbis illis exprimi poterat: sed tamen illa duo, ὡς ἂν οἷοί τε γενώμεθα, et ἐπιπολῆς, minus conjuncta esse posse arbitror. Mallem igitur ἐπὶ πολλοῖς, supplendo ῥήμασι, seu λόγοις. Particula κἂν vel abesse potest, vel si retinetur, emphasim habet cum asseveratione conjunctam, ut sæpe alias. VIGERUS. *MS.* quidem *Collegii S. Joan.* exhibet ἐπὶ πολλῆς pro ἐπιπολῆς, sed bona Vigeri venia, verba non inconvenientia videntur, et vix opus, ut quid mutetur. Habet interim Hesychius, Ἐπιπολῆς. ἀνωτάτω, ἐπάνω. Ἐπιπολαιοτέρων. τῶν μὴ βαθέων. Ἐπιπολήσαντες. ἐπάνω τῆ ὕδατος περιφερόμενοι. Glossæ Vett. Ἐπιπολαίως. *Summatim.*

P. 363. l. 2. χωνεύσασαι προσαγάγοιεν] *MS.* χωνευσάσθαι προσάγοιεν.

Ibid. l. 4. σωματεργῶν] Scribi aliter σωματεργοὶ notat in margine Vigerus, et fortasse rectius, saltem ita exaratum est in *MSto Coll. S. Joannis.* Mox abest ab *eodem codice* ἢ ante παρά. Habetque ἐνέπνευσε pro ἐνέπνευσεν.

Ibid. l. 13. μεσικὴν] Habet μάθησιν *MS.* fortasse ex interpretamento. Mox in *eodem* ἔμπειροι pro ἐμπειρικαί.

Ibid. l. 17. τῶν μὲν ἀπείρων κόσμων] Garrire de iis soliti sunt Epicurei; et inest in initio harum ῥήσεων hujusmodi quiddam. vid. p. 346. l. 2.

P. 364. l. 3. Ἐργάζεσθαι δέ γε &c.] His verbis, quibuscum incipit caput ult. lib. xiv. *Eusebianæ Præparationis* præfixum hoc est; Ὅτι οὐκ ἐπίπονον τῷ Θεῷ τὸ ἐργάζεσθαι. ἀπὸ τῆ αὐτῆ. *Operum suorum molitionem Deo laboriosam ac molestam non esse. Ex eodem.*

Ibid. l. 14. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι] Hesiodi verba sunt in Ἔργ. ver. 408.

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς αὔριον, εἴς τ' ἔννηφιν.

Qui sequitur,

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς &c. Ibid. 411. VIGERUS. ἐς τ' αὔριον pro εἰς αὔριον ex *MSto* reposui.

Ibid. l. 17. ἡμᾶς τε] For. ἡμᾶς δέ. VIGERUS. Mox addidi ex *MSto* φησιν post Ἐπικατάρατος γάρ.

P. 365. l. 4. ἄληθες] Vulgo ἀληθὲς, sed legendum cum *MSto Collegii S. Joannis*, prout conjecerat Vigerus, ἄληθες. Unde mihi in mentem venit corrigentis cl. Forsteri, qui ob merita in Platonem celeberrimus est, verba Josephi historici de Christo, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων, ubi τ' ἀληθῆ legere pro τ' ἀληθῆ nos monet, et paulo post, τῶν ἰδίων προφήτων pro illo τῶν θείων προφήτων

reponit; quæ quidem duæ emendationes, ut opinatur vir eruditus, locum satis tutum ab omnibus adversariis ejus, adeoque Josepho optimo jure vindicandum, præstant. Vid. ejusdem Tractat. de loco lingua vernacula conscriptum. At vero mihi quidem magis placent, quæ de eo scripsit cl. Villoïsonus, qui in *Diatriba* annexa *Anecdotis Græcis* p. 69—71. Josephum ex Christiani cujuspiam lectoris ad oram codicis scholiis interpolatum fuisse statuit. Sed hæc obiter. Mox habet *MS.* καὶ κάματος ἐγγίνεται τοῖς ἐπιχειρήσασιν.

P. 365. l. 7. τὸ τὰ εἰωθότα πράττοντες ἀνύειν] Articulum τὸ, qui voce ἔλοιντο absorptus erat, ex *MSto* in textum recepi.

Ibid. l. 10. ἢ τὴν Περσῶν οἱ βασιλείαν γενέσθαι] *MS.* τῶν pro τὴν exhibet, fortasse legend. ἢ τὴν τῶν Π.

P. 366. l. 4. τῶν γοῦν Ὑποθηκῶν] Fabricius *Biblioth. Gr.* vol. ii. p. 635. ed. novæ, in Democriti scriptis ethici argumenti ὑποθηκὰς has a Dionysio commemoratas reposuit, ac plures ex illis sententias Stobæum sumpsisse (cui Maximum addit cl. Harlesius) suspicatur. Pagina autem 641. conjecturam facit Fabricius easdem ὑποθηκὰς iis operibus accensendas esse, quæ ex Democriti scriptis decerpta fuisse ait Laertius.

Ibid. l. 6. φύσει γὰρ γνώμη τύχῃ μάχεται] Præclare Tullius pro Marcello, sect. 7. *Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* VIGERUS. Malim γνώμῃ τύχη μάχεται propter sequentia; sed nil affirmo. Abest τύχῃ a *MSto*.

Ibid. l. 10. τὴν τύχην] Hactenus verba Democriti: quæ sequuntur, Dionysii sunt. VIGERUS.

Ibid. l. 16. τολμήσουσιν] *MS.* τολμησάτωσαν.

P. 367. l. 4. ἥδιον] Sic *MS.* pro ἡδὺ ὂν conjecturam firmans Vigeri. Sed statim post minus apte *MS.* αὐτῆς εἶναί τι τοῦ φιλοσοφεῖν.

Ibid. l. 5. δοτῆρας ἐάων] Homerus Odyss. Σ'. ver. 325.

Ἔσαν δ' ἐν προθύροισι, θεοὶ δωτῆρες ἐάων.

Et ver. 335.

Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων.

Et alibi. VIGERUS.

Ibid. l. 7. ἀδώρητοί τε] Id est, *nullorum auctores donorum*, hoc quidem loco, ubi δωτῆρες et ἀδώρητοι opponuntur. VIGERUS. Induxi τε ex *MSto*.

Ibid. l. 10. διὰ τὸ θέειν] Plato in *Cratylo* pag. 397. ed. Steph. ubi ita Socrates. Τοιόνδε τοίνυν ἔγωγε ὑποπτεύω. φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τέτες μόνες θεὲς ἡγεῖσθαι, ὥσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην,

καὶ γῆν, καὶ ἄερα καὶ οὐρανόν· ἅτε γοῦν αὐτὰ ὁρῶντες πάντα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν, θεὰς αὐτὰς ἐπονομάσαι· ὕστερον δὲ καταυοήσαντες, τοὺς ἄλλους πάντας ἤδη τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν.

P. 367. l. 12. θεῖναι, τοῦτ' ἔστι ποιῆσαι] Θέω *curro*, θέω *facio*, θέω *video*, omnia hæc communem notionem habere videntur in actione intensiore sitam. Cons. editionem *Lennepianæ Etymol. Ling. Gr.* a cl. Scheidio adornatam. p. 337.

P. 368. l. 1. οἶδεν] Sic *MS.* pro εἶδεν. Porro infra in verbis, τὴν ἐπὶ τοῦ μακαρισμοῦ τότε μετουσίαν lin. 5. articulum τὴν *idem codex* suppeditavit.

Ibid. l. 9. ἀτόμων] Scribi aliter ἀτμῶν notavit in margine Vigerus, sed minus recte sic scribi videtur.

Ibid. l. 10. καὶ δὴ καὶ κατ' ἐκείνων] Posteriori καὶ orationem auxi ope *MSti.* Hæc porro de Diis, non, ut Vigerus, de *rebus*, quæ nihil ad nos pertinent, interpretor.

Ibid. l. 15. αὐτὸς] Legendum jure censet Vigerus αὐτούς. Cum porro statim post scriptum sit in *MSto* ἐκείνους pro ἐκεῖνος, rescriberem εἰς ἐκείνους τὴν ἐπιορκίαν, *perjurium in illos.*

P. 369. l. 1. οἷον εἰ καὶ χρέμπτοιτο &c.] Indicia summi contemptus.

Ibid. l. 5. κατεπήχως Ἀθηναίους] Conf. Cic. *De Nat. Deor.* i. 30, 31, 44. Mox l. 7. ἐνέβλεψε pro ἀνέβλεψε *MS.*

Ibid. l. 14. Καὶ μετὰ ταῦτα γὰρ] Verba ipsius Siracidæ sunt, Καὶ μετὰ ταῦτα Κύριος κ. τ. λ. in quibus pro ψυχὴν legendum putat ψύχῃ Vigerus, sed ψυχὴν habent τῶν ο'. *codd. Vat.* et *Alex.* Grabius tamen ψυχὴ nominativum in textum *Bibliorum* admisit. αὐτῇ pro αὐτῆς *MS.* habet *Eusebii.* Clauditur interea sic versus, Καὶ εἰς αὐτὴν ἡ ἀποστροφὴ αὐτῶν.

P. 370. l. 4. καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτῆ πρόσταξιν &c.] Etsi ita vertit Vigerus, ac si verba alicujus Scripturæ hoc loco a Dionysio excitata essent, tantum respici *Genesis* cap. i. comm. ult. videtur, cum et ipse ait legendum Vigerus κτίσει pro κρίσει. Cæterum Eusebius post Excerpta istæc ita pergit scribere; Ταῦτά μοι ἀπὸ πλείστων ἐξήνθισται τῶν πρὸς Ἐπίκουρον Διονυσίῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπῳ πεποιημένων. *Hæc mihi e pluribus libata sunt atque decerpta, quæ Dionysius episcopus æqualis noster adversus Epicurum disputavit.*

Ibid. l. 14. Οὐχ ἁπλῶς &c.] Excerptum edidit cl. Lequien. in *Rupefucaldinis Parallelis Sacris*, cum hoc titulo, Τοῦ ἁγίου Διονυσίου Ἀλεξανδρείας, περὶ φύσεως. Et in codice MSto *Parallelorum Joannis*, qui recensetur in Bibliotheca Coisliniana, post Sangermanensi, duæ extant

ῥήσεις, ut testatur Montfauconius p. 390. *Catalogi*, ex libris Dionysianis *De Natura* desumptæ. Harum unius titulus est, περὶ φύσεως, alterius περὶ φύσεως α'. Utra autem, an neutra, ῥήσεων istarum sit ista, quæ hic sistitur ex Lequieno et ex Schedis Joannis Ernesti Grabii in bibliotheca Bodleiana numero v. notatis, nescio, cum eadem fragmenta diligentiam amici cujusdam pro me Parisiis perscrutantis fefellerint. Bis eadem ῥήσις in Grabii Schedis nobis occurrit, et posteriore quidem loco ex *cod. Claromont.* descripta *Parallelorum vetustiorum Joannis;* quæ quidem Paralliela a Lequieno post mortem Grabii edita prodierunt. Et hoc unum operis Dionysiani fragmentum apud Lequienum invenire potui; quod et a Gallandio video adjectum prioribus excerptis Eusebianis, quæ ipse in tomo tertio *Bibliothecæ* suæ *Patrum* ex editione Vigeriana ad verbum sumpta, inter cætera Dionysii Alexandrini Fragmenta reposuit.

P. 370. l. 14. τῶν μεγίςων] Hic editionem *Parallelorum* Lequienam reliqui μεριςῶν habentem, nam Grabii apographa μεγίςων exhibent.

Ibid. l. 15. τῷ ἀριθμῷ τῷ αἰῶνος] Quid sit istud, nisi significetur mundi vel anima, vel substantia, aut denique ipse numerus denarius, ignoro. Cons. Meursius *De Denario* cap. ult. p. 109.

Ibid. l. 16. ἀτέλεςος τῶν] Suppeditat quidem particulam καὶ ante ἀτέλεςος Grabii utrumque apographum, ita vero illud τῶν delendum esse videretur, atqui malim τε encliticum pro τῶν reponere.

ASCLEPIADIS,

QUI AD LACTANTIUM SCRIPSIT,

FRAGMENTUM.

ATQUE ideo merito quis arbitretur, proximum sibi locum divinam providentiam dedisse ei, qui potuerit intelligere ordinationem suam. Nam sol iste est; quis eum videt ita, ut intelligat quia sol est, et quantum gratiæ afferat cæteris institutis? hoc cœlum est; quis id suspicit? terra hæc; quis eam colit? hoc pelagus; quis in eo navigat? hic ignis est; quis eo utitur? Instituit ergo summus Deus, non propter se, quia nihilo indiget, sed propter hominem, qui his congruenter uteretur.

Attulit hæc in libro vii. *Divinarum Institutionum* c. iv. Lactantius Firmianus, qui sæculi quarti floruit initio, ita præfatus; *Optime igitur Asclepiades noster de providentia summi Dei disserens in eo libro, quem scripsit ad me.* ATQUE ideo, *inquit*, merito &c. Porro ipsum Lactantium libros duos scripsisse ad Asclepiadem tradit S. Hieronymus cap. lxxx. *Libri De Viris Illustr.* Ubi Fabricius ait, "Sed et Lactantii ad Asclepiadem, et Asclepiadis ad "Lactantium scripta, nusquam hodie extant." Ita est. Christianum autem hunc scriptorem fuisse, verisimile videtur. Supra positum est post verbum, *intelligat*, similiter atque in Latinis Bibliis, aliisque operibus, *quia sol est* pro infinitivo, *solem esse.*

SABBATUM, quod omnes abrogatum fuisse consentiebant, futuræ post mortem felicitatis typum esse, et Archelaus in superiore Disputatione p. 239. et Victorinus de *Fabrica Mundi* agens in *Reliqu. Sacr.* vol. iii. sicut alii

patres, statuebant. Facessant ergo pii alioqui novatores cum suo sabbato, quod neque hoc, neque illo Testamento agnoscitur, quamvis nuperrime Judaicum nomen in ipsas leges inducere studuerint. Qui enim dies veteri fœdere sanctificatus colitur, is septimus, non primus est; atque in Novo Testamento nihil de cultu cujusquam diei substituti in sabbati locum præcipitur, nedum aliud aliquod sabbatum instituitur; cum vetus illud festum, nunc non diutius imperatum, et doceat S. Scriptura, et crediderit antiquitas, typum esse requietis populi Dei, laboribus curisque mundanis liberati, vel, ut aliqui censuerunt, cessationis ab operibus peccati et sæculi; dum obiter tantum memoratur ab apostolo Joanne, et fortasse a SS. Paulo et Luca, dies Dominicus, seu hebdomadale resurrectionis festum. Atqui si adhuc valere dicitur vetus lex illa de sabbato, seu die septimo, nec, quod clarissime constat, quemadmodum cæteri ritus, ita iste evangelio abrogatus esse; quid vetat, quin serventur lex, cum divina sit, et dies septimus, quem apostoli observabant? sin, ut ἀμαρτύρως aiunt isti, emendata lex est, atque dies ille mutatus, qui orbe condito benedictus et sanctificatus est, quis eum correxit? quis mutavit? Certe in S. Scriptura altum de re silentium est. Restat autem nobis, non sabbatum quidem, quia deletum atque abrogatum est, sed dies vetustissima consuetudine et perpetuo ecclesiæ consensu observatus, dies Dominicæ resurrectionis, quo cultum Dei, ipsi et lege naturæ debitum, publice celebramus. Hic vero dies neque in Scriptura, ut notum omnibus est, neque in primorum sæculorum monimentis, sabbatum appellatur.

QUONIAM utilius id est, quod verius, pauca quædam non nova, cum nova plerumque falsa sint, in pagina priore de sabbato atque die Dominico, oblata occasione, scripsi; cujus posterioris festi, sicut aliorum magni momenti rituum atque institutorum, tanta est apud Christianos antiquitas, ut in sæculo Apostolico quærenda sit origo ejus; tanta ejus auctoritas, universæ ecclesiæ veterrimo instituto nixa, ut nullus homo sit, si velit Christianus dici, qui ipsum non colat. Sed finem operis jam facturus, id diligenter agendum censeo, ut quicunque Epistolarum Canonicarum loci ope librorum Bodleianorum mutati sunt, omnes et singuli cum Codice ecclesiæ Græcæ recens edito nunc demum conferantur.

Vol. II. *Reliquiarum Sacr.* p. 385. S. Dionysii Alexandrini Episcopi *Epistola Canonica ad Basilidem.*

Loci ope Codicum MSS. Emendati.	*Pedalium, sive Canones Græcæ recensionis.*
P. 385. l. 14. Ἐπίστιλας pro Ἀπίστιλας.	Sic.
Ibid. l. 15. τῇ τοῦ πάσχα περιλύσει.	τὴν τὸ πάσχα ἡμέραν, ut ante.
P. 386. l. 3. ἀκριβῆ δὲ ὅρον ἐπιτιθέναι ζητεῖς, pro ἀκριβῆ δὲ ὥραν τίθεναι ἐπιζητεῖς.	ἀκριβῆ δὲ ὅρον τίθεναι ἐπιζητεῖς. Mox l. 10. ubi post Beveregium et Codd. aliquos εὐαγγελίων ἠσθήμενος pro εὐαγγελιστῶν αἰσθημένος posui, exhibet *Pedalium* εὐαγγελιστῶν αἰσθομένος.
Ibid. l. 17. ὡς ὁ Μάρκος, pro καὶ ὁ Μ.	Sic.
P. 387. l. 2. εἰς μίαν, pro μιᾶς.	μιᾶς.
Ibid. l. 6. ὑπολάβωμεν, pro ὑπολάβομεν.	Sic.
Ibid. l. 8. ὡς μὴ συμφωνούντων πάντων ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ—τὴν αὐτὴν ὥραν, καὶ ἐν τούτῳ διαφέρονται.	εἰ συμφωνοῦντες πάντες ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ—περὶ τὴν ὥραν διαφέρονται, ut ante.
Ibid. l. 12. Τὸ μὲν ἓν· pro Τὸ μὲν τό·	Τὸ μέν.
Ibid. l. 13. Ὀψὲ δὲ σαββάτων, ubi δὲ auctoritate codicum expungendum esse monui.	δὲ abest.

P. 387. l. 16. καὶ προσελθὼν, addito καί· — Sine particula, ut ante.

P. 388. l. 9. τῦ ῥήματος τῦ ὀψὲ, addito τῦ ῥήματος. — Sine τῦ ῥήματος, ut ante.

Ibid. l. 15. ὁμοίως καὶ ὁ Ἰωάννης, addito καί. — Sine τῷ καὶ, ut ante.

P. 389. l. 1. παρὰ τῦτο σκοτίας ὔσης ἔτι, πλὴν πρὸς ἐὼ, τῷ μνημείῳ προσελήλυθει pro πλὴν παρὰ τοῦτο σκοτίας ἔτι ὔσης προσεληλύθει. — πλὴν παρὰ τούτῳ σκοτίας ἔτι οὔσης εἰς τὸ μνήμειον προσεληλύθει.

Ibid. l. 7. αὐγὴν pro αὐτήν. — Sic.

Ibid. l. 8. διὰ τῦτο παρῳχηκότος ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πάσῃ τοῦ σαββάτου, pro διὰ τοῦ παρῳχηκότος ἤδη τ. σ. τῇ μ. ἀ. ν. πάσῃ τῦ σαββάτυ. — διὰ τὸ παρῳχηκέναι ἤδη τελείως σὺν τῇ μετ' αὐτὸ νυκτὶ πᾶν τὸ σάββατον. L. 10. ὅθεν pro ὅτι positum est.

Ibid. l. 16. ἡ μὲν γὰρ ὁρμὴ, addito γάρ. Mox κατήρχθη post Beveregium potissimum pro προήρχθη reposui, quod præstat et *Pedalium*. — Sic. Paulo post in margine annotatum est, ἐν ἄλλ. ἀπολογούμεθα p. 390. l. 5. ubi receptum est ἀποφαινόμεθα.

P. 390. l. 10. παρ' ὀλίγον. — ὡς παρ' ὀλίγον, ut ante.

Ibid. l. 17. διενοχλῶμεν. — διοχλῶμεν, ut ante.

P. 391. l. 4. ἀποκάμνεσι. — ἀποκαμῦσι, ut ante.

Ibid. l. 9. δύο καὶ μόνας. (ubi ἡμέρας errore retentum est. vid. not.) — δύο, καὶ μόνας ἡμέρας, ut ante.

Ibid. l. 11. ὃς οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν πεποιῆσθαι. vid. not. — οὐκ οἶμαι τὴν ἴσην ἄθλησιν αὐτὸς πεποιεῖσθαι, ut ante.

Ibid. l. 13. ταῦτα μὲν ἓν. — Sine οὖν, ut ante. Mox p. 392. l. 12. vox σπεύδυσα cum Beveregio omittitur.

P. 392. l. 16. Addidi καὶ τὰ ἅγια. — Sine isto, ut ante.

P. 393. l. 1. οἱ γεγαμηκότες, pro οἱ γεγηρακότες. — Sic.

Ibid. l. 3. προσῆκον ἀλλήλων ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάσωσι, pro ἀλλήλων προσῆκον ἐκ συμφωνίας ἵνα πρὸς καιρὸν σχολάσωσι. — Sic, præterquam quod vox προσῆκον postposita est alteri ἀλλήλων.

Ibid. l. 9. ὡς pro καί. — ὡς καί. Mox l. 15. σεαυτῷ extat pro ἑαυτῷ.

P. 394. l. 1. ὅ, τι ἄν σοι φανῇ [δίκαιον καὶ] βέλτιον. — Retinetur δίκαιον καί.

Ibid. l. 2. ἀντιγράψης. — ἀντιγράψεις, ut ante.

Vol. II. p. 437. *S. Gregorii Neocæsariensis Episcopi Epistola Canonica.*

Loci ope Codicum MSS. Emendati.	*Pedalium.*
P. 437. l. 13. ἱερέ.	ἱερώτατε, ut ante.
Ibid. Πάπα pro Πάππα.	Sic. Mox p. 438. l. 4. λέγει extat post τὸ ἐκπορευόμενον, pro φησὶ post τὸ εἰσπορευόμενον.
P. 438. l. 7. πορευομένης, pro πορνευομένης, vel πορνευομένου.	Sic.
P. 439. l. 2. οὕτω τὸ πρᾶγμα τοῦτο, pro οὕτω καὶ τ. π. τ.	Sic.
Ibid. l. 7. φευκτὸν καὶ φρικῶδες, pro φρικτὸν καὶ φρικῶδες.	Sic.
Ibid. l. 8. ἀλλοτρίου.	ἀλλοτρίων, ut ante.
Ibid. l. 9. πᾶς ὁ τοιοῦτος.	πᾶς τοιοῦτος, ut ante.
Ibid. l. 13. καὶ ὑπερβολὴν ἀτοπίας, pro οὐδὲ ὑ. ἀ.	καὶ οὐδὲ ὑπερβολὴν ἀτοπίας, lectio duplex.
P. 440. l. 7. τί ἐστιν εὐάρεστον, pro τί εὐάρεστον.	Sic. Ubi supra l. 2. omissum est illud μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. Mox lin. ult. hujus pag. abest ἢ ante πεφονευμένων. Mox p. 441. l. 14. μήτι, quod prætuli τῷ μήποτε, sed l. 16. πλανώμενα pro πλανώμενον, et p. 442. l. 3. ἐπίστασαι pro ἐπίστῃ.
P. 442. l. 8. εὕρης.	εὑρήσῃς, ut ante.
P. 443. l. 1. τὰ πολέμου pro τὰ τοῦ πολέμου.	τὰ τῶν πολεμίων, mox l. 4. αὐτοῦ.
Ibid. l. 5. καὶ ὡς ἐκκηρύξαι.	καὶ ὡς δεῖ ἐ. ut ante. Mox l. 8. ἀπηγχίσθη. Sed titulus uniuscujusque Canonis hic et in sequentibus apud *Pedalium*, æque atque a me, neglectus est. l. 10. μήτε ὄνομα Κυρίου. l. 17. ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐπελθόντας, ἐπιλαθομένης.
P. 444. l. 12. ἐν τῷ πεδίῳ, articulo addito.	Sic. Sed ibid. καταλειφθῶσι extat. Mox p. 445. l. 3. ἢ οὔτερα pro μήτε οὔτερα, et εὕρητρα non εὕρετρα.
P. 445. l. 4. ἐν ᾧ (for. ᾧ τινι) ὀνόματι.	Nil variatur ab editis.
	Cæterum, cum in Pandectis, aliisque libris, inveniam cano-

Canon XV. additus idem in *Pedalio* est; qui tamen hujus libri commentatoribus γνήσιος esse non videbatur.

Vol. III. p. 321. *S. Petri Alexandrini Episcopi Canones.*

Loci ope Codicum MSS. Emendati.	*Pedalium.*
P. 321. l. 13. ἀνηκίστους καὶ ἀφορήτους, pro ἀνυποίστους καὶ ἀφορήτους.	Sic.
P. 322. l. 1. εἰς τοῦτο ἐλαλήθασιν.	ἐν τούτῳ ἐ. ut ante.
Ibid. l. 9. κατὰ περισσόν.	κατὰ τὸ περισσὸν, ut ante.
Ibid. ἐντονώτερον, ut in Canone VIII.	ἐντονώτερον, ut ante.
Ibid. l. 12. ὕπαγε Σατανᾶ, sine additamento ὀπίσω μου.	Ut ante.
Ibid. l. 16. μετὰ τὸ φυλακισθῆναι μόνον, addito μόνον.	Sic.
P. 323. l. 1. γενομένοις pro γενομένων.	Sic.
Ibid. l. 5. ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος, sine additamento, vel τοῦ Χριστοῦ, vel τοῦ Θεοῦ.	ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ. Statim post l. 7. ἅπερ pro οἵπερ.
Ibid. l. 9. πνεῦμα Κυρίου, sine τοῦ.	Sic.
P. 324. l. 1. ὑπὸ pro ἀπό.	Sic.
Ibid. l. 15. καὶ ἀμεταποήτοις, addito καί.	Sic.
P. 325. l. 4. οὐ δυήσεται pro οὐ δύναται.	Sic.
P. 326. l. 13. τοῦτο πράξαντας pro τοῦ πράξοντος.	Sic.
